






THEOPHANES CONTINUATUS,

IOANNES CAMENIATA, SYMEON MAGISTER,


GEORGIUS MONACHUS

EX RECOGNITIONE

IMMANUELIS BEKKERI.



BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXVIII.



IMMANUELIS BEKKERI

PRAEFATIO.

Qui Theophanem excipiunt, rerum in imperio Byzantino ab anno 813 ad annum 963 gestarum scriptores et exscriptores, eorum plerosque si non edidit at editioni paravit Franciscus Combefisius O. FF. Praedicatorum, accepto a Luca Holstenio codicis Vaticani apographo Barberino. codex ipse cum post pacem Tolentinam Parisios devenisset, a Carolo Benedicto Hasio descriptus est in illo codicum Italicorum Parisios translatorum catalogo, quem gravi litterarum damno diu desideratum tandem aliquando speramus proditurum. inde compertum librum huius argumenti, quod sciamus, unicum inter Vaticanos numerari 167, esseque membranaceum, quadratum, saeculo duodecimo nitide scriptum, fine mutilum, cetera, si primam exceperis paginam, bene conservatum, foliis 168.

Hoc ipso codice ante Holstenium Leo Allatius usus Basilii Macedonis vitam in Symmictis suis Coloniae a. 1653 protulerat.

Idem ibidem Ioannis Cameniatae excidium Thessalonicae primus publicavit.

De Symeone magistro ita praefatur Combefisius ed. Paris. a. 1685 p. 400.

Scripsit et ab orbe condito, exstantque altero ac maiori Regio codice. *) opus est ex diversis congestum historicis et annalium scriptoribus, ipsum tamen haud satis plenum. hic nobis verus annalista alterque continuator erit, ipso pene Theophanis digestus schemate, quantum codex alter, ipse Regius, minor repraesentavit, hoc unum a maiore discrepans, quod superiora illa a logotheta remotiora, ac in quibus levius opera perfunctus videatur, omisit; quo et nobis consilio praeivit; ac quod una haec in praesentem rem nostram faciant, eademque alió auctore ac stylo sub una libri serie repetita lucis plurimum sibi mutuo afferant; ut et Leoni grammatico, qui inter reliquos magis ipse egenus ac cribratissimus est. superiora maioris illius Regii codicis alia molitio dederit, et qua iam editi auctores chronographi, Eusebius Syncellus Theophanes Cedrenus (cum quo illi magis convenit), collatis singulis,

---

*) n. nunc 1712.

in rem literariam ac lucem temporum e Regia una Lupara haud leviter illustrari possint. adscriptum maiori illi codici, alia manu pauloque recentiori, "hic est metaphrastes," cuius tanti annales et chronica Hippolyto Thebano, ut et omnibus anteponat. debemus, ex quo exscripsi, codicem Raphaëli Trichet du Fresne, ex cuius libris ipso defuncto in gazam Regiam illatus; aliaque Graeca (ac in eis Maximi plenissimus codex atque optimus) me illi potissimum auctore, extrema sua in Italiam profectione, ditanda Graecis Gallia nostra eaque Christianum orbem, Parisios allata.

Postremo recentiorum qui dicuntur imperatorum vitae, pars est altera chronici a Georgio monacho ex Syncello maxime excerpti et locis patrum biblicisque ornati, cuius hic index: *χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων τε καὶ ἐξηγητῶν συλλεχθὲν καὶ συντεθὲν ὑπὸ Γεωργίου μοναχοῦ.* eius igitur chronici pars extrema et lectu non indigna ut emendatius nunc quam antea legi possit factum est Hasii rursus beneficio, qui editionem Parisiensem ad codicem Coislinianum 134 accurate contulit.

Addiderat Combefisius incerti scriptoris *διάλογον στηλιτευτικὸν γενόμενον παρὰ πιστῶν καὶ ὀρθοδόξων καὶ πόθον καὶ ζῆλον ἐχόντων πρὸς ἔλεγχον τῶν ἐναντίων τῆς πίστεως καὶ τῆς διδασκαλίας τῶν ἁγίων καὶ ὀρθοδόξων πατέρων* p. 303 — 311; *ἐκ τῶν τοῦ ἀθλοφόρου Δημητρίου ἐν μερικῇ διηγήσει θαυματουργιῶν* p. 314 — 316; Demetrii Cydonii *μονῳδίαν ἐπὶ τοῖς ἐν Θεσσαλονίκῃ* (a. 1346) *πεσοῦσιν* p. 384 — 392; postremo

sumptam e Basilii iunioris vita a Gregorio conscripta de Constantino Duce narrationem p. 393—399. quae iam omissa sunt omnia quippe partim ab argumento historico saeculisque nono et decimo aliena partim aliis locis dudum edita.

Scrib. Berolini cal. Iun. a. 1837.

ΟΙ ΜΕΤΑ ΘΕΟΦΑΝΗΝ.

ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΙΑ

ΣΥΓΓΡΑΦΕΙΣΑ ΕΚ ΠΡΟΣΤΑΓΜΑΤΟΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ

ΤΟΥ ΦΙΛΟΧΡΙΣΤΟΥ ΚΑΙ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΟΥ ΔΕΣΠΟΤΟΥ, ΥΙΟΥ ΛΕΟΝΤΟΣ ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΔΕΣΠΟΤΟΥ ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ....

ΑΡΧΟΜΕΝΗ ΟΠΟΥ ΕΛΗΞΕ ΘΕΟΦΑΝΗΣ................................ ΤΩ ΒΑΣΙΛΕΙ ΜΙΧΑΗΛ ΥΙΟΥ ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΤΟΥ ΚΟΥΡΟΠΑΛΑΤΟΥ, ΗΓΟΥΝ ΑΠΟ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΛΕΟΝΤΟΣ ΤΟΥ ΑΡΜΕΝΙΟΥ.

Τῶν δὲ καθ' ἕκαστα τὰς ὑποθέσεις ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Κωνσταντῖνος φιλοπόνως συνέλεξε καὶ εὐσυνόπτως ἐξέθετο, νῆ τῶν μετέπειτα δῆλα γίν...... τῆς βασιλείας.

Καὶ τοῦτο πάντως τῶν σῶν, ὦ φιλοσοφώτατε βασιλεῦ, καλῶν, μετά γε πολλῶν ἄλλων τε καὶ μεγάλων, τὸ τὰ τῷ χρόνῳ παραρρυέντα καὶ κεχωρηκότα πρὸς τὸ μὴ ὂν πρὸς παλινζωΐαν αὖθις καὶ

tit. 7 ἀρχομένου P (i. e. editio Parisiensis) invito, ut Hasius testatur, codice. 10 post Ἀρμενίου in P lacuna, quae non est in codice. 12 νῆ τῶν] ἵνα τῆς P 13 τῆς βασιλείας om P

CHRONOGRAPHIA

CHRISTI AMANTIS AC PORPHYROGENNETI DOMINI CONSTANTINI,

SAPIENTISSIMI DOMINI LEONIS IMPERATORIS FILII, IUSSU CONSCRIPTA,

INDE DUCENS EXORDIUM UBI THEOPHANES DESIIT .... MICHAELE SCILICET THEOPHILI FILIO CUROPALATA IMPERATORE, HOC EST A LEONIS ARMENII IMPERIO...............

Argumenta singula imperator ipse Constantinus studiose collegit, et ne posteros superiorum temporum gesta lateant, dilucide, et ut capi facile possint, edidit.

FRANCISCO COMBEFISIO INTERPRETE.

Hoc quoque omnino, sapientissime princeps, ad alia tua multaque ipsa et magnifica ornamenta virtutesque accedit, quod ea quae tempore perefluxerunt iamque esse desierunt, ad vitam denuo ortumque novum

P 2 παλιγγενεσίαν ἀναγαγεῖν, καὶ τοῦ τῆς ἱστορίας ἐπιμεληθῆναι καλοῦ, ἀλλὰ μὴ τοῖς πρὸ τοῦ τὴν βασιλικὴν ἐπειλημμένοις ἀμεληθῆναι ἀρχήν. οἱ μὲν γὰρ ζῆλον ἐζηλωκότες τοῖς ἀγαθοῖς ἀζήλωτον ὑπεξηρήσθωσαν τοῦ λόγου. τινὲς διενηνοχέναι ἐσπουδάκασι τῶν πολλῶν κατ' οὐδέν, ὅτι μὴ λόγου σύντροφοι ἀλλ' ἀγροικίας γεγόνασι κατεντρύφημα. τί γὰρ τοιοῦτον ἐξασκεῖν αὐτοκράτορα δεῖ, ὃ μὴ .... ἐπιφέρει τὴν ὄνησιν μετὰ λόγου γινομένων, δέον ἐπιμελεῖσθαι ἀνδρῶν καὶ τῆς λογικῆς ὅτι μάλιστα ἐπιστήμης, ἐξ ὧν τὸ κράτος βασιλείας, ὡς ἂν μὴ λάθοιεν κατὰ πρανοῦς φερό- B μενοι ἀλογωθέντες οἱ ἄνθρωποι, καὶ κινδυνεύσῃ τοῦτο, ᾧ τῶν πάντων διαφέρομεν, ἀφωνίᾳ παραδοθέν.

Ἀλλ' ὅσον μέν σοι πεπόνηται, πραότατε βασιλεῦ, περὶ τὴν λογικὴν καὶ τὴν τῶν ἀνδρῶν ἐπιμέλειαν, ἵνα τἄλλα ......, θεωρήσουσι μὲν οἱ σοφοί, ὅτι δὴ καὶ σύ, μᾶλλον δὲ δὴ σὺ σαφῶς, ὅτι γε καὶ ἐκεῖνοι σοφοί. ἱστορεῖς δὲ αὐτός, χεῖρα μόνως λαβὼν ἡμῶν διακονουμένην σοι, ὅσα τοῖς πρὸ σοῦ βεβίωται, κἂν ἀποχρώντως ἔχωσι τὸ φαῦλον καὶ οὐ λαμπρόν, ἐπεὶ καὶ τούτων ἔνεστι C θηρᾶσαι τοῖς σπουδαίοις τὰ χρήσιμα. ἀμέλει τοιγαροῦν πάσης ἀσχολίας καὶ ἀργίας τὴν περὶ λόγου προτετιμηκὼς σπουδήν, ἅτε δὴ τούτου μάλιστα τοῖς ὑπηκόοις φιλομαθέσι τε καὶ φιλιστοροῦσιν ζῆλον καὶ ἀρετὴν ἐγγεννῶντος, τὰ μὲν ἐκ τῶν γεγραμμένων τὰ δὲ ἐκ τῶν ἀκοῇ

2 τοὺς — ἐπειλημμένους? 4 οἵ τινες? 7 μὴ κοινὴν ἐπιφέρει? γινόμενον?

studeas revocare, historiaeque bonum cura prosequaris, nec velut ii qui ante imperii clavum moderati sunt, abs te negligi patiaris. atque horum quidem, qui ea aemulati sunt quae nemo bonus unquam aemuletur, nulla nobis mentione habita, fuerunt quidam qui ut supra vulgus praestarent, nihil operae posuerunt, quod neque literis educati sint, sed rusticitatis ludibrium propudiumque exstiterint. quid enim eiusmodi imperatorem excolere deceat, quod homini ratione praedito nihil commodi afferat? cum magis deceat virorum curam habere, praecipueque scientiae rationalis, quibus imperii robur praestatur, ne homines in praeceps ruentes paulatim obbrutescant, ac ne id quo universis praecellimus, silentio traditum periclitetur.

Quantam vero tu, mitissime princeps, operam posueris tum in rationali scientia tum in hominum cura, ut alia praetermittam, commemorabunt quidem homines sapientes, quando et tu ipse, vel potius tu ipse palam, quod et illi sapientes. scribis autem ipse, manum duntaxat nostram tibi ministrantem assumens, quaecunque superioris aetatis hominibus gesta noscuntur, tametsi illa abunde vitiosa sint nec virtutis laude admodum splendeant, quod hinc quoque viri studiosi commodum referant. sane igitur omni alia occupatione otioque eruditionis literarumque curae posthabitis, quod nimirum ea res doctrinae historiaeque amantibus subditorum animis aemulationem virtutemque inferat, ex iis

παραδεδομένων συνηθροικὼς ὥσπερ τι κοινὸν διδασκαλεῖον προθεῖναι πᾶσιν ἐβουλεύσω καλῶς, ἐκείνην ταύτης ἀρχὴν εἶναι νομίσας τῆς ἱστορίας ἀρίστην, τὴν τῷ μακαρίτῃ Θεοφάνει γενομένην κατάληξιν, ὃν κατὰ συγγένειαν καὶ ἀγχιστείαν, τὸ εἶναι υἱωνὸς λαχών, D ἀποσεμνύνεις τε ἐκ τῶν σῶν ἱκανῶς καὶ ἀντιλαμβάνεις αὖθις παρ' αὐτοῦ τινὰ εὔκλειαν.

Ἐκεῖνος μὲν οὖν εἰς τὴν τοῦ κουροπαλάτου Μιχαὴλ βασι- P 3 λείαν καὶ ἧτταν τὴν ἐκ τῶν Βουλγάρων συμβᾶσαν αὐτῷ καταπροδοθέντος ὑπὸ τῶν ἑαυτοῦ κατέληγε, τῆς τοῦ Λέοντος μόνον μνησθεὶς ἀναρρήσεως, μηδὲν μήθ' ὅθεν ἦν μήθ' ὅπως ἐτράφη δῆλον τοῖς ἀναγινώσκουσι πεποιηκώς. ἡμεῖς δέ, ὥσπερ τῇ κεφαλῇ τὰ ἄλλα μέρη συνάπτοντες, αὐτήν τε τὴν ἱστορίαν ὁλόσωμον ἀλλ' οὐχ ἡμιτελῆ ἀποδείκνυμεν, καὶ πρὸς τὸν ἑξῆς καὶ κάτω χρόνον B τοῖς μὴ ῥαθυμότερον ζῶσι διαβιβάζομεν, κέρδος ἀλλ' οὐ ζημίαν αὐτοῖς πορίζόμενοι, εἴγε δὴ καλὸν καὶ πρὸς ἀσφάλειαν εὔοδον τῶν ἀγαθῶν τε καὶ μὴ τὸν βίον διαγινώσκειν.

2 ταύτην vulgo   3 post κατάληξιν Goarus ex coniectura: πάντων τῶν βασιλέων ἕως τοῦ νυνὶ καιροῦ καὶ τῆς βασιλείας σου τὰ πεπραγμένα διὰ λόγου συλλαβεῖν· εἰ καὶ τοῦ ἀοιδίμου σου πάππου τοῦ ἐν βασιλεῦσι εὐκλεοῦς βασιλέως Βασιλείου τὰ παρὰ σοῦ ἱστορούμενα, καὶ μετὰ πάσης σαφηνείας καὶ λόγου εὐκοσμίας κατὰ τὸ τῶν γενομένων ἀληθὲς καὶ εἰλικρινὲς εἰς τὸ φανερὸν παρὰ τῆς σῆς πολυμαθεστάτης εἰδήσεως ἐξαγορευθέντα, περιττὸν ἂν εἴη οὐδοτιοῦν διηγήσασθαι.   9 καταπροδοθέντι?

quae aut ab aliis scripta aut auditione accepta sunt unum corpus contexens, communem quasi scholam universis proponere sagaci consilio decrevisti. huius historiae illud optimum ratus initium, ubi felicis memoriae Theophanes scribendi finem fecisset, [ita nimirum ut omnium imperatorum ad hanc usque aetatem tuumque imperium res gestas sermone complectatur. Quanquam inclyti avi tui, inter Augustos fama celeberrimi, Basilii imperatoris gesta abs te conscripta, omnique perspicuitate ac sermonis ornatu vere sincereque ab eruditissima prudentia tua, omni denique fide narrata, superfluum nobis sit ullo modo retractare] quem sanguinis necessitudine (illius ipse nepos) propius contingens cum tuis ornamentis abunde honestas, tum rursus quandam ab eo claritatem recipis.

Is porro in Michaëlis Curopalatae imperio acceptaque a Bulgaris clade per suorum proditionem, Leonis duntaxat proclamati Augusti levius facta mentione, scribendi finem fecit, eiusque nec natales aut patriam nec educationem lectoribus aperuit. nos autem velut membra reliqua capiti iungentes tum ipsum historiae corpus integrum, non quasi dimidia parte mutilum, repraesentamus, tum ad ea quae deinceps secutisque temporibus gesta sunt traducimus, rem scilicet praestantes iis qui in otio et desidia vivere noluerint utilem, nihilque eis damni afferentem. quippe bonum est et ad securitatem cum primis utile ut bonorum pariter atque malorum vitam cognoscamus.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ
Λ Ε Ο Ν Τ Ο Σ.
Λ Ο Γ Ο Σ Α.

P 4 Πατρὶς μὲν οὖν τοῦ δηλωθέντος Λέοντος Ἀρμενία, γένος δὲ τὸ μὲν ἐξ Ἀσσυρίων τὸ δὲ καὶ αὐτῶν Ἀρμενίων, οἳ καὶ τοὺς ἰδίους ἐξ ἀνοσίου γνώμης σφαγῇ μιαιφόνῳ παραδόντες γεννήτορας ὑπερορίας κατεδικάσθησαν, κἀκεῖσε δὴ τὸν πένητα βίον, ἅτε δὴ καὶ φυγάδες, διαθλοῦντες τὸν εἰρημένον θῆρα ἀπέτεκον. ἄρτι γοῦν εἰς ἐφήβους ὁ Λέων ἐτάττετο, καὶ κώμην Πίδραν κατονομαζομένην,
B ὑπὸ τὸ θέμα τελοῦσαν τῶν Ἀνατολικῶν, τῆς πατρίδος ἀλλάσσεται· ἔνθα δὴ καὶ ἀνδρὸς ἡλικίαν δεξάμενος, τοῖς μαχιμωτάτοις καὶ φονικωτάτοις καταριθμούμενος δόξης εὐμοίρησεν ἐπὶ γενναιότητι. Νικηφόρος τότε τὰς τῆς βασιλείας ἴθυνεν ἡνίας, ὁ τρόπαιον ἐν Βουλγαρίᾳ γενόμενος, καὶ μονοστράτηγον τὸν Βαρδάνιον, ᾧ Τοῦρκος ἐπίκλην, τῶν πέντε θεμάτων τῶν κατὰ τὴν Ἀνατολὴν τὴν ἐφορείαν καὶ πρόνοιαν διοικούμενον διά τε τὴν ἐν πολέμοις τόλμαν καὶ τὰς ἄλλας ἐπανθούσας αὐτῷ ἀρετὰς ἐξαπέσταλκεν· ὃς ἅτε δὴ τῶν ἐχθρῶν ἀγαπῶν κυριεύειν καὶ τὴν βασιλείαν ἑκάστοτε ὀνειροπολῶν, τοῦτόν τε, περὶ οὗ ὁ λόγος, τὸν Λέοντα καταπληκτικὸν βλέποντα καὶ γενναῖον ἀνάστημα ἔχοντα

LEONIS ARMENII IMPERIUM.
LIBER I.

Eius itaque quem dicebam Leonis patria Armenia fuit. genus partim ex Assyriis partim ex ipsis Armeniis propagatum fuit. hi cum scelestae mentis proposito truci nece parentes sustulissent, exilio damnati sunt; in quo velut profugi, pauperem tolerantes vitam, quem nominavimus, feram bestiam susceperunt. iam itaque Leo pubertatis annos ingressus in oppidum Pidra nomine, quod Orientalium thematis est, migravit: ubi cum viriles annos attigisset, bellicosissimis viris truculentissimisque connumeratus, strenui fortisque pectoris viri laude claruit. Nicephorus cum per id tempus imperii habenas moderaretur, in Bulgaria insigni Romanae rei ludibrio occubuit. supremum is ducem Bardanium, cognomento Turcum, destinaverat, quinque tunc Orientalium thematum agentem praesidem, ac qua pollebat bellica fortitudine ac reliquarum virtutum laude, provida cura gubernantem. porro Bardanius, ut cui hostium potiri in votis esset, ac cum sibi ipse quotidie imperium somniaret, hunc de quo loquimur Leonem, hominem gravi trucique aspectu

καὶ ἄλλως ἀστεῖον ἐν ταῖς ὁμιλίαις δοκοῦντα τοῖς ἑαυτοῦ δορυφόροις ἐγκαταλέγει καὶ διακόνοις, καὶ πρό γε τούτου ἢ μετὰ τοῦτο μικρὸν Μιχαήλ τε τὸν Τραυλὸν καὶ Θωμᾶν τὸν ἀπὸ λίμνης Γαζουροῦ, ταπεινοὺς πάντας καὶ ἀζήλους ὄντας καὶ ἀρτίως εἰς γνῶσιν ἀγομένους τοῖς τὰς πολεμικὰς ἐγκεχειρισμένοις ἀρχάς. (2) ἐκρέμαντο B οὖν οὗτοι τοῦ Βαρδανίου, καὶ ἐν αὐτῷ τὰς κοσμικὰς ἐλπίδας ἐσάλευον· καὶ οὗτος τῆς βασιλείας ὢν ἐραστὴς ἀνδρί τινι μονάζοντι κατὰ τὸν τοῦ Φιλομηλίου χῶρον καὶ ἐνδιαιτωμένῳ τὴν ταύτης ἀνακοινοῦται γνώμην αὐτῷ καὶ ἐπιθυμίαν, καὶ πρὸς θεὸν εὐχὰς ἱκετηρίους παρεκάλει τοῦτον ἀναπέμπειν, τὰ αὐτοῦ διαβήματα κατευθυνούσας καὶ τὴν βασιλείαν ἐπιβραβευούσας αὐτῷ. ἀλλ' ἤκουσεν αὐθωρὸν ὡς οὐ δέοι τοιούτων κατατολμᾶν πραγμάτων, Βαρδάνιε, δι' ὧν ἀπώλειά τε περιουσίας καὶ ὀμμάτων περι- C κοπὴ καὶ δυστυχία ἄλλως οὐ καλῶς σοι γενήσεται· ἀλλ' εἴ τι ἔχεις πεισθῆναί σοι συμβουλεύοντι, ἀποπήδησον τούτων διὰ βραχέων, ἀρχήν τινα μηδ' ὅλως τῶν τοιούτων σου πραγμάτων βάλλειν εἰς νοῦν. ἐπληρώθη κατηφείας καὶ ἀχλύος ὁ ἄνθρωπος τούτων τῶν λόγων ἀκηκοώς. καὶ τέλος ἐξῄει τοῦ δωματίου πλήρης ἀθυμίας καὶ θλίψεως. ὡς δὲ τοὺς εἰρημένους ἄνδρας, Λέοντά τε καὶ Μιχαὴλ καὶ Θωμᾶν, τὸν ἵππον ἄγοντας ἀναβῆναι τούτῳ ὁ μοναχὸς ἐθεάσατο, τὸν στρατηγὸν ὑποστρέφειν παρεκελεύετο· καὶ ὡς καινῶν τινῶν καὶ ξένων ἀκούσεσθαι προσδοκῶν, θᾶττον ἢ D

atque animo generose, quique praeterea colloquio blandus videretur moribusque urbanus, suis tum satellitibus ac ministris adlegit, atque hoc priorem, aut certe brevi post, Michaëlem Balbum, nec non Thomam Gazura palude oriundum, abiectae omnes sortis homines nullaque hactenus nominis claritate conspicuos, ac qui tum primum militarium ordinum ducibus tribunisque innotuissent. (2) hi ergo toti e Bardanio pendebant, inque eum omnes spes suas saecularis claritatis iactabant. Bardanius porro imperii nanciscendi cupiditate flagrans viro cuidam in Philomelio monasticam vitam agenti illicque commoranti eius quandoque adipiscendi animum aperit, ac confert consilium, rogatque ut supplices ad deum pro eo preces fundat, quo eius gressus dirigantur exque voti ratione imperii compos fiat. ad quem protinus monachus "noli, Bardani, eiusmodi aliquid temere aggredi ac praesumere, unde futurum ut substantiam amittas et oculi effodiantur aliaque tibi infausta eveniant. sed si quid probe inque rem tuam consulenti obaudis, quam cito ab ea animum transfer molitione, nullam parandi principatus cogitationem assumens, cuius res se ita habeant." quo audito maestitia quaedam ac caligo hominem incessit, tristique et afflicto animo e tugurio pedem refert. tum monachus, quos dicebam viros, Leonem scilicet et Michaëlem et Thomam, equum adducentes, quem conscenderet, videns, ducem redire iubet. is vero nova quaedam et inaudita se auditurum spe-

λόγος ὑπέστρεφεν. ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν αὖθις ἐξελιπάρει μὴ πρὸς τὰ
ἐλπιζόμενα αὐτομολῆσαι δεινὰ καὶ τὴν ἀποῦσαν κακοπραγίαν τῆς
παρούσης εὐδαιμονίας ἀλλάξασθαι· αὐτοὺς δὲ τούτους προφήτιδι
γλώττῃ διεμαρτύρετο, βεβαιῶν ὡς ὁ πρῶτος τούτων καὶ δεύτερος
τῆς σοι πεποθημένης βασιλείας γενήσονται ἐγκρατεῖς, ἀλλ' οὐ σύ,
ὁ τρίτος δὲ εὐφημίας μόνης καὶ ἀναρρήσεως μετασχὼν οὐδ' ὅλως
εὐοδωθήσεται, ἀλλὰ καὶ κακῶς τὴν ψυχὴν ἀπορρήξει τὴν ἑαυτοῦ.
τούτοις βαλλόμενος τὴν ψυχὴν ποικίλως ἠφίει κατὰ πρόσωπον τὰς
χροιὰς καὶ αὖθις ἀπῄει τὴν οἴκαδε, ὁμοῦ μὲν βλάσφημά τινα κατὰ
P 6 τοῦ ἀνδρὸς καὶ ὕβρεις ἀπορρίπτων, ὁμοῦ δὲ τούτοις τὰς ἐκείνου
δι' αὐτοὺς ἐξαγγέλλων προρρήσεις, καὶ γέλωτα πολὺν καταχέων
τῶν εἰρημένων. (3) χαίρειν οὖν εἰπὼν τοῖς ἐκείνου λόγοις, τῇ
ἐννεακαιδεκάτῃ τοῦ Ἰουλίου μηνὸς τῆς ιαʹ ἰνδικτιῶνος κατὰ τοῦ
βασιλεύοντος Νικηφόρου χεῖρα συναθροίσας πολλήν, καὶ τὰ ὑφ'
ἑαυτὸν τέσσαρα θέματα τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις ὑπαγαγών, τῶν Ἀρμε-
νιακῶν χωρὶς (οὐδὲ γὰρ ὑπεῖξαν αὐτῷ), τῆς ἐπαναστάσεως ἄρχε-
ται. ἐμίσει μὲν οὖν τότε τὸν Νικηφόρον τὸ ὑπήκοον τῷ βάρει
B πιεζόμενον τῶν δημοσίων τελῶν, ὃ γέγονέ πως καὶ ἀφορμὴ καὶ
σύνδρομον ἐκείνῳ τῆς ἐπαναστάσεως· γέγονε δέ τι καὶ ἕτερον αἴ-
τιον. ὡς γὰρ κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν ὁ Βαρδάνιος ἠνδραγάθησεν
καὶ τῆς γενομένης πολλῆς λαφυραγωγίας δικαίᾳ προνοίᾳ πεποίηκε
τὴν διανομήν, κατάλληλα τοῖς ἀγωνιζομένοις ἐν πολέμῳ ἀλλ' οὐ

rans dicto citius reversus est. tum ille iterum Bardanium rogare ac obtestari, ne ipse sponte ad parata mala procurrat, neve absens infortunium cum praesenti rerum secundarum statu commutare quaerat. his autem ipsis futurorum praescia lingua contestatus est certoque affirmavit fore ut primus alterque imperii, quod sic ille deperiret, compotes fierent, ipse illo nunquam potiretur. tertio, cum fausta omnia publicamque acclamationem consecutus esset, nihil ex voto ac prospere cessurum, sed fore ut et animam male abrumperet. his mente perculsus Bardanius, ac vultus colorem identidem mutans, rursus domum abit, simul maledicta quaedam verbaque atrocia in monachum iactans, illiusque sic in eos fausta vaticinia narrans, multoque risu homini dicta excipiens. (3) eius itaque sermonibus valere iussis, ad decimam nonam Iulii mensis, indictione undecima, ingenti adversus Nicephorum imperatorem coacto exercitu, eque subiectis thematibus verborum lenocinio quattuor in sententiam pertractis, Armeniis duntaxat in fide perstantibus (nec enim ut Bardanio morem gererent induci potuerant), rebellionem orditur. erat vero Nicephorus tum subditis exosus, quod publicorum vectigalium gravi onere eos opprimeret. hinc novandarum rerum ansa quaedam et occasio fuit: sed et alia quaedam huic causa accessit. nam cum Bardanius adversus Agarenos rem feliciter gessisset, praedamque, qua potitus erat, maximam aequissime inter milites divisisset, nulla personarum ratione, sed pro merito eorum qui pugnaverant largi-

κατὰ πρόσωπον τὰ ἆθλα προθείς, ἔδοξε καὶ βασιλείας τούτοις ἄξιος μεταλαχεῖν. ὅθεν ἀναρρηθεὶς δημοσίᾳ φωνῇ βασιλεύς, καὶ πολλῶν ἄλλων ἀπολαύσεών τε καὶ γερῶν ἐκ τοῦ δήμου καταξιωθείς, ὡς καὶ ναὸν ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ ἀνεγεῖραί τε καὶ κατασκευάσαι, τὴν ἐπὶ Νικομήδειαν φέρουσαν ᾔει ὁδόν. ἀλλ' ἀποχρῶσαν καὶ ἐφάμιλλον ὁ βασιλεύων Νικηφόρος δύναμιν ἐκστρατεύσας, καὶ C περὶ τοῦ μέλλοντος δύσελπιν ποιήσας αὐτὸν τῷ πλήθει τῶν ἀντιπαραταττομένων, ἔπεισεν αὐτὸν συγγνώμην φθάσαντα ἐξαιτήσασθαι. ἄρτι μὲν γὰρ Λέων ἄρτι δὲ καὶ Μιχαὴλ ἀπορρυέντες πρὸς βασιλέα, ἆθλον ὁ μὲν τὴν φοιδεράτων καὶ βασιλικὸν οἶκον τοῦ Ζήνωνος καὶ τὸν Δαγισθέα, ὁ δὲ τὴν τῆς κόρτης κόμητος ἀρχὴν καὶ τὸν τοῦ Καριανοῦ οἶκον ἀπενεγκάμενοι, οὐκ ἀγαθὰ φρονεῖν αὐτὸν περὶ ἑαυτοῦ πεποιήκασιν. ὅθεν αὐτῷ τε καὶ τῷ λαῷ συγγνώμην αἰτούμενος ἐκ βασιλέως μέχρι τῶν Μαλαγίνων ὑπέστρεφεν· κἀκεῖ τοὺς τῆς ἀπαθείας λόγους δεξάμενος καὶ τὸ χρυσοῦν σταυ- D ρίδιον, ὃ παρὰ τοῦ Νικηφόρου φορούμενον αὐτῷ ἀπέσταλτο πρὸς ἀσφάλειάν τε καὶ πίστωσιν, πρὸς τὴν τοῦ Ἡρακλείου μονὴν νύκτωρ, τὸν Θωμᾶν μόνον συγκινδυνεύοντα ἔχων, ἀπέφυγεν, τὸν τῆς κεφαλῆς κόσμον ἀφαιρῆσαι σπουδάζων. καὶ ὁ μὲν τῆς μονῆς προεστὼς τοῦτο δρᾶσαι τοῦτον οὐ συνεχώρει· αὐτὸς δὲ τῇ ᾗ περιεζώννυτο σπάθῃ τὸν πλόκαμον αὐτοῦ ἀφελών, καὶ πενιχρὰν ἐσθῆτα ἀμφιασάμενος, εἴχετο τῆς πρὸς τὴν Πρώτην νῆσον πορείας, ἔνθα δὴ τούτῳ κτῆμα καλῶς πεπονημένον ἐνῆν, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐκεῖ μένειν

16 τὸ vulgo.

tus praemia, tantam exercitus omnis iniit gratiam ut et dignum putaverint qui imperio potiretur. hincque adeo publice imperator proclamatus, pluresque alios honores ac praemia populi in eum studiis consecutus, ut et templum eius nomine erexerint, Nicomediam versus iter contendit. verum cum Nicephorus imperator idoneum nec ullatenus imparem exercitum in eum eduxisset, et militum multitudine perculsum de eventu belli desperare coegisset, persuasit illi ut prior veniam peteret. iam enim Leo atque etiam Michaël cum ad imperatorem defecissent, ab eoque donati essent alter foederatorum praefectura regiaque Zenonis domo et Dagistea, alter aulae comitis dignitate ac Cariani aedibus, fecerant ut suis ille rebus diffideret. quapropter tum sibi ipse tum copiis veniam ab imperatore precatus ad Malaginas usque iter reflexit, quo loco securitatis fidem accepit, parva quoque cruce aurea, Nicephoro gestari solita, certo datae fidei pignore ad eum missa. tum ad Heraclii monasterium noctu aufugit, uno Thoma periculi socio; cumque capitis ornatum vellet auferre, non acquievit monasterii praeses. tum ille ense, quo praecinctus erat, comam amputans, vilique indutus toga, versus Proten insulam iter arripit, quo loco praedium pulchre excultum olim possidebat; in quo et extorrem agere imperator manda-

P 7 περιωρισμένον ἐπέτρεψεν. ἐκεῖσε γοῦν περαιωθείς, καὶ τὰς συνήθεις εὐχὰς καὶ τὸ τῶν μοναχῶν θεῖον σχῆμα δεξάμενος, μετωνομάσθη Σάββας, ἀγῶνας ἀσκητικοὺς πολλοὺς ἐνδεικνύμενος. οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καί τινες τῶν ἐκ τῆς Λυκαονίας αὐτῷ ἐπιθέμενοι καὶ ποιήσαντες ἔρημον τῶν ὀφθαλμῶν, γνώσει καὶ εἰδήσει τοῦ βασιλεύοντος, τῷ τοῦ θεοῦ προσφεύγουσι θείῳ καὶ μεγάλῳ ναῷ· καὶ τέλος εἶχεν καὶ ἡ πρόρρησις τοῦ τὸ Φιλομήλιον ἐνδιαιτωμένου μονάζοντος. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ὡς εὐεργέταις αὐτοῖς ἐπευξάμενος τῆς σκληροτέρας εἴχετο ἀγωγῆς, οἴνου τε καὶ ἰχθύων καὶ ἐλαίου B ὁλοσχερῶς ἀπεχόμενος, γυμνήν τε ἀεὶ φέρων τὴν κεφαλὴν καὶ τοὺς ἑαυτοῦ πόδας, κἂν εἴ τις σφοδρότερος ἐγεγόνει χειμών. ἔτι δὲ μονοχίτων διετέλει, τῷ θέρει μὲν δερμάτινον χιτῶνα ἀμφιεννύμενος, τῷ χειμῶνι δὲ τρίχινον περιβαλλόμενος. ἔζη δὲ οὐ σιτίνῳ, κρίθης δὲ ἀλεύρῳ ἐγκρυφίαν ποιῶν. καὶ οὕτω παρέπεμπεν τὸν ἑαυτοῦ βίον, διαρκέσας ἕως ὁ Λέων τῆς βασιλείας ἐγένετο ἐγκρατής. ἀποκαρῆναι δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ σύμβιον Δομνίκαν ἅμα θυγατρὶ καὶ τοῖς ἑαυτοῦ παισὶν ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ ἐποίησεν, μετονομάσας αὐτὴν Ἀθανασίαν, ἅπαντα δηλαδὴ τὸν πλοῦτον διανείμας C πτωχοῖς. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν Βαρδάνιον οὕτω τε καὶ τοιαῦτα.

4. Ὁ δὲ Λέων εἴχετο τῆς δόξης καὶ ἐγαυρία ἐκ ταπεινοῦ καὶ ἀδόξου περίβλεπτος ὁραθεὶς κατὰ τὴν τῶν φοιδεράτων ἀρχήν. ἀλλ' οὐδὲ τῆς ἀχαριστίας ἀπείχετο, τοιοῦτος περὶ τὸν εὐεργέτην

7 τοῦ κατὰ τὸ?

verat. illuc itaque traiiciens, solitisque precibus initiatus ac monachorum divinum habitum consecutus, mutato nomine Sabbas appellatur, pro sanctioris ab eo arrepti instituti ratione plura ac magna certamina desudans. haud longum tempus fluxerat, cum Lycaonum quidam impetu in eum facto atque eo oculis orbato, sciente ac volente, qui tum rerum potiebatur, Nicephoro, in divinum magnumque dei templum confugiunt. inque eum modum Philomelii quoque monachi vaticinatio exitum habuit. ceterum ille, velut a quibus beneficio affectus esset, faustis votis homines prosecutus austerioris vitae disciplinam colebat, vino piscibus oleo penitus abstinens, nudo semper capite ac pedibus, vel cum acrior hiems desaeviret. ad haec una tunica corpus contegebat, aestate quidem pelliceam induens, hieme vero cilicinam. non triticeo pane vitam sustentabat, sed sibi ipse hordeaceos subcinericios panes faciebat. hanc itaque severioris vitae regulam consectatus duravit donec Leo imperio potitus est. quin et Domnicam coniugem cum filia liberisque domi detondendos curavit, Athanasiam appellans, cunctasque opes in pauperum eleemosynas erogans. atque hae quidem ac eiusmodi Bardanii res.

4. Porro Leo clarus habebatur ac superbia ferebatur, ex humili atque obscuro conspicuus atque illustris, pro foederatorum praefectura, quam gerebat. sed nec ingratos mores exuerat, talem se exhibens ad-

φανείς. πλὴν εἴχετο, καὶ μάχαις μάχας ἐπισυνάπτων κατὰ τῶν
Ἰσμαηλιτῶν ἠνδραγαθίζετο, ἅτε μεγάλην ἐν τῷ τοιούτῳ μέρει καὶ
φύσει καὶ τριβῇ προσφερόμενος δύναμιν. καί ποτε στρατιωτικῶν
χρημάτων διανομὴν παρὰ τοῦ τὰ σκῆπτρα διέποντος Νικηφόρου
ἐγχειρισθείς, ἐπεὶ οὐδὲν ἔμελεν αὐτῷ τῶν βασιλικῶν ἐντολῶν, οὐδ' D
ἐξεπέραινέ τι, ἀλλ' ἐν πολίχνῃ Εὐχαΐτων τὸν καιρὸν ῥαστώνῃ καὶ
ἀμελείᾳ κατατρίβων ἀνεβάλλετο τὰ νενομισμένα τῷ στρατῷ παρα-
σχεῖν· καὶ φυλακῆς οὐδεμίαν πρόνοιαν ἔχων, οὔτε μὴν τῶν κοι-
νῶν χρημάτων, οὐδὲ καὶ τοῦ ἑαυτοῦ σώματος, οὐδ' αὐτῶν τῶν
ὑπὸ χεῖρα, τῶν Ἀγαρηνῶν ἐκδραμόντων καὶ τὰ Ῥωμαίων ληϊζο-
μένων τὴν λείαν αὐτοῖς οὗτος, ἀλλ' οὐκ ἄλλος τις, ἀπεπλήρου
ἀταλαιπώρως, ἀλλὰ δι' αὐτοῦ μὲν οὔ (ὀξείᾳ γὰρ φυγῇ τὴν σω-
τηρίαν ἐπραγματεύσατο), τὰ στρατιωτικὰ δὲ προδοὺς καὶ μόνον
οὐχὶ χερσὶ πολεμίοις ἐμβαλὼν χρήματα. οὗ δὴ ἕνεκα δίκας, εἰ P 8
καὶ μὴ τὰς ἀξίας, τῷ καταπιστεύσαντι δοὺς Νικηφόρῳ πληγαῖς
τε ταῖς κατὰ νώτου ὑπήχθη καὶ στέρνων καὶ φυγῇ ἀϊδίῳ τὴν ζη-
μίαν ἀπέτισεν. ἀλλὰ τοῦ Νικηφόρου κατὰ Σκυθῶν ἐκστρατεύ-
σαντος καὶ τραυματίου κατὰ τὴν παρεμβολὴν τοῦ πολέμου πεσόν-
τος μηνὶ Ἰουλίῳ εἰκάδι ἕκτῃ τῆς τετάρτης ἰνδικτιῶνος, καὶ τοῦ
υἱοῦ Σταυρακίου κατὰ τὸν πόλεμον καιρίαν τρωθέντος ὡς δύο μὲν
μόνους μῆνας καὶ ἡμέρας ἐπιζῆσαι ὀκτώ, συμβασιλεύσαντος δὲ
πρότερον τῷ πατρὶ ἔτη ὀκτὼ μῆνας ἑπτά, καὶ Μιχαὴλ τοῦ κουρο-

versus eum qui beneficio affecerat. ceterum clarebat, aliaque aliis nectens praelia strenue adversus Ismaelitas ac secundo Marte pugnabat, quippe qui et sua ipse indole et exercitatione in eam rem multa virtute pollebat. Quandoque vero ab eo qui tum rerum potiebatur (Nicephorus is erat), quam in copias militares erogaret, pecuniarum vi credita, nihili pendens imperialia iussa ne rem quidem exsequebatur, sed in Euchaitarum ignobili oppido tempus voluptate ac ignavia terens, constituta exercitui stipendia praebere differebat; nec ullam omnino curam ac diligentiam adhibens tum pecuniae publicae tum suo ipsius tutando corpori, ac nec provincialibus conservandis, cum Agareni excursiones facerent Romanamque dicionem diriperent, solus ipse ac nemo alius confertam praedam citra omnem laborem eis tradebat, non quidem suis ipse fortunis ac periculo (quippe qui celeri fuga saluti suae consulebat) sed militaribus pecuniis proditis et quasi in manus hostium coniectis. quamobrem etiam eidem Nicephoro, a quo pecunias consignatas acceperat, poenas dedit, etsi leviores quam delicti ratio exposcebat, nempe dorsum renesque verberibus affectus, perpetuoque exilio multatus. ceterum cum Nicephorus adversus Scythas movens accepto in acie vulnere fatis concessisset Iulii mensis vigesima sexta, indictione quarta, Stauraciusque eius filius ipse quoque letali in praelio affectus vulnere non plures duobus menses diesque octo patri superstes exstitisset, Michael

B παλάτου μετὰ τὴν τοῦ Σταυρακίου κατὰ τὴν δευτέραν τοῦ Ὀκτω-
βρίου μηνὸς ἀποβίωσιν, γαμβροῦ μὲν Νικηφόρου τελοῦντος, ἐκ
γενεᾶς δὲ καταγομένου τοῦ Ῥαγγαβὲ καὶ κατὰ τὴν θέσιν τῶν Μαγ-
γάνων σκηνοῦντος, τὴν τῆς βασιλείας δεξαμένου ἀρχὴν κατὰ τὸν
Ὀκτώβριον μῆνα τῆς πέμπτης ἰνδικτιῶνος, ἀπολύεται ὁ Λέων τῆς
ὑπερορίας κατὰ τὸ ἐπικρατῆσαν ἔθος τῆς χρηστότητος ἕνεκεν τοῖς
Ῥωμαίων βασιλεῦσι, καὶ τῆς φυγῆς κατάγεται, καὶ τοῖς αὐτοῦ
τούτου δὴ τοῦ Μιχαὴλ ῥαβδούχοις τοῖς κατὰ τὰ ἀνάκτορα συν-
τάττεται ἐφεδρεύουσι, καὶ πατρικίων τιμᾶται μετ' οὐ πολὺ τιμῇ,
καὶ στρατηγὸς Ἀνατολικῶν ἀναδείκνυται, ἡνίκα καὶ τὴν παλαιὰν
C φιλίαν τοῦ σὺν αὐτῷ τραφέντος ἀνδρὸς Μιχαὴλ ἀνανεῶν, ὃν κό-
μητα τῆς κόρτης ἡ ἐκ τοῦ Βαρδανίου μετάταξις προετίμησεν, καὶ
τῶν ἀπορρήτων μύστην λαμβάνων, τῶν ἔνδον τε εἶχεν πιστότατον
καὶ τῶν ἐκτὸς πρακτικώτατον.

Ἀλλ' ἔμελλεν αὖθις ἀχαριστίας ἁλῶναι γραφῇ, ὠμότητι
συντραφεὶς καὶ ἀγριότητι ἐκτραφείς, καὶ τοῖς δευτέροις τὰ πρῶτα
καλύψαι ὁ ἀλιτήριος. (5) ὅθεν ἄρτι Κρούμνου τοῦ τῶν Βουλ-
γάρων ἡγεμόνος συμβάσεις καὶ φιλίας ὑποκριναμένου καὶ σπονδὰς
D ζητοῦντος εἰρηνικάς, εἰ μόνον τὰ κατ' ἔτος διδόμενα εἰς τάξιν
οἶμαι δοθῶσιν φόρου αὐτῷ, ὡς τοῖς πρότερον ἔδοξε, καὶ προστι-
θέντος ὡς καὶ τοὺς πρόσφυγας Βουλγάρων, πρὸς δὲ καὶ Ῥωμαίων
εἰς τοὐπίσω ἐκδίδοσθαι τῷ ἑαυτῶν ἔθνει, ἄτοπον ἐφάνη τὸ τῶν

16 ἐκτραφείς] an ἐντραφείς?

vero Curopalata post Stauracium secunda Octobris vita functum (erat is gener Nicephori, Rangabae ortus prosapia, ad armamentarii aedes morans) imperii sceptra adeptus esset mense Octobri, indictione quinta, Leo exilio solvitur, Romanorum principum, cum primum inaugurantur, solenni clementia; atque a fuga revocatus ipsius Michaelis palatinis lictoribus accensetur. nec longa mora, patricii dignitate augetur duxque Orientalium creatur, quando et Michael veterem viri, quocum fuerat educatus, amicitiam renovans, quem aulae comitem relicta Bardanii factio ante provexerat, arcanorumque conscium assumens, rerum domesticarum fidissimum testem eorumque quae foris agenda essent efficacissimum ministrum adhibuit.

Rursus tamen ingrati animi labem sibi aspersurus erat homo crudeli ingenio agrestique indole educatus, ac qui priora sua, mortalium scelestissimus, sequentibus esset obscuraturus. (5) unde cum iam Bulgarorum dux Crumnus concordiam et pacis foedera amicitiasque ambire se simularet ac animum pacis cupidum praeferret, dummodo annua, quae pendi solita erant pro eo ac maioribus visum erat, Romani tributa praestarent, ea demum adiecta condicione, ut et Bulgarorum vicissimque Romanorum imposterum transfugae suae quique genti redderentur, trans-

προσφύγων τοῖς τῆς συγκλήτου βουλῆς, εἰ καὶ ὁ βασιλεύων Μιχαὴλ ὅλως ἐγένετο τῆς δόξης τοῦ ἄρχοντος τῷ γε δὴ τῆς εἰρήνης βούλεσθαι μὴ ἀποτυχεῖν. ἀλλ' ἐκράτησεν ἡ βουλή, Θεόκτιστον μάγιστρον ἐπικυροῦντα καὶ συντιθέμενον ἔχουσα τῇ δόξῃ, καὶ διελύθησαν πάλιν εἰς ἔργα πολέμου, τοὺς λόγους καταλιπόντες γυμνούς. καὶ τοῦτ' εἰκότως ἐφάνη καλόν· πῶς γὰρ ἄν τις φιλάνθρωπος P 9 δόξῃ καὶ συμπαθὴς τόν γε διά τινα σφαλέντα δὴ περιπέτειαν καὶ τὴν ἑαυτοῦ μὲν ἀρνησάμενον ἐνεγκαμένην, ἧς οὐδὲν γλύκιον, ὥς φασι, πρὸς δὲ καὶ γαμετήν τε καὶ ἔγγονα, ὡς εἰς ἄσυλον καταφυγόντα βωμὸν τῇ τῶν Ῥωμαίων πολιτείᾳ, τοῦτον ἐκδίδοσθαι ὠμότητι Σκυθῶν, θηρίων διενηνοχότων οὐδέν; οἷς γὰρ τὸ φοβερὸν καὶ ἄγριον ὁρῶσιν αὐτῶν τοὺς πολλοὺς μὴ ὑποφέροντας καὶ διὰ τοῦτο ἀπορρέοντας πρὸς τὸ ἥμερον καὶ πρᾶον ἡμῶν συχνῶς, ἅτε δή, μὴ κατὰ μικρὸν λάθωσιν ἑαυτοὺς πρὸς ἡμᾶς ἐκκενώσαντες, δεδιότες οἱ σφῶν ἀρχηγοὶ τὸν πολὺν περὶ τούτων λόγον πολλάκις καὶ μέχρις ἡμῶν κεκινήκασιν. ἀλλὰ κενήν, τὸ δὴ λεγόμενον B κατὰ τὴν παροιμίαν, ἔψηλαν, ἀνθρώποις ἐντυχόντες στερροῖς. (6) τοιγαροῦν μικρὸν διαλιπόντες κατ' ἀλλήλων ὁπλίζονται. καὶ Μιχαὴλ τὸν ἑαυτοῦ ὑποστράτηγον Λέοντα ἐπανάγειν καὶ διαπεραιοῦσθαι ἐκ τῆς Ἀνατολῆς θᾶττον ἠξίου μετὰ καὶ τῶν δυνάμεων· καὶ βοηθῷ μέλλων χρῆσθαι αὐτῷ ἐχθρὸν κατέλαβεν ἄσπονδον.

2 ὅλος?

fugarum caput illud absurdum senatui visum est, quanquam Michael imperator totus in principis Bulgarorum sententiam ibat, quod ineundae pacis occasionem illam sibi nolebat aufugere. obtinuit tamen senatus sententia, quam Theoctistus magister sequeretur ac cui vim ac pondus auctoritate sua adiiceret. iterum ergo relictis colloquiis ad belli aleam revocatum negotium; idque magis decere merito iudicatum est. quomodo enim non omnem humanitatis sensum exuisse arbitrandus est, qui hominem casu aliquo aut vicissitudine in errorem prolapsum, patriaque, qua nihil dulcius esse aiunt, contempta, ad haec uxore et liberis, ceu ad aras inviolabiles, ad Romanae dicionis loca confugientem, Scythicae gentis immanitati, cuius a feris nihil indoles differat, dedendos putaverit? cum enim terribiles trucesque ac feri sint, multos suorum id non ferentes ad lenitatem et mansuetudinem nostram saepenumero transire animadvertunt. ne igitur universa ipsorum gens in nostram paulatim sese effundat, veriti eorum principes saepius et ad nostram usque aetatem multos de hac re sermones moverunt. in vanum tamen, quod communi fertur adagio, cecinerunt, viros nacti firmi propositi, et qui a sententia non facile dimoverentur. (6) brevi itaque cessatum mora, ambaeque mox gentes ad arma concurrere. in his Michael legatum suum reverti iubet, exque Oriente cum copiis quam cito transmittere: enim vero quo se adiutore usurum exspectabat belliqe socio, implacabi-

ὡς γὰρ ἐκ τῶν μεγαλαύχων ῥημάτων καὶ ἀπειλῶν ὧν κατὰ Ῥωμαίων ὁ Κροῦμνος ἀπέπεμπε, φθόρους σωμάτων ἐπαπειλῶν καὶ C γῆς δῄωσιν καὶ δένδρων ἐκτομὰς καὶ οἰκημάτων πυρπόλησιν, καὶ ὅλως καθ' ἡμῶν οἷά τις χειμάῤῥους ποταμὸς φερόμενος πάντας ὑφ' ἑαυτὸν ποιῆσαι διεβεβαίου, ἄρτι δὴ τοῦ βασιλέως ἐκστρατεύσαντος καὶ συστείλαντος τὰς ὑπερορίους ἐκείνας ἀπειλάς, καὶ μόνον οὐ τοῖς οἰκείοις ὅροις ἐμμένειν καταναγκάζοντος ἀλλ' οὐκ ἐκπηδᾶν καὶ τὴν ἡμετέραν ληΐζεσθαι, καὶ πολλάκις ἐκ παρατάξεως προσκαλουμένου μὲν τοῦ Μιχαὴλ, ἐκείνου δὲ μὴ ἀπαυθαδιαζομένου ἀλλὰ τὴν οἰκείαν ἐπιγινώσκοντος ἀσθένειαν καὶ μὴ πρὸς βασιλέα χεῖρα ἀνταῖραι κατατολμῶντος, ἐδόκει μὲν τῷ Μιχαὴλ ἀρκεῖσθαι τὸ προπετὲς ἐκείνου καὶ αὔθαδες ἐν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ κατακλείσαντα, μὴ D καὶ μάχην ἐπισυνάψαι, ὡς ἀδήλου ὄντος τοῦ μέλλοντος· "ἐπεὶ" γὰρ ἔλεγεν "ἐκ παρατάξεως ἡμῶν οὐκ εἰς πόλεμον οἷοί τέ ἐσμεν ἐκκαλέσασθαι, ἀλλὰ φυγομαχεῖν καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ μένειν ἀναγκάζομεν, τί καὶ δράσαιμεν βιαζόμενοι; διὰ τοῦτο οὖν παλινδρομεῖν ἠρέμα πως καὶ κατὰ μικρὸν πρὸς τὴν οἰκείαν βασιλείαν βουλομένου, ἀπρεπὲς ἐφάνη τῷ Λέοντι καὶ οὐ κατὰ βασιλέα Ῥωμαίων νῶτα διδόναι τοῖς ἐχθροῖς, οὕτω καλοῦντι P 10 ἐκείνην τὴν καλλίστην βουλὴν τῷ μὴ ὀρθὰ μηδ' ὑγιᾶ φρονεῖν σεσαθρωμένα δὲ καὶ δόλια, καὶ ὅλην ὑφ' ἑαυτὸν ποιῆσαι τὴν τῶν Ῥωμαίων μελετῶντι ἡγεμονίαν. "ἀλλ' ἐτητέον" ἔφη

8 τὴν om P 10 βασιλέως P: cf. p. 109 d. 12 αὐτῷ?
15 ἑαυτὴν vulgo.

lem hostem offendit. cum enim ex verborum illa iactantia ac Romanis intentatis minis, quibus se Crumnus hominum stragem facturum, agros vastaturum, arbores excisurum, domos succensurum, omninoque torrentis more, violento in nos impetu, irruptionem se facturum affirmabat ac omnes sub iugum missurum, animatus imperator suscepta iam expeditione, modum omnem excedentes barbari minas compressisset, vixque non suis se finibus continere, nec inde prorumpere agrosque Romanos vastare coegisset; saepiusque provocante Michaele, instructa in eum acie, pugnae is aleam compressa audacia detrectasset, quin immo vires suas agnosceret, nec adversus imperatorem manum conserere auderet; sufficere Michaeli videbatur, quod barbaricam illam ferociam ac temeritatem suis velut terminis sine pugna, cuius incertus exitus est, conclusisset. quando enim, aiebat, quibus freti copiis sumus ad pugnam committendam excire non possimus, sed eam detrectare suisque se finibus continere cogamus, quid etiam necesse ut ad experiendum Martem cogamus? cum itaque sensim pedem referre paulatimque Romanum solum repetere Michael cogitaret, visa res indigna Leoni, nec ex imperatoris Romani maiestate, terga hostibus vertere. hoc enim Leo optimum illud imperatoris consilium dicebat, quod nimirum non recte ac sincere sentiret, sed putri dolique pleno consilio, unum hoc moliretur, ut in se rerum summam transferret. "sane," aiebat, "imperator, movenda nobis in

"πρὸς αὐτούς, ὦ βασιλεῦ, καὶ ὄψει με σήμερον τὸ κράτος καθαρῶς ἀναδούμενον κατὰ τῶν ἐχθρῶν καὶ νικηφόρον δεικνύμενον, τῇ σῇ καταθαρροῦντα καὶ προπολεμοῦντα πεποιθήσει τε καὶ εὐχῇ." τούτοις ὁ Μιχαὴλ τοῖς λόγοις ἐκτραπείς τε καὶ παρασαλευθεὶς συρρῆξαι παρεκελεύσατο τὸν πόλεμον. ὡς δὲ μόνον ἐγένετο συμβολή, νῶτα δοὺς ὁ Λέων τὴν φυγαδείαν ἠσπάσατο, τὴν βασιλείαν ἀεί πως ἐπιζητῶν. καὶ τοῦτο τέως ἄδηλον ἦν αὐτῷ τε τῷ Μιχαὴλ B καὶ τοῖς ὑπεναντίοις· μήπω γάρ τινος γεγονότος, οἷα φιλεῖ κατὰ πόλεμον, μηδετέρῳ ἀνδραγαθήματος, ἀλλ' ἔτι κατ' ἀρχὰς οὔσης τῆς μάχης καὶ μικροῦ ὅτι καὶ συνερράγησαν ἀγνώστου, αὐτοῖς τε τοῖς Βουλγάροις καὶ πᾶσιν ἐφάνη τρόπος εἶναι τὸ πρᾶγμα, ὡς μέλλουσιν αὐτοὺς διασπᾶν καὶ αὖθις ἐξ ὑποστροφῆς καταπολεμεῖν. ὡς δ' ἀμφότεροι οὐ κατὰ τρόπον ἀλλ' ἀληθῆ δὴ ἔγνωσαν εἶναι τὴν φυγήν, τότε προσπεσόντες οἱ μὲν ἐναντίοι φόνον πολὺν ἐνειργάζοντο τῶν φευγόντων νεανικῶς, ὁ δὲ Μιχαὴλ ἑαυτὸν σώζειν C ἀλλ' οὐκ ἀντιπίπτειν μετ' ὀλίγων ὧν διεπείραζε. καὶ οὕτω μὲν ταύτην γενέσθαι τὴν μάχην τινὲς ἡμῖν ἐγγράφως παραδεδώκασιν· εἰσὶ δ' οἳ καὶ τὰς δυνάμεις μᾶλλον τῷ Λέοντι διδόασι διασῶσαι καὶ καρτερῶς ἀγωνίσασθαι, τῶν βασιλικῶν ταγμάτων ἐθελοκακησάντων καὶ τὴν οἰκείαν προδεδωκότων παράταξιν, ἀλλ' οὐ τοῦ κατὰ τὸν Λέοντα μέρους. πλὴν καθυπερτερεῖ μὲν τὰ Βουλγάρων δυσελπίστως, τὰ δὲ τῶν Ῥωμαίων ἥττῃ συνεχόμενα βαρείᾳ καὶ

eos signa sunt; videbisque me palam hodie robur ac vires in hostes exserere, tuoque ad fiduciam nutu precibusque fretum, in primis ordinibus strenue dimicantem, praeclare victorem fore." his Michael verbis a sua in diversum actus sententia pugnam conseri iussit. moxque prima ipsa congressione Leo terga vertens fugam capessit, quippe tyrannidem continuo meditans, etsi hactenus eius hoc consilium tum Michaelem tum hostes latuerat. quod enim nihil hactenus istiusmodi contigerat, qualia praelii vis afferre solet, nullumque belli facinus utravis acies gesserat, sed primus ipse conflictus vertebatur, vixque dum coepisse conflictum partes advertebant, tum ipsis Bulgaris tum reliquis omnibus res dolus videbatur, qualis hostium esse solet: nempe a sua illos distrahentem acie, conversa demum in eos ex fuga fronte, velle irruere. ubi autem ambae acies nihil belli arte fieri, sed veram Romanorum fugam, quod ita agebatur, esse advertere, hostes verso impetu fugientium stragem multam dedere. ipse Michael salutem expedire, non cum paucis sibi relictis hostibus conatur obsistere. sicque adeo pugnatum sunt qui literarum monumentis ad nos transmiserint. non desunt tamen qui Leoni potius tribuant copias conservasse ac strenue pugnasse, cum aulici ac palatinae cohortes ignavia acti ultro fugam iniissent atque aciem suam prodidissent, non quae ex Leonis partibus essent. enimvero Bulgari inopinato, ac cum nihil eiusmodi exspectaretur, superiores evadunt: gravi autem tremendaque clade attriti Romani impera-

φοβερᾷ τὸν βασιλέα ἔπεμπον ἀγωνιῶντα περὶ ψυχῆς. ἀλλ' ἐκεῖ-
D νος μὲν πρὸς τὰς βασιλείους αὐλὰς παρεπέμπετο, τὸν Λέοντα οἷόν
τινα πρόβολον καταλιπὼν ἔξωθεν ἐφεδρεύειν τοῦ μή τινα γενέσθαι
λαφυραγωγίαν πλείονα παρὰ τῶν ἐχθρῶν. ὁ δὲ καιροῦ λαβόμενος
ἐπιτηδείου τὸν στρατιώτην ὄχλον ἠρέθιζέ τε καὶ βλάσφημά τινα
ῥιπτεῖν κατὰ τοῦ βασιλέως ἠνάγκαζε, καὶ μὴ ἂν ἔλαφον, ἐκεῖνο
δὴ τοῦ μύθου, ἡγεῖσθαι λεόντων καλὸν ἔλεγεν εἶναι, τὴν φυγὴν
ἀσπασάμενον νῦν καὶ πρὸς τοὺς κόλπους φυγόντα τῆς γυναικός,
τὸν ἑαυτοῦ ἡμᾶς καταλιπόντα λαὸν παρανάλωμα τῶν ἐχθρῶν.
P 11 οὔπω πέρας πρὸς τοὺς κοινωνοὺς τῶν λόγων ὁ λόγος ἐλάμβανε,
καὶ εἰς ἔργον ἦν τοῦτον ἀπεκβάντα ἰδεῖν, τῇ τῶν κολάκων κατα-
σπαρέντα στωμυλίᾳ καὶ συνδρομῇ. καὶ τέλος ἀνάρρησις αὐθω-
ρόν, καὶ τὸν αὐτὸν εἶχε τὸ βραχύτατον μόριον τῆς ἡμέρας ἰδιώτην
ἅμα καὶ αὐτοκράτορα.

7. Ἄρτι γοῦν ἀνηγορεύετο παρὰ τοῦ στρατοῦ καὶ φόβοι
τοῦτον καὶ δέη ὑφεῖρπον, εἴτε σκηνὴν ὄντως ὑποκρινόμενον, ἵν'
ἀπολογίαν σχοίη εἰς ὕστερον, εἴτε καὶ ἀληθείᾳ τὰ ταῖς τηλικαύ-
ταις πράξεσιν ἀκολουθοῦντα ἀντίπαλα διαλογιζόμενον, ἐπεὶ καὶ
B τοῖς ἁρπάσαι τὰ ἀλλότρια προθυμουμένοις μαλακώτεραι πρὸς τὰ
δεινὰ τόλμαι φιλοῦσι γίνεσθαι, καὶ τὸ μέγιστον, ὅπως τῶν βασι-
λείων μετάσχῃ αὐλῶν, θυραυλῶν τε καὶ πόρρω που αὐλιζόμενος.
ἀλλ' ἔμελλε πάντως καὶ αὐτὸς ἐνσκηνῶσαι τοῖς βασιλείοις, καὶ

torem de salute sua anxium e praelio reducunt. verum is quidem aulam repetit, ac ceu quoddam propugnaculum Leonem foris excubantem, ne quam hostes ultra praedam abigant ac liberius agros populentur, relinquit. at Leo commodum nactus tempus militares irritat alas, et maledicta quaedam in imperatorem iactare eos cogit. "haud e re" aiebat "ut quod fabula est, leonum agmen cervus ducat; qui videlicet modo arrepta fuga in uxoris sinum concesserit, nobis in castris relictis, quos hostes vastitate consumant." vixdum in eum modum socios affatus peroraverat, cum res eventu succedit, sparsis in omnem castrorum ambitum garrulis assentatorum vocibus ac concursu, quos ille eiusdem fere tenoris sermones habuerat. postremo actutum secuta acclamatio, eiusdemque diei pars modicissima eundem privatum simul et imperatorem adspexit.

7. Vixdum imperator ab exercitu acclamatus erat, cum illi metus ac pavores obrepunt, sive re ipsa scena haec ac simulatio erant, quo in posterum facinus excusare posset, sive vere quanta istiusmodi molitionibus molesta obsistant, secum animo reputabat: nam et quibus constitutum sit aliena rapere, his ad mala designanda plerumque animi solent mollescere. hocque maximum cogitabat, qua tandem ratione in castris stativis ac procul agens aulae compos evaderet. omnino tamen futurum erat ut et aula potiretur et in regia habitaret. idcirco etiam

διὰ τοῦτο πνεῦμα πονηρότατον διεγεῖραν Μιχαὴλ τὸν Τραυλὸν καιρίαν οἱ καθικέσθαι διηπείλει, εἰ μὴ τὴν ἀνάρρησιν ἀσμένως προσδέξοιτο· ὡς αὐτῷ γε πάντως μελήσειν τῶν νομιζομένων δυσχερῶν, καὶ αὐτῆς γε ταύτης τῆς πρὸς τὰ βασίλεια ἀφίξεως. ὃ δὴ καὶ γέγονεν.

8. Ὡς δέ τις ἀνὴρ (Ἰωάννης οὗτος ὁ κατὰ τὸν Ἑξαβούλιον) τὴν τῶν τειχῶν ἐπιμέλειαν καὶ πρόνοιαν ποιούμενος ᾔσθετο C τὸν Λέοντα τοῦτον καταλελειμμένον πρὸς φυλακὴν ἅμα τῇ τοῦ βασιλέως εἰσόδῳ, (δεινὸς δὲ ἄρα ἀνδρὸς φύσιν στοχάσασθαι πόρρωθεν) οὐκ ἐν καλῷ τὴν ἐκείνου ἔφησε γενέσθαι προστασίαν τῶν στρατευμάτων· ὅθεν σύμβουλος γίνεται τῷ βασιλεῖ διανοήσασθαί τι καὶ τὸν ἄνδρα μεταστῆσαι καλῶς. πλὴν ἔδει τὸν τέως τῷ κωδίῳ θῆρα κρυπτόμενον ἀνακαλυφθῆναί ποτε καὶ δοκιμασθῆναι ὡς ἐν χοάνῳ χρυσὸν τοὺς τοῦ θεοῦ ἐκλεκτούς· συγχωρεῖται δὲ τοῦτο πολλάκις κατά τινα τοῦ χρόνου κυκλικὴν περίοδον γίνεσθαι, ἐξ D αἰτήσεως οἶμαι δαιμονικῆς, καθάπερ ἐπὶ Ἰώβ, εἰς γνῶσιν μὲν καὶ διάκρισιν τῶν εὐσεβῶν, ἀλλοτρίωσιν δὲ καὶ ἀποποίησιν τῶν κακῶν. (9) οὔπω γὰρ πέρας ἔσχον οἱ λόγοι, καὶ φήμη προθέουσα τὴν τοῦ τυράννου ἐμήνυεν ἀναγόρευσιν. προσπεσούσης δὲ ταύτης, ἡ μὲν πόλις πρὸς τοιοῦτον ἄγγελμα μικροῦ δεῖν ἔκφρων γενομένη μόλις ἑαυτὴν συνεῖχεν, τοὺς ἐμφυλίους κατορρωδοῦσα πολέμους, ἐξ οὗ πολλάκις αὔτανδροι πόλεις κατεβαπτίσθησαν· ὁ δ' αὐτοκράτωρ ἐξεπλήγη μὲν τὴν ψυχήν, οὐκ ἐταράχθη δὲ τὴν γνώ-

spiritus nequam afflatu Michael Balbus letale se ei vulnus inflicturum comminatur, nisi militum acclamationem suamque nuncupationem placide admittat: fore nimirum sibi curae quaecunque ardua videantur, ac ipsum cum primis in regiam accessum. quod ita factum est.

8. Ubi autem Ioannes quidam Hexabulius, cui moenium cura credita erat, sub ipsum mox imperatoris in urbem ingressum, Leonem cognovit Romanae dicionis ac tuendis agris praesidio relictum (erat is vir acri ingenio, ac qui hominis procul indolem coniectaret), haud fauste cessurum ait quod is cum imperio exercitui praefectus esset. quamobrem auctor est ut secum aliquid commentus imperator honesto quodam colore virum magistratu moveat. verum necesse erat ut quae hactenus ovina pelle contecta latuerat, ingenium fera proderet, et ut electi dei probarentur haud secus ac flamma aurum in conflictorio purgat. sinit autem id non raro, per recurrentium temporum quandam periodum, ita evenire, daemone, puto, eius sibi copiam flagitante, uti in Iobo noscitur contigisse, ut pii innotescant et discernantur, mali vero abdicentur ac eiiciantur. (9) vix namque sermonem finierat, cum fama praevolans acclamatum imperatorem tyrannum annuntiat. eo rumore nuntioque attonita civitas ac fere mente mota vix se continebat, belli civilis formidine, cuius mole haud raro urbes integrae concidant. verum imperator obstupuit quidem animo, haud tamen mente turbatus est, sed viri tan-

P 12 μην, ἀλλ' ἀχαριστίαν αὐτοῦ μόνον κατεγνωκώς, ἠρέμα πως ὑποψιθυρίσας ὡς καλὸν τῷ θείῳ θελήματι ἕπεσθαι, ἀφῄρει τῆς πόλεως τὸ περιθαμβὲς καὶ ταραχῶδες, ἅπαντας προτρεψάμενος χωρῆσαι τούτου πρὸς ἀπαντήν, ἵνα μένουσαν σώζῃ τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ἐμφυλίου αἵματος ἄχραντόν τε καὶ καθαράν. ἵστασθαι δέ τινων πρὸς τὰ δεινὰ καὶ πρὸς τὸν διὰ μάχης ἀγῶνα παρακελευομένων χωρεῖν, καὶ μένειν αὐτῶν ὑπισχνουμένων βεβαιῶν ὑπὲρ βασιλέως πράου τε καὶ πιστοῦ, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς ἀποδεχομένης τοῦτο τῆς B γαμετῆς Προκοπίας καὶ Μανουὴλ τινος τῶν ἐξ Ἀμαληκιτῶν πρωτοστράτορος τηνικαῦτα τυγχάνοντος, οὐκ ἔφη χρῄζειν τὴν βασιλείαν αἵμασι καταρρεομένην ἀδελφικοῖς. ὅθεν καί τινι τῶν πρὸς θεραπείαν αὐτοῦ γνησίων παράσημά τινα δοὺς τῆς βασιλείας φοιτᾶν ἐκεῖσε ἐξεβιάσατο. ἐφ' οἷς καὶ δεινοπαθήσασα καὶ οἷον ἐκβακχευθεῖσα ἡ τούτου δὴ γαμετὴ δεινὸν λέγεται ἀνακραγεῖν, εἰ Βάρκα, οὕτω δὴ τὸ τοῦ Λέοντος καλέσασα γύναιον, τῇ κεφαλῇ ἐπίθοιτο τὸ μοδίολον. ὁ δὲ στερροῖς λόγοις ταύτην ἐπιρραπίσας, καὶ ὅλον δὴ ἀναθεὶς ἑαυτὸν τῷ θεῷ, ἐκαραδόκει τὰ μέλλοντα. ἄρτι γοῦν κατηγγέλλετο τὸν τύραννον εἰσιέναι διὰ πύλης τῆς χρυσηC λάτου, καὶ πᾶσα ἡ σύγκλητος κατὰ τὸν θεῖον τοῦ προδρόμου νεών, ὃν ὁ Στούδιος ἐκ βάθρων ἀνήγειρεν, ἀπήντα καὶ ὑπτίαις ἐδέχετο ταῖς χερσί, προπέμπουσά τε καὶ ἐκθειάζουσα. ὡς δὲ τοῖς βασιλείοις ἤγγιζε καὶ κατὰ πρόσωπον δὴ τῆς θείας εἰκόνος τοῦ

11 ἰδεῖν αἵμασι?

tam ingratos mores detestatus, leni quasi susurro bonum aiens obsequi divinae voluntati, pavore ac turbatione urbem liberavit; cunctos hortatus ut tyranno venienti occurrant, quo nimirum nullo civium pollutam cruore ac incolumem civitatem custodiret. porro nonnullis hortantibus ut forti animo malis obsisteret pugnaque cum tyranno decerneret, ac cum ii firmos se ac constantes tuendis clementissimi fideque praestantis imperatoris partibus fore pollicerentur, quin et ipsa illius uxor Procopia rem probaret, necnon Michael quidam Amalecites, cuius tum in aula protostratoris munus esset, nolle se ait imperium fraternis caedibus cruentatum. quamobrem etiam cuidam famulorum fidelissimo traditis imperialibus quibusdam ornamentis ac insignibus Leonem adire atque ei deferre coegit. ea re indignabundam eius coniugem Procopiam ac bacchantis pene similem exclamasse aiunt indignum ac grave si Barca (sic Leonis uxorem convicio vocans) capiti modiolum imponeret. at ille severioribus verbis eam castigans, seque totum deo committens, futurum rei eventum praestolabatur. iam enim percrebuerat rumor ingressum tyrannum per auream portam, omnemque senatum ad sacras praecursoris aedes, Studii opera a fundamentis exstructas, obviam processisse, ac supinis manibus plausu faustisque ominibus in urbem excipere ac deducere. cum autem ad palatium iam appropinquaret, eique coram divina

δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντος θεοῦ λόγου, κατὰ τὸν οὕτω κατονομαζόμενον τόπον Χαλκῆν, ἔμελλε στῆναι τὰς εὐχὰς ἀποδώσων, ἐπεί τι φοινικοβαφὲς θοιμάτιον κατά τι στρατιωτικὸν ἔθος ἄζωστον ἐπημφίετο (ἀετὸν τοῦτο καλοῦσιν ἢ θάλασσαν οἱ περὶ ταῦτα κομψοί), τοῦτο μὲν αὐτίκα ἀπαμφιέννυται, καὶ Μιχαὴλ ὁ τὴν γλῶτταν φέρων παράσημον, ἐπιμελητὴς τῶν τοῦ Λέοντος ἵππων τηνικαῦτα τυγχάνων, ἐπὶ χεῖρας λαβὼν αὐθωρὸν ἐπαμπίσχεται. D ἔδοξεν οὖν τοῦτο τοῖς πολλοῖς οἰωνὸς ἐξ ἐκείνου δεύτερον τῆς βασιλείας τυχεῖν. ὡς δὲ κατὰ τὰ Σκῦλα ἐγένοντο, οὕτω δή τινα τόπον κατὰ τὰς βασιλείους εἰσόδους λεγόμενον, ἀκρατῶς πως ἐπιρρέων καὶ κατ' ἴχνος θέων αὐτοῦ τὸ πρὸς τῇ πέζῃ λῆγον τοῦ ἱματίου ἄκροις ἐπέβη ποσίν, ὡς καὶ αὐτὸν αἰσθάνεσθαι τὸν Λέοντα καί τινα παράβολον κίνησιν ἐξ αὐτοῦ προσδοκᾶν. τοῦτο μὲν οὖν ὕστερον ἐγένετο.

10. Τότε δὲ τοῦ Λέοντος ἐπιφανέντος, Μιχαὴλ ἅμα παισί τε καὶ γυναικὶ τὴν κόμην ἀποθέμενοι πρὸς τὸ τοῦ θεοῦ τεμένισμα, P 13 ὃ Φάρος κατονομάζεται ἀπὸ τοῦ φῶς ἀνάπτειν πᾶσι καὶ κατὰ τὰς νύκτας χειραγωγεῖν ἐπὶ καταγωγάς τινας ἀσφαλεῖς, ἀντίμιμον τοῦ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ὄντα τε καὶ λεγόμενον, τὴν αὐτοῦ εὐμένειαν χωρεῖ ἐκκαλούμενος. ὁ δὲ συλῆσαι μὲν ἐκ θεοῦ καὶ ἔρημον θεῖναι ψυχῆς οὐκ ἐν καλῷ θέμενος, ἐκεῖνον μὲν ἐν τῇ Πλάτῃ νήσῳ ὑπερόριον θεὶς ἡσυχάζειν ἐπέτρεψεν, χρυσόν τινα κατ' ἔτος ἐπιχορη-

9 τὴν Σκύλα P: cf. 4 19. 16 Cedrenus: τὸν τῆς θεοτόκου ναόν. 21 Cedrenus Πρώτην.

dei verbi propter nos facti hominis imagine, ad locum quem Chalcem vocant, vota reddituro tantisper consistendum esset, quod punicei coloris brevem quandam vestem militari more discinctam gestaret (aquilam vocant, sive mare, qui in his elegantiam colunt), eam mox exuit; quam ipsam in manus acceptam Michael ex linguae vitio Balbi cognomen adeptus, Leonis tunc praefectum stabuli agens, illico induit. fuit hoc multis ominis loco, fore ut Michael imperio regendo Leoni successor esset. ubi autem ad Scyla venerunt (locus est sic dictus in ingressu palatii), sequens a tergo idem Michael dum incautius graditur ac celerius praeeuntis vestigia premit, summis pedibus ac articulis imperatoriae vestis oram calcavit, ita ut ipse Leo senserit audaciorisque aliquid facinoris ab eo exspectandum ominatus sit; quod et postea accidit.

10. Tunc Michael Leone ingresso, una cum liberis atque uxore, detonsa coma ad dei delubrum secedunt, quod Pharum vocant ea ratione, quod cunctis lucem accendat noctuque ad certas quasdam stationes deducat, Phari illius in Aegypto celebris nomen imitans officiumque praestans, Leonis illic exoraturus clementiam. ille porro haud ex honesti ratione ratus religionem loci violare aut in eo supplicibus necem inferre, illum quidem in insulam Platen relegans privatum illic agere iussit, auri summam quotannis in eius sumptus subministrans; ubi et mo-

γῶν, ἔνθεν καὶ τὸ μοναχικὸν σχῆμα λαβόντα καὶ Ἀθανάσιον μετο- B νομασθέντα ἐπιβιῶναί φασιν ἔτη δύο καὶ τριάκοντα. συνῆν δὲ αὐτῷ καὶ Εὐστράτιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ καὶ ἀποκαρεὶς καὶ εὐνουχισθεὶς ὢν ἐτῶν εἴκοσι προστάξει τοῦ Λέοντος, καὶ Νικήτας, ὃς πρότερον μὲν παῖς ὢν τὴν τῶν ἱκανάτων διεῖπεν ἀρχήν, ἅτε δὴ φίλιος τοῖς στρατιώταις καὶ ἐν ὑπαίθρῳ διάγουσιν εἶναί τε θέλων καὶ τῶν πολλῶν πραγμάτων ἔμπειρος, τότε δὲ τὴν κόμην καὶ αὐτὸς ἀποθέμενος Ἰγνάτιος ἐκαλεῖτο καὶ τῷ πατρὶ συνεῖναι ἐτύγχανεν τῷ μονήρη βίῳ προσκείμενος. τὴν δ' αὐτοῦ σύνευνον ἀπεσχοίνισε καὶ ἀπέσπασε καὶ πρὸς τὴν μονὴν τὴν οὕτω λεγομένην Προκοπίας C μετέθηκεν, καίτοι γε τοῦτο μὴ γενέσθαι πολλὰ τοῦ Μιχαὴλ ἱκετεύσαντος. καὶ ὁ μὲν Μιχαὴλ τοῦ βίου ἔξω γενόμενος μηνὶ Ἰανουαρίῳ ιαʹ, ἔτει ςτβʹ, τὸν χοῦν ἀποθέμενος ἐν αὐτῇ τῇ νήσῳ, ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τῆς ἐκκλησίας ἐτέθαπτο· ὁ Εὐστράτιος δὲ μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν ἔτη ἐπιβιοὺς πέντε [καὶ δέκα] καὶ αὐτὸς ἐκοιμήθη κατὰ τὴν ιεʹ τοῦ Ἰανουαρίου μηνός, ἔτους ςτζʹ, ἐν τῷ εὐωνύμῳ μέρει τῆς ἐκκλησίας πεσών. ὁ δὲ Ἰγνάτιος ὁ καὶ πρότερον Νικήτας καλούμενος, τῆς Κωνσταντινουπόλεως πρόεδρος εἶναι λαχών, πολλοῖς ὕστερον χρόνοις ἐν τῇ μονῇ καλουμένῃ Σατύρου, D ἣν ἄρτι ἐκ βάθρων δειμάμενος ἔτυχεν, τὸ ἱερὸν αὐτοῦ σῶμα κατέθηκεν. αὕτη δὲ ἡ μονὴ καὶ τοῦ Ἀνατέλλοντος κέκληται τρόπῳ τοιῷδε. ἀλλὰ Σάτυρος μέν, ὅτι ἐκ μικροῦ διαστήματος τῆς τοι-

7 δὴ P 15 καὶ δέκα] videntur redundare. margo P 19 ἐν τῇ μονῇ τῇ κ.?

nachi assumpto habitu atque Athanasii indito nomine ad annos duos supra triginta vixisse fertur. erat cum eo et Eustratius eius filius, qui ipse Leonis iussu detonsus ac virilibus orbatus est, aetatis annum vigesimum agens. Nicetas quoque, qui prius adolescens Icanatorum praefecturam gesserat, quippe qui hoc ageret ut militum inque subdialibus stativa habentium gratiam iniret multaque rerum peritia polleret, ipse quoque tunc coma posita Ignatii nomen accepit, versansque cum patre monachi vitam una instituit. uxorem vero ab illo abiunctam atque avulsam in monasterium quod Procopiae vocant transtulit, quanquam Michaele hoc enixe amoliente ac deprecante. ac Michael quidem in vivis esse desiit undecimo Ianuarii, mundi anno 6032, depositaque mortalitate in eadem insula, ad cornu dextrum ecclesiae, sepultus est. Eustratius vero cum a morte patris annos quinque vixisset, dormiit et ipse ad quintumdecimum mensis Ianuarii, anni 6037, in sinistra ecclesiae parte conditus. Ignatius denique, qui et prius Nicetas vocatus est, ecclesiae Cpolitanae praesul effectus, multis post annis in monasterio quod Satyri vocant, quod et ipse paulo ante a fundamentis condiderat, sacrum corpus suum deposuit. hoc porro monasterium etiam Orientis nomen in eum modum sorti-

αὐτῆς μονῆς ὁ παλαιὸς ὀνομάζεται Σάτυρος, ἐν ᾧ ἦν ἱερὸν παρὰ τῶν Ἑλλήνων οἰκοδομηθὲν τῷ αὐτῷ Σατύρῳ, οὗ καθ' ὁμωνυμίαν, διὰ τὸ πλησίον εἶναι τὴν εἰρημένην μονήν, τῷ τοιούτῳ καλεῖται ὀνόματι· ἐξ οὗπερ καὶ ὁ τοῦ Βρύου παλάτια κτίσας Θεόφιλος βασιλεὺς τὴν ὕλην ἀφελόμενος ταῦτα ἐδείματο. Ἀνατέλλων δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. κυνηγετοῦντί ποτε Νικηφόρῳ τῷ βασιλεῖ ἐν οἷς ἀρτίως ἐστὶν ἡ μονὴ μέρεσι, διὰ τὸ ἀλσώδη καὶ δύσβατον εἶναι καὶ πρὸς θήραν ζῴων ἐπιτηδείαν, ἐλάφου μεγίστης φανείσης καὶ P 14 καταδιωκομένης καὶ χειρωθείσης ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ἐν ᾧ νῦν τὸ τῆς μονῆς θυσιαστήριον ἵδρυται, εὑρέθη τράπεζα παλαιὰ ὑπὸ κίονος βασταζομένη, γράφουσα οὕτως "τοῦτό ἐστι τὸ θυσιαστήριον τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ τοῦ ἀνατέλλοντος, ὅπερ ἐνεθρόνισεν ὁ ἀπόστολος Ἀνδρέας." ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐ τότε, χρόνου δὲ παρεληλυθότος πολλοῦ ὕστερον.

11. Ἐπανακτέον δὲ τὸν λόγον, καὶ τὴν αἰτίαν ζητητέον τὴν οὕτως ὡς ἐξ ὁμολόγου πείσασαν ἀμφοτέρους, τὸν μὲν Μιχαὴλ μηδ' ὅλως ὑπὲρ τῆς βασιλείας ἀντισχεῖν (ἔνεστι γάρ, ὡς ἡ παροι- B μία, κἂν μύρμηκι χολή), τὸν Λέοντα δὲ θαρρούντως ἐπιβῆναι καὶ κατατολμῆσαι αὐτῆς. καὶ γὰρ ταύτην μόνην εἴποιμι ἂν ἐγὼ εἶναι ἀληθινωτάτην παιδείαν τε καὶ γυμνασίαν πρὸς τὰς πολιτικὰς πράξεις, τὴν ἐναργεστάτην αἰτίαν καὶ τὸ μὴ τήνδε ἀλλὰ τήνδε ἐπικεκαλυμμένην καταφοράν, ἧς πᾶσα δὴ βίβλος ἱστορικὴ στερου-

4 ὁ τὰ τοῦ? cf. 61 D. 7 δύσβατα et ἐπιτήδεια?

tum est. verum Satyri quidem fuit appellatum, quod haud procul ab eo monasterio vetus Satyrus diceretur, ubi Graecanica superstitione eidem Satyro fanum exstructum erat, ex cuius vicinia haec ipsa appellatio monasterio haeserat: ex eius porro ruinis Theophilus imperator ablata materie regias aedes exstruxit, quas vocant Brya. ut autem Oriens vocaretur, eiusmodi causa accidit. veniente aliquando Nicephoro imperatore ad eas partes ubi iam monasterium conditum est, eo quod locus dumosus esset et impervius silvestriumque animalium venationi idoneus, cum apparuisset praegrandis cervus, infestisque canibus eo ipso loco in quo nunc monasterii sacrarium erectum est captus esset, inventa est vetus mensa, quam columna fulciebat, hocce titulo: "hoc est altare Michaelis caelestis militiae principis, quod Andreas apostolus posuit." verum haec non tunc gesta sunt, sed ubi postea longum tempus effluxerat.

11. Interim revocanda ad institutum oratio est, ac quaerendum quid velut ex condicto ambos induxerit, tum nempe Michaelem ut nihil operae asserendo sibi imperio hostique obnitendo posuerit, cum nec formicae, ut adagio fertur, ira desit, tum vero Leonem ut sic audacter illud invaderet. hanc enim ego verissimam disciplinam et ad politicas actiones exercitationem dixerim, evidentissimam rei cuiusque causam, neque hanc solum, sed quae occulta sit, compertam habere; qua

μένη καὶ ἀπογυμνουμένη οὐκ οἶδ' εἴ τινα ὄνησιν παράσχοι τοῖς
ἐντυγχάνουσιν. ὑπῆρχε δὲ Μιχαὴλ θεραπαινίδιόν τι πρόσοικον,
ὃ κατά τινας ἐκβακχευόμενόν τε καὶ ἐνεργούμενον περιόδους ἀπε-
φοίβαζέ τε καὶ ἐμαντεύετο, καὶ πρὸς τῷ τοῦ Βουκολέοντος αἰγια-
C λῷ προσφοιτῶν "κατάβηθι ἐκεῖθεν, κατάβηθι," γεγωνότερον, "ὦ
Μιχαήλ," ἐπεβόα, "καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἀφίστασο," πρὸς αὐτὸν
δὴ τοῦτον ἀπορριπτοῦσα φωνάς. οὐκ ἔλαθε γοῦν τοῦτο πολλάκις
γενόμενον οὐδὲ τοὺς ἐθελοκωφεῖν ἐθέλοντας καὶ τὸν βίον παρα-
πέμπειν εὐφρόσυνον, ἀλλ' ἔφθασεν ὀψὲ γοῦν εἰς τὰς βασιλικὰς
ἀκοάς, θροῦν καὶ λαλιάν τινα οὐκ εὔελπιν ἐμποιοῦν. καὶ ὃς
(φιλεῖ γὰρ ἕκαστος τὸ λυποῦν ἐκπομπεύειν τοῖς φιλουμένοις) Θεο-
δότῳ τινὶ τῷ κατὰ τὸν Μελισσηνὸν γνησίῳ δοκοῦντι, ᾧ ἐπώνυμον
ὁ Κασσιτερᾶς, τὰ τῶν λόγων ἀνεκοινοῦτο, καί τινα βουλὴν ἐξα-
D νύεσθαι ἐσυμβούλευεν αἰσίαν ὄντως καὶ ἀσφαλῆ. ἡ δὲ ἦν τοῦ
κατὰ τὸν καιρὸν ὅτε δὴ φοιβόληπτον γένηται τὸ κοράσιον, ἀκρι-
βολογῆσαι τρόπῳ παντὶ τίς τε εἴη οἰκία τοῦ βασιλεύσοντος, καὶ
κλῆσιν ἥντινα φέρει, καὶ ὁποῖος τούτου ὁ χαρακτήρ. ἐδόκει ταῦτα
ποιεῖν, καὶ ἡ ἐνεργουμένη πνεύματι Πύθωνος οὐδὲν ὑποστειλαμένη
"κατὰ τὴν ἀκρόπολιν" φησί "γενομένῳ σοι κατὰ τὸν δεῖνα καιρὸν
δύο τινὲς ἄνθρωποι εἰσελεύσονται· Λέων ὄνομα τῷ ἑνὶ ἐποχουμέ-
νῳ ἡμιόνῳ, θατέρῳ δὲ ἕτερον· οὗτος δὲ τῆς βασιλείας κατευμοι-
ρήσειεν." ταῦτα γοῦν ἐκεῖνος ὁ θεομισὴς ἀνὴρ ἐξόμνυταί τε πρὸς

2 δὲ] δὲ τῷ?

qui careat ac nudatus sit historiarum liber, haud scio an frugis aliquid lectoribus allaturus sit. erat Michaeli imperatori vicina quaedam ancillula. haec certis quibusdam temporum intervallis furore acta ac spiritu afflata vaticinabatur futuraque edicebat. cui ad littus cui Bucoleoni nomen saepius venienti, inde contenta inclamabat voce "descende inde, Michael, descende; ac alienis cede," has scilicet in eum voces intendens. hoc ita saepius factitatum sic percrebuit ut nec sponte surdos unisque studentes vitae deliciis latuerit. sero ergo tandem ad ipsas imperatoris aures, sinistri aliquid rumoris eius animo ingerens, ea res pervenit. mox ille (lubens enim quisque animi dolorem amicis detegit) Theodoto cuidam Melisseno, cognomento Cassiterae, quo vere amico uti videretur, quos fama iactaret sermones communicat. is porro singulare quid vereque tutum praestandum monet; nempe, quo tempore puella furore corripietur, solerti ex illa indagine inquirendum quaenam futuri imperatoris familia nomenque ac corporis figura sit. placuit consilium; mulierque spiritu Pythonico afflata nulla mora sic percontanti respondet: "cum ad arcem" inquit "tali tempore veneris, duo quidam ingressuri sunt: unius nomen Leo, qui mulo vehatur, alterius alia nuncupatio: is porro est qui imperio potietur." haec itaque scele-

τὸν βασιλέα καὶ λέγει τῶν γινομένων οὐδέν, λῆρον δὲ τοὺς λόγους ἀποκαλεῖ καὶ μηδὲν ἔχοντας ὑγιές. ἀλλ' οὐκ ἐκείνῳ λῆροι ἢ ἔμετος ἄλλως· ἄπεισι γὰρ εὐθύς, καὶ τὸν ἄνδρα, ὡς ἀκηκόει, καταλα- P 15 βὼν ἐν τῷ τοῦ θείου Παύλου σηκῷ τῷ ὀρφανοὺς τρέφειν λαχόντι, συνεδριάσας καὶ ὁμολογίαις κατεμπεδώσας καὶ ὀχυρώσας καὶ θαρρεῖν καὶ χαίρειν παρακελευσάμενος, ἐκ θείας φωνῆς ἔλεγεν διδαχθῆναί με ἀπορρήτως τὰ μέλλοντα, τήν σε βασιλέα διαπρυσίως κηρύττουσαν. ταῦτα γοῦν ὑπολαληθέντα καὶ οἷον δεύτερά τινα χρώματα ὡς ἐν ζωγραφίᾳ ταῖς προτέραις ἐμμορφωθέντα σκιαῖς (ἐκείνας λέγω πρώτας τὰς ὑπὸ τοῦ κατὰ τὸ Φιλομήλιον μοναχοῦ ἐκφανθείσας) οὐκέτι ἐν εἰδώλῳ καὶ ἐμφάσει τινὶ ἐμποιεῖ τὴν βασιλείαν ὁρᾶν, γυμνὴν δὲ καὶ οἷον ἐν ἐκβάσει σαφῶς. τοῦτο οὖν τήν B τε ἤδη κατῃθαλωμένην τοῦ Λέοντος καὶ οἷον ἀπομαρανθεῖσαν φλόγα τῆς ἐλπίδος ὑποτύφεσθαι ἐποίησεν καὶ τὸν Μιχαὴλ ἐν ἀβύσσῳ ἀθυμίας καταδῦναι πολλῇ, καὶ τοῦ μὲν τῆς ψυχῆς πύργον ἀνέστησεν, τοῦ δὲ ἐγκατέσεισεν. οὐ τοῦτο δὲ μόνον τὸ γύναιον, ἀλλὰ δὴ ὁ πιστευθεὶς καὶ ἐξαπατήσας τῷ ὄντι Κασσιτερᾶς. ἀλλ' αὖθις ἐπὶ τὴν ἱστορίαν ἰτέον.

12. Ὡς δ' οὖν τὴν αὐτοκράτορα εἴληφεν ὁ Λέων ἀρχήν, ἀναρρηθεὶς δημοσίᾳ κατὰ τὸν Ἰούλιον μῆνα τῆς ϛ' ἰνδικτιῶνος, Μιχαὴλ μὲν τὸν τὴν γλῶτταν ὑποσυρίζοντα τῇ τῶν πατρικίων ἐγκαταλέγει τιμῇ, τὸν υἱὸν αὐτοῦ πρότερον ἐκ τοῦ θείου λουτροῦ C

10 τὰς om P

ratissimus ille imperatori audisse deierat; nec rerum quae gestae erant quicquam loquitur, sed nugas, ac quibus nihil inesset sani, mulieris sermones vocat. haud enimvero ipse nugarum loco habuit aut temere fusas voces existimavit. abit enim statim, ac sicut audierat in D. Pauli delubro pupillis alendis destinato virum offendens, collatoque sermone ac data acceptaque fide, boneque et fidenti animo esse illum iubens, divinam sibi in secreto detectam vocem dixit, quae illum imperatorem fore clare denuntiaret. haec ergo secretius et ad aurem dicta, velutque secundi colores (uti fere in pictura fit) prioribus umbris maiori expressione adiecti (iis scilicet quae Philomelii monachus primum vaticinatus erat), sic afficiunt ut non inani iam specie exilique quadam repraesentatione ac simulacro imperium videret, sed nudum ac velut clare eo potitus esset. ea igitur res prope emortuam ac velut elanguidam Leonis spei flammam novis ardoribus accendit, altaque maestitudinis abysso Michaelem mersit, atque illius quidem animi robur erexit, huius vero graviter concussit. Nec solum muliercula, sed et qui fidem meruerat, Cassiteras, ac vere deceperat. verum iterum nobis resumenda narrationis series est.

12. Rerum itaque summam adeptus Leo ac imperator publice acclamatus, mense Iulio, indictione sexta, Michaelem Balbum patricia auget dignitate; cuius etiam prius e sacro fonte filium adoptaverat.

υἱοποιησάμενος, Θωμᾶν δὲ τὸν ἑαυτοῦ διαφερόντως ὁμήλικα καὶ συμπαίστορα τῶν φοιδεράτων τουρμάρχην ἐγκαθιστᾷ. καὶ Μανουὴλ δὲ τὸν Μιχαὴλ πρωτοστράτορα πατρικίοις ἐγκαταλέξας καὶ στρατηγὸν τιμήσας τῶν Ἀρμενίων, "οὐκ ἔδει σε" ἔφη "πρὸς τὸν κατ' ἐμοῦ ὁπλίζεσθαι πόλεμον, σύμβουλον τοῦ βασιλέως καὶ τῆς Προκοπίας γενόμενον." καὶ ὃς εὖ μάλιστα παρρησιαζόμενος "ἀλλ' οὐδὲ σὲ ἔδει" ἀντέφησεν "κατὰ τοῦ εὐεργέτου, ἔτι δὲ καὶ συντέκνου σου, χεῖρα ἀντᾶραι." τότε μὲν οὖν τούτοις κατεσιγάσθη,
D τὴν τοῦ ἀνδρὸς αἰδεσθεὶς ἀρετήν. (13) ὡς δὲ τὸν τῶν Βουλγάρων ἄρχοντα τῇ προτεραίᾳ νίκῃ φρονηματιζόμενον διακήκοεν, καὶ αὖθις δῃοῦντα μὲν τὴν γείτονα γῆν, κείροντα δὲ καὶ ληλατοῦντα τοὺς ἀγροὺς καὶ πολλὰ μὲν σώματα πολλὰ δὲ βοσκήματα καθαρπάζοντα, οἰκήσεις δ' ἑτέρωθεν κατεμπιπρῶντα καὶ ὅλως ὄντα ἀφόρητον, πρῶτον μὲν δεῖν ᾠήθη διὰ πρεσβείας εἰρήνης ἀναμνῆσαι αὐτόν, ὡς δ' οὐκ ἔπεισεν, τὰ τῶν τειχῶν διερρυηκότα δι' ἑαυτοῦ ἀνοικοδομησάμενος ἐξεβοήθει διὰ ταχέων, καὶ γενόμενος ἐν Μεσημβρίᾳ τῇ πόλει τοιούτῳ τινὶ διεχρήσατο στρατηγήματι.
P 16 ἡμέρας ἱκανὰς ἔν τινι τόπῳ ἐπιταφρώσας ἑαυτόν τε καὶ τὸν στρατὸν ἐκαθέζετο ἑκάστοτε σιτιζόμενος ἀπὸ τῆς ἡμετέρας καὶ λειπόμενος τῶν ἀναγκαίων, ἀλλὰ καὶ πρὸς τρυφήν, οὐδενός. ἐπεὶ δὲ τοὺς παρακειμένους καὶ κατ' αὐτοῦ καθωπλισμένους Βουλγάρους ἐν στενότητι εἶναι τῶν ἀναγκαίων ἀκήκοεν, τοῦ μὲν οὗ ἐφήδρευε τόπου νύκτωρ ἀπάνεισι μετὰ στρατιωτῶν ἱκανῶν καὶ ῥώμῃ τε καὶ

Thomam autem, singulariter coaetaneum suum ac cum quo iuvenis fuerat educatus, foederatorum tribunum constituit. Manuelem quoque Michaelis protostratorem patriciis adlegit. Armeniorumque duce constituto "non te decebat" inquit "adversum me arma sumere ac imperatori et Procopiae consilium praebere." ad quem ille summa usus libertate "at neque te" inquit "decebat adversus eum a quo beneficio affectus esses, ad haec vero qui et tuus compater existeret, manum levare." tunc quidem Leo his auditis obmutuit, viri reveritus virtutem. (13) ubi autem Bulgarorum principem superiori victoria elatum maioresque spiritus ducentem vicinam rursus audivit vastare regionem et agros demetere ac populari multamque tum hominum tum pecorum praedam agere, domosque praeterea incendere, ac omnino intolerabilem esse, primum quidem operae pretium duxit missa legatione officii ac pacis admonere. ubi autem nihil barbari iras inflexit, diruta moenium opera sua studioque instaurans, urbis res brevi in tuto posuit; veniensque Mesembriam stratagemate eiusmodi hostibus illusit. dies non paucos castris positis altoque vallo ducto, atque aggere pene defossus cum copiis, substitit, annonas quotidie ex Romano solo in promptu habens, cum neque ad delicias ullo commeatu deficeretur. ubi autem assidentes Bulgaros armisque in eum instructos commeatus penuria laborare audivit, noctu discedens e loco in quo consederat, haud spernenda militum assumpta manu,

καρτερίᾳ γεγυμνασμένων, ἑνὶ μόνῳ τὴν ἑαυτοῦ παραγυμνώσας γνώμην, καὶ πρὸς λόχον ἐπί τινος βουνοῦ χωρεῖ, σύνθημα τοῦ πολέμου καὶ ὥραν εἰπών. ὡς δ' ἡμέρα ἀνέλαμπε καὶ ὁ στρατηγὸς ἐγυμνοῦτο τοῦ βασιλεύοντος, φυγῇ χρήσασθαι τοῦτον, τὸν βασιλέα δηλονότι, πάντες καθωμολόγουν, τῶν γεγονότων εἰδότες B *οὐδέν. ὅθεν ἀναθαρρήσαντες οἱ ἐναντίοι μένειν ἐφ' ἑαυτῶν οὐδ' ὅλως ἐδύναντο, ἀλλὰ καὶ κατεξανίσταντο καὶ ἐπὶ χεῖρας ᾤοντο τὸ στράτευμα ἔχειν. νυκτὸς οὖν ἐπιγενομένης κάτεισιν ἐκ τοῦ λόχου ὁ Λέων ἀπροσδοκήτοις οὖσι κακῶν, καὶ συμμίξας αὐτοῖς ἀνδράσιν ὅπλων γυμνοῖς καὶ διαλελυμένοις ὕπνῳ τε καὶ θάρρει τῆς τοῦ βασιλέως φυγῆς τοσοῦτον ἐνειργάσατο φθόρον καὶ φόνον πάντοθεν ἐκχυθέντων τῶν Ῥωμαίων κατὰ τὸ σύνθημα, ὡς πανδημεὶ αἱρῆσαι τὸ στρατόπεδον καὶ μηδὲ πυρφόρον, τὸ δὴ λεγόμενον, διασωθῆναι.* C *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ἡλικίαν ἐκ καταδρομῆς τε καὶ προνομῆς ἀνάρπαστον θείς, καὶ τὰ τέκνα τούτων ταῖς πέτραις καὶ τῇ γῇ προσκροτῶν, τὴν ἑαυτοῦ κατέλαβεν ἐν τάχει. ὅθεν ἔκτοτε ἐκεῖνος ὁ βουνὸς Λέοντος ἐπωνομάσθη· καὶ οἱ ἀεὶ ἐκεῖσε διαβιβαζόμενοι τῶν Βουλγάρων τὴν κεφαλὴν ἐπισείοντες δακτυλοδεικτοῦσι, καὶ λήθην λαμβάνουσι τῶν τότε κακῶν οὐδαμῶς.*

14. *Τοῦτο γοῦν θρασύτερόν πως αὐτὸν καὶ ἰταμώτερον ἐνειργάσατο τὸ προτέρημα, καὶ εἰς τὴν σύντροφον ὠμότητα ἐναπέρραξε. μικροῦ γὰρ καὶ μείζονος οὐκ ἦν αὐτῷ διαφορὰ ἁμαρ-*

3 *f.* στρατός. margo Combef. 11 ἐνειργάσαντο P

virorum scilicet fortium et qui laboris patientes essent, cum uno duntaxat communicato consilio, insidiandi causa in montem quendam contendit. ubi autem diluxit nec in castris imperator repertus est, fugisse eum cuncti existimarunt, quod nimirum eius discessionis consilium universos lateret. hinc hostes assumptis armis impetum tenere non poterant aut ullo modo suis se finibus continere, sed et aggressione facta in manus se exercitum habere nulloque negotio eius potituros putabant, cum ecce Leo per noctis silentia e monte descendens in hostes nihil mali subverentes irruit, inermibusque ac somno solutis congressus per existimatam illam imperatoris fugam tantam illorum dedit stragem, Romanis ex condicto undique ingruentibus, ut eorum exercitum omnem profligaverit ac ne ignifer quidem, ut aiunt, sospes evaserit. sed et incursione facta regionem omnem depraedatus puberes quidem omnes inde abduxit, parvulis autem ad saxa ac humum allisis Romanam mox dicionem repetiit. eam ob rem ex eo tempore Leonis collis ei colli nomen inditum est; ac qui illac iter habent Bulgari, caput moventes locum digito ostendunt, nec quicquam acceptae tunc cladis memoriam obliterant.

14. Felix ergo ille successus ferociorem longeque audaciorem hominem reddidit, inque eam crudelitatem in qua fuerat educatus impulit, nulla illi maioris minorisve sceleris distinctio: sed si quis ullius sceleris

D τήματος, ἀλλὰ κατὰ πάντων ἐφ' ᾧ τινὶ καταλαμβανομένων μία ψῆφος, τὸ ἀκρωτηριάζεσθαι τῶν ἀναγκαίων μέλος ὁποιονοῦν καὶ πάντων ἐπ' ὄψεσι τίθεσθαι ἐκκρεμές. ἃ καὶ πᾶσι πεποιηκότων τοῖς ἀνθρώποις ἐνέτικτον μῖσος δὴ τούτου καὶ δεινὴν ἀπέχθειαν· οἷς γὰρ ἄκρατον τὴν ἐγχώριον θηριωδίαν ἐνήσκησεν, ἀλλ' οὐ κεκολασμένην τινὰ καὶ πρὸς τὸ πραότερον ἀπονεύουσαν, τὴν συγγενίδα φύσιν ἐκφαυλίζων ἀνηλεῶς, μισθὸν τὸ ἔχθος ἀλλ' οὐ τὴν φιλίαν ἠμπόλησεν.

15. Ταῦτ' οὖν ἔπραττεν, καὶ κατὰ νοῦν λαμβάνει τὸν ἐπὶ τῷ Φιλομηλίῳ μονάζοντα, καὶ ἀμείβεσθαί οἱ δοκεῖ τῆς προρ-
P 17 ρήσεως, εὐχαριστήριά τινα προπέμπων αὐτῷ, τὰς τοῦ κράτους νίκας δῆθεν αἰτῶν. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἤδη φθάσας ἐξ ἀνθρώπων ἐγένετο, πονηρὸς δέ τις δαίμων καὶ βάσκανος (οὐ γὰρ ἄνθρωπον τοῦτον καλέσαιμι τὸν πάντα συγχέαντα καὶ ταράξαντα καὶ κατὰ τὸν παλαιὸν ὄφιν τὸν ἰὸν τοῖς τοῦ ταλαιπώρου Λέοντος ὠσὶν ἐγχέαντα, ἀνεπίστατον κεκτημένου ὅλον τὸν νοῦν) τῷ τοῦ γέροντος οἰκίσκῳ ἐν εὐλαβείας προσχήματι ἐγκατέλαβεν. Συμβάτιος οὗτος ἐλέγετο, ὃς τὸν βασιλικὸν ἄγγελον πολλὰ προσονειδίζων, καὶ δύσφημα κατὰ τοῦ βασιλέως εἰς πρόσωπον ἀλλ' οὐχ ὑπὸ κόλπον
B λαλῶν, ἦ μὴν ἐξελιπάρει μηδὲν καθυποστελλόμενον ἐξειπεῖν ὡς οὐκ ἔσται σοι τὸ βασιλεύειν ἐπὶ πολὺ εἰδώλοις (ὢ τῆς καταράτου γλώσσης ἐκείνης) προσανέχοντι καὶ τολμῶντι τοῖς ὑπὸ τῆς παρ-

3 f. πεποιημένα. margo Combef. 11 προσπέμπων? 16 ἐκχέαντα P 18 τὸν] καὶ P

reus teneretur, una erat sententia, una ultio, cuiusvis necessarii membri amputatio inque omnium oculis publica amputati membri suspensio. haec sic dira cum in omnes ille designaret, grave in se odium omnium concitavit. cum enim nativam illam dire effrenem nulloque modo castigatam aut ad lenitatem ac clementiam vergentem feritatem coleret, cognatum genus crudeliter divexans ac contemptui habens, id vero consecutus est ut eum odissent omnes, nemo diligeret.

15. In hunc itaque modum suas ille res disponebat, venitque ei in mentem Philomeliensis monachus, eiusque de se vaticinii munera praestare constituit, missis in antecessum munusculis, quibus gratum animum suum in eum ostenderet, rogans a deo impetrare ut imperium suum victoriis augeret. verum ille iam e vivis excesserat, malus autem quidam ac invidus daemon (nec enim hominem appellavero qui omnia miscuit turbavitque, ac antiqui serpentis more miseri Leonis auribus, hominis scilicet cuius mens omnis imprudens et inconsulta, virus infudit) senis aediculam illam religionis obtentu occupaverat. Sabbatius illi nomen erat. hic Leonis ipsum nuntium conviciorum plaustro onerare, nec secum ipse, sed coram in facie in imperatorem maledicta iactare. rogavit nihilominus semoto omni timore denuntiare breve fore Leonis imperium, qui idolis (o linguam exsecrabilem!) animum adhiberet, inque

δοῦς καὶ θυάδος καὶ ταραξίου σεβομένοις, τὴν βασιλεύσασαν Εἰρήνην καὶ τὸν ἐν ἁγίοις Ταράσιον ἀφέτῳ γλώττῃ περὶ τῶν θείων εἰκόνων οὕτως ἀποκαλῶν. ὁ δὲ Λέων, τὸ ὄντως δαιμόνων εἴδωλον, τὸ τῆς ἀμαθίας ἀνδράποδον, τὸ τῆς σκιᾶς ἀφωνότερον, δέον τούτων κατολιγωρῆσαι, ἢ εἰ μὴ τοῦτο, ἐκπομπεύειν γοῦν καὶ θεατρίζειν ταῦτα τῷ τὰς τῆς ἐκκλησίας ἡνίας ἰθύνοντι, καὶ σύνοδον συγκροτῆσαι περὶ μεγάλων μεγάλως ἀνερευνῶν, ἀλλ' οὐκ C *ἀνδράσι μηδὲν ὑγιὲς φρονοῦσι, μηδὲ τὰ ἑαυτοῦ (φεῦ τῆς μετὰ δόλου φιλίας) ἀλλὰ τὰ οἰκεῖα προμηθουμένων καὶ προδιοικουμένων, τῷ φιλουμένῳ ἀνακοινοῦται Κασσιτερᾷ, καὶ τὰ ἀπεσταλμένα ἄγει τούτῳ εἰς φῶς. ὁ δὲ κακῷ τὸ κακὸν καὶ λύσσῃ λύσσαν οὐ θεραπεύων ἀλλ' ἐπεγείρων, ἕτερόν τινα τῇ ὁμοίᾳ δόξῃ περὶ τῶν θείων εἰκόνων ἐνισχημένον κατὰ τοῦ Μαυριανοῦ ἔμβολον ἐνσκηνοῦντα ἀναγνωρίζει, ἀπέραντά τινα καὶ μετέωρα λεσχηνεύων καὶ ὑπεράγγελον τοῦτον εἶναι διαβεβαιούμενος· "τούτῳ οὖν, ὦ βασιλεῦ, χρῶ περὶ τῶν τοιούτων μυσταγωγῷ· καὶ ὃ ἂν εἴποι σοι ποιῶν οὐχ ἁμαρτήσεις τοῦ δέοντος."* (16) *ὡς οὖν ἐπεράνατο τὰ* D *τῆς συμβουλῆς, μεταθέειν ἔγνω πρὸς τὸν μονάζοντα, καὶ τοῦτον καταντλήσας ταῖς φλυαρίαις προσέθηκεν ὡς κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα, ἰδιώτου σχῆμα ἀναλαβόμενον, αὐτὸν ἐνταῦθα βασιλέα ἀγάγω σοι, περί τε πίστεως καὶ ἄλλων οὐκ εὐκαταφρονήτων πραγμάτων συμβουλευόμενον. τοῦτον οὖν ἔτη δύο καὶ ἑβδομήκοντα*

5 *εἰ* om P   7 *ἀνερευνήσαι?* an *ἀνερευνῶντα?*   13 *τοῦ*] *τὸ?*

pardalis et Bacchae Taraxiique numinibus (sic nimirum imperatricem Irenem sanctumque Tarasium in causa divinarum imaginum linguae petulantia vocans) spem collocaret. at Leo, verum daemonum idolum, inscitiae mancipium, homo umbra elinguior, cum haec spernere debuisset, sin autem, ad eum qui ecclesiae clavum regebat referre eique exponere, necnon synodum de rebus magnis magnifice scrutando cogere, non hominibus qui nihil sani saperent, quique non eius commodis sed suis ipsorum lucris studerent suasque cum primis res curarent (proh amicitiam dolo compositam!), amico Cassiterae communicat, refertque quae ex nuntio verba acceperat. porro ille malum malo furoremque furore non leniens sed excitans, virum alium, qui eiusdem erga sacras imagines sententiae esset ac in Mauriani porticu habitaret, ei indicat, immensa quaedam et excelsa in eius laudem deblaterans, atque eius maiorem angelo praestantiam affirmans. "hoc igitur, imperator, qui in rebus istiusmodi instruat atque edoceat, utere; nec si quid illo doctore egeris, ab honesto et eo quod officii est quicquam aberraveris." (16) vixdum datum consilium erat, cum ad monachum properare operae pretium duxit; nugisque hominem exsaturans adiecit sequenti nocte se ei imperatorem adducturum privato habitu, qui de fide aliisque rebus haud spernendis eum sit consulturus. fac ergo illi pollicere annos duos supra septua-

τὴν βασιλείαν κατευθυνεῖν καθυπισχνοῦ, καὶ τρισκαιδέκατον ἀρίθμει τῶν ἀποστόλων, καὶ παῖδας παίδων ἐπὶ θρόνου τῆς βασιλείας ἰδεῖν, εἴ γε Λέοντος ἐξ Ἰσαυρίας συστοιχεῖ πως τῷ δόγματι. μὴ ὑπισχνουμένου δὲ ἀλλ' ἀπαναινομένου, τὴν ἐξώλειαν καὶ ἀπώλειαν καὶ κρημνοὺς καὶ βάραθρα ἠπειλῆσθαι τούτῳ ἐπόμνυε ἐκ P 18 θεοῦ. ταῦτ' οὖν ἐκ σκαιωρίας καὶ γνώμης πονηρᾶς ἀναδιδάξας, τὸν βασιλέα ἦγεν κατὰ τὸν δηλωθέντα καιρόν· καὶ ἐπείπερ εἰσῄεσαν μετὰ τοῦ Θεοδότου καὶ τῶν ἀπορρήτων ἀπήρχοντο, "οὐ χρή σε" ἔφη ὁ μοναχός "τὴν ἁλουργίδα καταλιμπάνοντα, ὦ βασιλεῦ, ἰδιώτου σχῆμα ἀλλάσσεσθαι καὶ τρώγειν γνώμας οὕτω τὰς τῶν πολλῶν." καὶ ὃς ἐκπαθὴς ἅμα καὶ παραπλὴξ τῷ ῥήματι τούτῳ γενόμενος, καὶ ἄλλως οἰηθεὶς ἐκ θείας εἶναι προγνώσεως, ὡς σκιὰ τῷ ἀνδριάντι εἵπετο ἀληθῶς, καὶ ὅλως ἤρτητο καὶ ἐκρέματο ἐξ ὤτων ὥσπερ τι κεραμοῦν ἀγγεῖον τοῖς λόγοις τοῦ μοναχοῦ. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἴρηται καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν διὰ μέτρου ποιήσεως.

B 17. Αὐτίκα γοῦν τὴν τῶν σεπτῶν εἰκόνων ἀναγορεύει καθαίρεσιν, καὶ τὸν πατριάρχην (Νικηφόρος δὲ οὗτος ἦν) γραφῇ αὐτοχείρῳ ἠξίου τοῦτο συγκατατίθεσθαι, εἴ γε μὴ μέλλοι ὑπερορίαν καταψηφίζεσθαι. ὁ δὲ καὶ ἄλλοθεν τεκμηράμενος τὴν τοῦ τυράννου πρὸς τὸ θεῖον ἀπέχθειαν, ἄγεσθαι μᾶλλον ἢ συνεῖναι τοιούτῳ κρίνας ἀπήγετο πρὸς τὴν καταψηφισθεῖσαν ὁμολογίαν· καὶ Θεόδοτος ὁ Κασσιτερᾶς τὸν τῆς ἱεραρχίας θρόνον ἆθλον

18 τούτῳ?

ginta imperium recturum, numeraque tertium decimum apostolum. Vaticinare ei fore ut videat super regni solium filios filiorum, si modo Leonis Isaurici edictum sequi in animum induxerit: sin nolit polliceri, sed rem se praestiturum abnuat, obtestare stragem illi, interitum, praecipitia, barathra a deo imminere. haec scelerato animo mentisque pravitate docto monacho, qua hora convenerant, imperatorem adducit. cumque ingressi una cum Theodoto arcana aggressi essent, "non decebat" inquit monachus "communi te veste purpuram commutare ac sic vulgi animis illudere." ille audito hoc verbo vehementer affectus menteque attonitus, ac cum alias ex divina eum praescientia loqui existimaret, plane velut umbra statuam sequitur, totusque ex monachi verbis, haud secus ac ex ansulis vasculum, sic ille pendet; ut et ante nos quidam versibus luserunt.

17. Statim ergo abolendas venerabiles imagines edicto sanxit; iubetque Nicephoro patriarchae ut scripta sua manu schedula assentiri se profiteatur; exilio multandus, ni faciat. is autem, qui et aliunde tyranni in dei cultum male affectam mentem coniecerat, rapique ad mortem quam cum homine eius indolis versari satius ducebat, sponte ad constitutum confessori exilium adduci se patitur. Theodotus interim Cassiteras circa divini paschae solenne tempus, navatae operae praemium,

λάμβανε κατὰ τὸν τοῦ θείου πάσχα καιρόν. ἄξιον δὲ μηδὲ τὸ
τεκμήριον παραδραμεῖν. ὁ μὲν γὰρ Νικηφόρος, ἅτε τῆς ἱερωσύ-
νης προϊστάμενος, ἐζήτει τὴν διὰ τοῦ ἱεροῦ συμβόλου πρὸς τὴν C
θείαν πίστιν συγκατάθεσιν· ὁ δὲ οὐκ ἔφη νῦν τοῦτο ποιήσειν,
ὑπερθέσθαι δὲ μέχρις ἂν ἡ τῆς βασιλείας αὐτῷ τελείως ἀνάρρησις
γένηται, δηλούσης τῆς ἀναβολῆς ὡς καὶ αὐτοῦ γε προενισχημένου
τῇ τῆς αἱρέσεως μανίᾳ ἐκ γενετῆς. (18) ἕτερον δὲ τοῦ λεχθέντος
σαφέστερον· ὡς γὰρ ἄρτι τὸ πρῶτον ἀνηγορευμένος ἐδεῖτο τοῦ
διαδήματος, καὶ τοῦτο ἔδει τὸν ἀρχιερέα τῇ καταπτύστῳ ἐπιθεῖναι
κεφαλῇ, προσήγγισεν δὲ ταύτῃ καὶ κατεπαφώμενος οὐ τριχῶν,
ὅπερ ἐδόκει, μαλακῶν, ἀκανθῶν δὲ καὶ τριβόλων, ὅπερ τῇ
ἀληθείᾳ ἐνῆν, ἐν αἰσθήσει ἐγένετο, ἀκίσιν οἷον κατακεντούμε- D
νος καὶ τὴν χεῖρα ὀδύναις περιπειρόμενος ἀλλὰ ταῦτα μὲν
πρότερον· τότε γοῦν ὁ πατριάρχης ὑπερόριος, τὴν καταχει-
ροτονήσασαν ψῆφον δεξάμενος, ἐπορεύετο, ὅτε δὴ καὶ λέγεται
ἐφ' ὁλκάδος αὐτῷ φερομένῳ μακρὰν κατά τινα τόπον παρα-
θαλάττιον πόρρωθεν ἰδεῖν Θεοφάνην τὸν μακαρίτην, θυμιά-
μασί τε καὶ λαμπάσι δεξιούμενον, οἷόν τινα προπομπὴν τῇ καλῇ
ἐκείνῃ ὁμολογίᾳ προπέμποντα. ὃν ὡς εἰκὸς ἀποδοχῆς ἀξιώσας καὶ
θεῷ παραδοὺς δι' εὐχῆς, τὰς χεῖρας οἷον ἄρας μεταρσίως περιε-
βάλετο τοῦτον, πόρρωθεν τὸν τελευταῖον ἀποδοὺς ἀσπασμόν. ἐρο- P 19
μένου δέ τινος τῶν συνεπομένων, ὡς δὴ τίνι τοῦτον ἀποδίδως εὐ-

episcopalem sedem nanciscitur. operae pretium vero sit ut nec quod antecessit eius mentis praetercurramus indicium. divinus namque Nicephorus, quippe qui sacerdotio praesidebat, divinae eum fidei assensum praebere symboli professione omnino flagitabat. ad quem ille non se tunc facturum, atque interim dilaturum, dum eius in imperatorem acclamatio perfecte rata firmaque esset, sic nimirum cunctando ea se haereseos labe olim exque indole laborare ostendens. (18) est et aliud, eo quod dicebam, perversae eius circa fidem mentis clarius indicium. cum enim tam primum imperator acclamatus necdum diademate potitus esset, atque ipsum devoto capiti sacratissimus antistes impositurus esset, ubi se ad rem accinxit contigitque, non velut molles crines tangere videbatur, sed quod vere erat, spinas se ac tribulos sentire, quibusdam quasi aculeis compunctus ac doloribus manum confixus, existimabat. verum haec quidem antea. tunc vero patriarcha, eius poenae accepta sententia, in exilium proficiscebatur. quando etiam ferunt, cum navigio procul abduceretur, e maritimo quodam loco eminus beatum Theophanem vidisse, suffitu cereisque se prosequentem ac velut triumphi quadam specie praeclara illa confessione deducentem. cuius ille, ut par est, officium cultumque libenti animo suscipiens, atque precibus deo commendans, sublatis in altum manibus velut amplexabatur, supremum procul osculum figens. percontanti vero cuidam ex iis qui secum comitabantur, cuinam sic ex animo desiderioque supremum osculum daret, pro-

κτῶς τε καὶ ἐφετῶς, „τῷ ὁμολογητῇ" φάναι „Θεοφάνει" προφήτιδι γλώττῃ, „μονῇ προεστῶτι τοῦ Ἀγροῦ.". ὃ καὶ συνέβη μετ' οὐ πολύ· αὐτός τε γὰρ τοῦτον ἑώρακεν οὐδαμῶς, κἀκεῖνος τὸν τῆς ὁμολογίας στέφανον ἀνεδήσατο. καὶ τὰ μὲν τοῦ ἀρχιερέως οὕτως.

19. *Αὐτὸς δὲ οἷόν τινα τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀρχὴν ἐπιθεὶς δεξιὰν τὸ τὰ τῆς ἐκκλησίας οὑτωσὶ διοικονομῆσαι, καὶ τὴν φιλοτιμίαν εἴπερ τις νοσῶν, τῶν κοινῶν πραγμάτων ἀντελαμβάνετο, πανταχοῦ τὸ κέντρον κατὰ τοὺς σφῆκας φέρων μεθ' ἑαυτοῦ,* B *τὸν στρατιώτην τε ὄχλον γυμνάζων αὐτός, καὶ πόλεις πολλαχοῦ τῶν κατὰ Θρᾴκην καὶ Μακεδονίαν δι' ἑαυτοῦ ἐκ βάθρων ἀνεγείρων, καὶ περιπορευόμενος πανταχοῦ, ὡς φοβερὸς εἶναι καὶ καταπληκτικὸς καὶ αὐτοῖς τοῖς ἐχθροῖς. ὑπὲρ ὧν καὶ τὸν ἅγιον Νικηφόρον φασὶν εἰπεῖν ποτὲ μετὰ τὴν αὐτοῦ ἀποβίωσιν ὡς εἰ καὶ ἀλάστορα, ἀλλ' οὖν ἐπιμελητὴν τῶν κοινῶν ἡ πόλις ἄνδρα ἀπώλεσεν. καὶ περὶ τὰς ἀρχὰς δὲ καὶ ἡγεμονίας, οὐ τὰς πολιτικὰς δὴ μόνον ἀλλὰ καὶ τὰς στρατηγικάς, διεπτόητο ἰσχυρῶς· χρημάτων κρείττων αὐτὸς ὢν τοὺς ἀδωροτάτους πάντων προέκρινεν, ἀριστίνδην* C *πάντας ἀλλ' οὐ κατὰ πλοῦτον τιμῶν. καὶ δικαιοσύνης μὲν ἐραστὴς λέγεσθαι ἐβούλετο, οὐκ ἐγίνετο δέ· πλὴν ἀντεποιεῖτο ταύτης, καὶ πολλὰς τῶν κρίσεων δι' ἑαυτοῦ ἐξεπέραινε κατὰ τὸ Λαυσιακὸν ἐγκαθήμενος. καί ποτε δή τινος ἔγκλησιν πρὸς αὐτὸν ποιη-*

6 *ὑποθεὶς?* 17 *χρημάτων γὰρ κρ.?*

phetica lingua respondisse, Theophani confessori, monasterii Agri praeposito; quod et ita brevi accidit, cum eum deinceps nunquam patriarcha viderit, isque coronam confessionis adeptus sit. atque hactenus ea quae sunt divini antistitis.

19. Leo autem hoc velut fausto regiae gubernationis principio posito, quod ecclesiae res eo statu composuerat, ac si quis alius ambitionis studio laborans, rei publicae curam aggreditur, ubique vesparum more secum ferens stimulum, tum ipse militares exercens numeros, tum multis locis per Thraciam ac Macedoniam curis suis atque labore urbes a fundamentis excitans, atque omnem Romanum orbem cunctasque provincias lustrans, ut et ipsis hostibus terrori esset ac formidini. hincque adeo, cum e vivis excessisset, dixisse aliquando aiunt sanctum Nicephorum, etsi impium, strenuum tamen rei publicae curis civitatem amisisse virum. magistratibus quoque ac praetoribus, non civilibus modo sed et militaribus, valde formidolosus erat; cumque ipse pecuniarum amore superior esset, praeferebat eos cunctis qui omnium maxime a muneribus sese continebant, unumquemque pro eo ac optimus erat, non ut opibus affluebat, honorans. aequi ac iusti tenacissimus videri voluit; nec tamen erat. ceterum iuri dicundo dabat operam, sedensque ipse in Lausiaco plerasque lites finiebat. sane cum quis aliquando apud eum

σαμένου περὶ γυναικὸς ἁρπαγῆς, ὡς τὴν ἑαυτοῦ τις τῶν ἐπιφανῶν ἀνηρπάκει ἀνδρῶν, καὶ ὅτι οὐδὲ λόγων ἠξίωμαι τῷ ὑπάρχῳ πολλάκις διενοχλῶν, ἐκεῖνον μέν, ἐπείπερ αὐθωρὸν παραστάντα οὕτως ἔχειν ἐπεμαρτύρησεν, εἰς εὐθύνας ἦγε τῆς ἀρχῆς μεταστήσας καὶ παρίαν πολλὴν καταχέας αὐτοῦ, τὸν δὲ μοιχὸν νόμῳ ἐκδοθῆναι προστέταχεν.

Ἀλλὰ τούτοις μὲν τὴν πολιτείαν οἷον ὑπέσαινε καὶ τὴν πρὸς D αὐτόν, ὡς ἂν εἴποι τις, εὔνοιαν ἐκαπήλευσεν· (20) περὶ δὲ τὴν πίστιν ἐμαίνετο κραταιῶς, τοσοῦτον ὡς μηδὲ θεὸν ὀνομάζειν ἐδόκει τούτῳ καλόν. καὶ γὰρ τὰς τριακοντούτας σπονδὰς τοῖς Οὔννοις δὴ τούτοις τοῖς καλουμένοις Βουλγάροις ἐνωμότως ποιῶν καὶ εἰρηνικὰς συμβάσεις καταπραττόμενος, ἐπεὶ δι' ὅρκων ταύτας ἔμελλε βεβαιοῦν τε καὶ ἐμπεδοῦν, οὐ τούτοις δὴ τοῖς ἡμετέροις ἐχρῆτο, θεὸν καὶ οὐρανίους δυνάμεις ἢ τὴν κατὰ σάρκα γενομένην μητέρα Χριστοῦ τοῦ θεοῦ τῶν λεγομένων τε καὶ πραττομένων ἐφόρους καὶ μάρτυρας· ἀλλ' οἷά τις ψυχὴ βάρβαρος θεοσεβείας P 20 ἀπῳκισμένη, κύνας μέν, καὶ οἷς τὰ ἄνομα ἔθνη θύουσιν, ἐχρῆτο μάρτυσι τῶν πραττομένων καὶ ἀπέτεμνεν καὶ διὰ στόματος ἄγειν οὐκ ἐμυσάττετο εἰς βεβαίωσιν, οἷς ἐκεῖνοι ἐμφορούμενοι, τὴν τῶν Χριστιανῶν δὲ πίστιν ἐκείνοις μέλλουσί ποτε ὑφ' ἡμῶν διαβιβάζεσθαι πρὸς ἐκείνην, ὡς ἔοικε, κατεπίστευσεν. καὶ σαφῶς οὑτωσὶ οὐκ ᾐσχύνετο ἀσεβῶν· οἷς τε γὰρ τοὺς τῆς πίστεως μαργαρίτας κατὰ τὴν τοῦ κυρίου φωνὴν ἔμπροσθεν ἠφίει τῶν χοίρων καὶ χρῆσθαι τούτοις ἐπὶ στόματος ἐξεβιάζετο, ἄξιος βδελυρίας ὁ ἀνὴρ

expostulasset raptam sibi uxorem, quam nimirum illustrium quidam virorum rapuisset, nec praefectus saepius interpellatus eius ullam rationem habuisset, illum quidem statim sisti iussum neglectaeque reum iustitiae, testium depositione peractum, poenae addixit, cessare illum iubens severiusque corripiens, adulterum vero legi tradi praecepit.

Verum his ille rei publicae blandiebatur, eiusque sibi benevolentiam, ut ita dicam, cauponabatur. (20) ad fidem autem quod spectat ac pietatem valde insaniebat, ut nec deum nominare e re illi honestumque videretur. nam cum tricennales cum Hunnis, quos Bulgaros vocant, ineundae illi essent indutiae pacisque foedera iureiurando firmanda, non quibus Christiani solent sacramentis usus est, ut nimirum deum caelestesque virtutes, sive quae Christi deique parens carne fuit, dictorum gestorumque inspectores testesque adhiberet, sed velut barbarus quidam omnisque religionis expers, canes, ac quibus gens improba immolat, iis gestorum testibus utens, et dissecabat, nec quibus illi libenter ingurgitantur, haec ipse ad firmandam fidem ore gustare exhorrebat: quod verò Christianam fidem eis concredidit, ad quam a nobis aliquando, ut videbatur, essent traducendi, ne sic quidem impietati litare eum puduit. tum enim in eo quod fidei margaritas iuxta domini sententiam (Matth. 7, 6) mittebat ante porcos, hisque illos vir impius vere execrandus ore tenus uti com-

ἀσεβῶν· καὶ οἷς τὰ ἐκείνων αὖθις αὐτὸς τὴν τῶν Ῥωμαίων διέπων B βασιλείαν τε καὶ ἀρχὴν οὐκ ἠρυθρία μυσταγωγούμενος καὶ τελούμενος ἐν πανδήμῳ θεάτρῳ καὶ οὕτω γε δὴ πλήρει τῶν ἀπίστων τε καὶ πιστῶν, τοῦ αἰωνίου σκώληκος καὶ πυρὸς ἀλλ' οὐκ ἄλλων ἐπάξιος. καὶ ὅσους δὲ τὸν ὀρθὸν εὕρισκε λόγον τηροῦντας, τούτους πικρῶς κατῄκιζε καὶ δεινῶς· ἑτέρωθεν δὲ τὰ τῶν ὁμοφρόνων οἱ στίφη τε καὶ συστήματα συνεκρότει τε καὶ συνήγειρεν ἐν ταὐτῷ παρὰ πλευρὰν αὐτοῦ τιθεὶς καὶ προσεπικλύζων ταῖς ὠφελείαις. τούτοις καὶ Ἰωάννης ὁ γραμματικὸς ἐγκατέλεκτο, παντὸς ἀνάσχη- C τος ὑπάρχων καλοῦ. οἷς καί τινα γραφὴν ὁ Λέων νεαρᾶς τινὸς καὶ μιαρᾶς ἐξαρχομένην πίστεως ἀναγράψαι κελεύσας, τὸν κατὰ τῶν θείων εἰκόνων δρόμον ἐδίωκεν. ἀνερρίπισε δέ πως οἷον καὶ ἐξεφύσησεν εἰς ὕψος αἴρων αὐτὸν (καὶ γὰρ ἦν κοῦφος καὶ πρὸς οὐδὲν ἐφέρετο λελογισμένῳ τῷ νῷ) ὁ τοῦ ἱεροῦ συστήματός τε καὶ κλήρου τῶν βασιλικῶν αὐλῶν ἀρχηγός. λοχῶν γὰρ αὐτὸν ἐκ πολλοῦ καὶ οἷον ἐξ ἐνέδρας ὡς τὸν Πρωτέα αἱρήσειν ἐρῶν, ἐπεὶ κατά τινα καιρὸν τὸ θεῖον ἐκεῖνο εἰς ἐπήκοον ῥητὸν ἐκκλησιαζόμενον ἐκηρύττετο "τίνι ὡμοιώσατε κύριον, καὶ τίνι ὁμοιώματι ὡμοιώσατε αὐτόν; μὴ εἰκόνα ἐποίησε τέκτων, ἢ χρυσόχοος χωνεύσας D χρυσίον περιεχρύσωσεν αὐτόν, ἢ ὁμοίωμα κατεσκεύασεν;" ἐπεὶ γοῦν τοῦτο κατὰ τὸν τοῦ Φάρου ναὸν ἐξηχεῖτό τε καὶ διεβεβόητο, ἠρέμα πως ὑποσυρεὶς καὶ ἑαυτὸν εἰς προὖπτον ἀγαγών, "σύνες ὦ

5 δὲ] μὲν?

pellebat, tumque in eo rursus quod ipse Romani moderator imperii, in publico conventu, in theatro promiscua infidelium fideliumque multitudine referto, initiari non erubuit ac consecrari, non alio plane praemio quam aeterno verme et igni dignus fuit. porro si quos verae fidei tenaciores offendebat, eos vero dire graviterque excruciabat. alioqui vero eiusdem secum sententiae hominum cuneos conventusque cogebat atque conflabat, suo eos lateri adhibens ac muneribus obruens. inter illos Ioannes grammaticus fuit iisque accensitus, vir nulla honesti luce praeditus. his Leo scriptionem quandam ad novam ac exsecrandam acceptandam fidem iubens edere, adversus divinas imagines cursum intendebat. excitavit autem ac velut flammam in immensum extulit, quippe cum levis esset nec sensato animo quicquam aggrederetur, sacri collegii clerique palatini praeses. olim enim observans, velutque ex insidiis quasi Proteum quendam hominem capere satagens, cum aliquando in omnium auribus in publico ecclesiae conventu sententia haec proferretur (Isaiae 40, 18). "cui similem fecistis dominum, et cui simulacro assimilastis eum? numquid imaginem fecit faber, aut aurifex fuso auro circumdeauravit eam, aut simulacrum fabricatus est?" cum ergo sententia haec quandoque in sacra Phari aede cantu altaque voce ederetur, ille sensim quasi trahens ac se ipsum in medium producens "intellige,

τι λέγει," φησίν, "ὦ βασιλεῦ, τὸ ἱερὸν λόγιον· καὶ μηδείς σοι
μετάμελος ἐπὶ τοῖς ἐναρχθεῖσιν ἔστω, ἀλλ' ἅπαν θεῖον δοκοῦν ἐκ-
ποδὼν ποιήσας εἰκόνισμα τῆς ὀρθῆς ἔχου λατρείας τῶν μὴ σεβο-
μένων αὐτά." τούτοις, ὡς εἶπον, ἀσυλλογίστως ὑπεκκαεὶς καὶ
τὴν ἄθλιον ἐκείνην ψυχὴν προσεκπυρωθεὶς ὅλην ἐκίνησε κατὰ μὲν
τῶν εὐσεβῶν τὴν ἑαυτοῦ μανίαν, κατὰ δὲ τῶν ἀσεβῶν τὴν θείαν
καὶ δικαίαν ὀργήν. ὁ μὲν γὰρ θεσπίσματι πάντας τοὺς ἀρχιερεῖς
ἐκ τῆς ὑπερορίας μετεπέμπετο, συλαγωγῶν τούτους, τῆς τοῦ πα- P 21
τριάρχου θέας πόρρωθεν καθιστῶν καὶ ἀποκηρύττων αὐτούς, ὡς
τῷ οἰκείῳ βουλήματι πειθηνίους κατεργαζόμενος, πολλοὺς τὴν
καλὴν ἀναιρήσασθαι μαρτυρίαν πεπεικὼς τῷ γε μὴ πεισθῆναι
αὐτῷ.

21. Θεὸς δέ, οἷος τρόπος ἐκείνου οὐ σύντονός τις ἀλλὰ B
μακρόθυμος, τὴν ῥομφαίαν ἐστίλβου μέν, οὐκ ἠφίει δέ. νῦν μὲν
γὰρ αὐτοῖς λοιμοὶ καὶ αὐχμοὶ καὶ διάπυροι ἥλιοι, νῦν δὲ σεισμοὶ
καὶ ἀναβρασμοί, καὶ ἄλλοτε φλογὸς οἷα κατὰ τοῦ ἀέρος ἀκοντί-
σεις καὶ ἑτέρωθεν ἐμφύλιοι στάσεις τῶν δεινῶν τὰ ἀκμαιότατα
ἐπεσείοντο. ἀλλ' οὐκ ἦν ἐκείνην ἐπισχεῖν τὴν ψυχήν, συὸς δίκην
κατὰ κρημνοῦ ἐπιβρίσασαν. ἐντεῦθεν ὀψὲ γοῦν καὶ καιρίως πλήτ-
τουσα μάχαιρα παρὰ τοῦ θεοῦ ἐκπεπόρευται, ἵν' ἥλῳ τέως ἧλος
ἐκκρουσθῇ καὶ κακὸν τῷ κακῷ ἰαθῇ. Μιχαὴλ τοῦτο ἦν, ὃς τὴν C
φοιδεράτων τότε ἐπειλημμένος ἀρχήν, ἐγκλήματι καθοσιώσεως

1 λέγει om P

imperator," inquit, "quidnam loquatur divinum oraculum; nec ulla te incessat paenitudo eorum quae coepta sunt: sed si quid sacrarum imaginum reliquum videatur, eo e medio sublato eorum rectae adhaere religioni qui nullum eis adhibent cultum." his itaque ille, uti dicebam, temere nulloque sano iudicio accensus infelicique illo exaestuans animo, suum omnem adversus pios incitavit furorem adversumque impios divinam iustamque indignationem. omnes namque episcopos dato rescripto ad se ab exilio accersit, eos spolians atque a patriarchae procul conspectu eliminans eiiciensque sive abdicans, velut inde sibi dicto audientes facturus esset. multis tamen bonae confessionis suscipiendae auctor exstitit, qua constantes fidei athletae obaudire tyranno noluere.

21. Deus autem (o quam ille non rigidus aut acris, sed patiens mitisque!) gladium quidem vibrabat, nec tamen feriebat. nam modo quidem lues et squalores solisque nimii algores, modo autem terrae motus ac eruptiones, quandoque etiam flammae similes vasto aëre eiaculationes, alias denique, quae malorum vis maxima, domesticos tumultus ac seditiones illis intentabat. cohiberi tamen non poterat, suis aggrestis more, in praeceps degravatus animus. tandem igitur tardus ille quidem, at cuius letale vulnus, a deo gladius proficiscitur, ut interim clavus clavum trudat malumque malo medeatur. Michael is erat, qui tum foederatorum praefecturam gerens, maiestatis crimine delatus, vix mul-

ἀλούς, μόγῳ πολλῷ καὶ κόπῳ ἀποτρίψασθαι ἴσχυσεν. ἀλλ' ἔμελλεν ὑπ' ὀδόντα τοῦτον ἔχων ἀεὶ καθάπερ διαπεπραγμένον ἱερεῖον δεῖξαι οὐκ εἰς μακράν. ἄλλως μὲν γὰρ ἐξήσκει γλῶσσαν ὁ Μιχαὴλ πρόλαλόν τε καὶ ἰταμόν, καὶ τὴν αὐτοῦ οὐκ ἔληγεν ἐκπομπεύων θηριοτροπίαν, ἅτε δὴ αὐτῷ καὶ συνηυξηθεὶς καὶ τῇ ἐκ χειρὸς γαννύμενος ἀνδρειότητι. ὁ Λέων δέ (οὐ φέρει γάρ τις D πάντων κρατῶν ἑνὸς ἡττᾶσθαι μωροῦ, εἰ μή γε ὄντως οὐκ ἀνδρῶν ἀλλὰ καὶ θυμοῦ βασιλεὺς καταστῇ) ὠτακουστάς τινας τούτῳ λόχον κατέστησεν, ὡς ἂν διά τινος πορθμείου διαβιβάζοιντο λόγοι οἱ αὐτοῦ· καὶ γὰρ ὑπείδετο τὸ μέλλον, τῆς κατὰ τὸ Φιλομήλιον προρρήσεως ἐξημβλωκυίας τῆς αὐτοῦ ψυχῆς μηδαμῶς, ἢ τὸν Μιχαὴλ δεύτερον τοῦ Λέοντος ἀναρρηθῆναι διωμολόγησεν. τούτων τῶν ἐφεδρευόντων εἷς ἦν καὶ Ἑξαβούλιος, ἀνὴρ οἷός τε ὢν ἦθος καὶ φύσιν ἀνθρώπου καταμαθεῖν. ὡς οὖν χρόνου προϊόντος οὐκ ἐνεδίδου τῆς ἀθυροστομίας μηδὲ τοῦ τωθασμοῦ, ἀλλ' οἷόν τις κυματίας πᾶσαν ἀκαίρως ἰλὺν ἐξέβρασεν ποταμός, ἠπείλησε τῷ P 22 Λέοντι πανώλειαν καὶ ἄλλ' ἅττα θυμὸς ἐτρέφετο πονηρός, ἀνεπέμπετο δὲ ταῦτα πρὸς βασιλέα, ἀνάρπαστος γίνεται ἐξ αὐτῆς, καὶ τέλος τῶν ἐλεγχόντων τὰ τῆς κατηγορίας κατεμπεδούντων καταιτίθεται τυραννίδος ἐπίθεσιν μελετῶν. ἡμέρα ἦν προτεραία τῆς καθ' ἡμᾶς τοῦ λόγου Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἐπιδημίας τε καὶ σαρκώσεως. ἐπεὶ γοῦν πάντοθεν κατάφωρος ἐγεγένητο αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ἐν τοῖς ἀσηκρητείοις ἐξετάζοντος, καὶ δρασμὸς τῶν

toque labore illud a se depellere potuerat. verum futurum erat ut quem sub dente semper haberet, in morem dilaniatae victimae haud longe post ostenderet. porro Michael, praecipitis procacisque linguae vitio assuetus cum esset, feros Leonis mores traducendi, velut cum illo adultus sibique fortitudinis laude placens, nullum finem faciebat. Leo autem (non enim qui omnium dominus sit, ab uno stulto lubens omnino patiatur, nisi re vera non virorum magis quam irae imperio polleat) viros statuit occulte in insidiis auscultaturos, ut velut rimulae eius ad ipsum sermones perveherent. etenim suspectum habebat quod erat futurum, nec Philomeliensis monachi vaticinium eius animo exciderat, quo is secundum a Leone salutandum imperatorem Michaelem edixerat. eorum qui observarent unus quoque Hexabulius erat, acri scilicet vir ingenio, ac qui hominis indolem geniumque explorare posset. interim igitur, cum effrenem illam dicendi ac deridendi licentiam minime reprimeret, ac velut turbulentus fluvius limum omnem importune ebulliens extremam Leoni perniciem ac interitum comminatus esset, ac si qua malus furor alebat, verbis produxisset, re ad Leonem delata confestim rapitur ipsa die. postremo delatoribus accusationis capita confirmantibus affectatae tyrannidis ac maiestatis reus decernitur. pridie Christi verbi nostri natalis isthaec agebantur. quia ergo crimen undique exploratum erat, ipso Leone in secretariorum aede pro tribunali causam cogno-

τολμηθέντων οὐκ ἦν, καταχειροτονεῖται τὴν ἐπὶ θάνατον, καὶ θάνατον οὐ τόνδε ἢ τόνδε, ἀλλ' ἵν' ἔχῃ καὶ τὸν βασιλέα αὐτὸν θεατήν τε καὶ αὐτουργόν, εἴτε τῷ πάθει τῆς ὀργῆς ἐκνικώμενον, εἴτ' ἄλλως τῇ ὠμότητι ἐφηδόμενον, κατὰ τὴν τοῦ βασιλικοῦ βαλα- B νείου κάμινον δριμέως ἐκριφῆναι πυρὸς παραβόσκημα. ὥριστο ταῦτα, καὶ αὐτὸς προέθεεν τὰ τοῦ δράματος ἐποψόμενος. ἀλλ' ἡ τούτου σύζυγος (Θεοδοσία ἦν, τὸ τοῦ Ἀρσαβὴρ θυγάτριον) ἀνασπούδασα καὶ ὡς ἔτυχε θέουσα, ὡς ἔκ τινος βακχείας ἐξοιστρηθεῖσα, ἀπέσπευδε τοῦτον καὶ τῆς ὁρμῆς ἐγκατέπαυεν, ἀλάστορα καὶ θεομάχον ἀποκαλοῦσα, οἷς οὔτε τὴν ἡμέραν ἄγει διὰ φειδοῦς, τοῦ θείου μέλλων σώματος μετασχεῖν. ἐκθειόμενος οὖν τὰ δεινά, καὶ τῷ θεῷ μὴ ἀπὸ θυμοῦ γένηται δεδοικώς, τότε μὲν αὐτῷ τὴν σωτηρίαν τὴν παλίντροπον ἐπεβράβευσε, τῷ παππίᾳ τὴν αὐτοῦ ἐπιτρέψας φρουράν, εἰ καὶ τῶν σιδηροπέδων δι' ἑαυτοῦ φρουρεῖ- C σθαι ἠξίου τὴν κλεῖν. ἐπηπείλει δὲ καὶ τῇ γυναικί, καὶ "οὐκ εἰς μακρὰν ἐπόψεσθε" ἔφη, "σύ τε ὦ γύναι καὶ τὰ τῆς ἐμῆς νηδύος βλαστήματα, τὰ ἀποβησόμενα, εἰ καὶ σήμερόν με τοῦ ἐκεῖθεν ἁμαρτήματος προσηλευθέρωσας." τούτοις τὸ μέλλον ἀπεφοίβασέ τε καὶ προεκήρυξε.

22. Καὶ γὰρ ἦν αὐτῷ δέος τῇ ψυχῇ ἐγκαθήμενον ἔκ τινος χρησμολογίας, ὡς κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν κατὰ σάρκα γεννήσεως πᾶσαν τὴν αὐξηθεῖσαν εὐδαιμονίαν καὶ βα-

11 ἐνθυμούμενος? 21 τοῦ] τῆς?

scente, nec ullus effugii locus erat, capitalis in eum fertur sententia; nec ut quovis modo neci detur, sed ut sub ipsum principis conspectum ac velut ipso coram auctore, sive irae affectus sic impulerat, sive alias immanitate sese oblectabat, nempe ut in palatini balnei caminum proiiceretur, acri illic flamma absumendus. decretum erat; ipse tragoediae inspector futurus Leo praecurrebat. sub haec autem Theodosia uxor, Arsaberis filia, inculto habitu temereque ipsa proruens, Bacchantis more furibundo motu sese agitans, viri occupat iter eoque retrahit hominem, impium et dei hostem vocans, qui nec divino impartiendus corpore diei reverentiam haberet. mala ergo reveritus remque in religionem vertens, ac timens ne inde dei iram in se excitaret, in praesentia quidem vita reduce ac salute Michaelem donavit, eius tuto custodiendi cura papiae demandata, tametsi sibi ipse compedum clavem retinuit. sed et uxori comminatus est: "visura" inquit "es tu et liberi mei, et quidem brevi, quae inde eventura sunt, etsi me ab eius rei scelere hodie liberasti;" quibus verbis sibi ipse futuri eventus malique imminentis malus vates effectus est.

22. Ex quodam namque oraculo eius animo timor insederat, quo ferebatur die festo Christi dei nostri secundum carnem natalis sic adul-

σιλείαν ἀποκείρεσθαι μέλλοντος. ὁ δὲ χρησμὸς ἦν Σιβυλλιακός,
D ἔν τινι βίβλῳ εἰς τὴν βασιλικὴν βιβλιοθήκην ἐναποκείμενος, οὐ χρησμοὺς μόνον ἁπλῶς ἀλλὰ καὶ μορφὰς καὶ σχήματα ἔχουσα τῶν γενησομένων βασιλέων διὰ χρωμάτων. ἦν οὖν λέων θηρίον μεμορφωμένον, χῖ στοιχεῖον κεχαραγμένον ἀπὸ τῆς ῥάχεως μέχρι τῆς γαστρὸς αὐτοῦ. τούτου κατόπιν ἀνήρ τις ἐπιθέων δόρατι καιρίαν ἐδίδου πληγὴν τῷ θηρίῳ διὰ τοῦ χῖ. πολλοῖς οὖν πρὸς σαφήνειαν τούτου δειχθέντος, ὁ τηνικαῦτα τὴν τοῦ κοιαίστορος ἐπανῃρημένος ἀρχὴν μόνος διετράνου τὸ τοῦ χρησμοῦ, ὡς Λέοντος οὕτως καλουμένου βασιλέως τινὸς κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς Χριστοῦ γεννήσεως θανάτῳ ὀλεθρίῳ μέλλοντος παραδίδοσθαι.

P 23 23. Προσέτι δὲ καὶ ἡ τῆς μητρὸς ὄψις ἐπλήρου φόβου αὐτόν· ἣ τότε μὲν λεχθεῖσα εἰς οὐδὲν τούτῳ λελόγιστο, τὰ νῦν δὲ καὶ σφόδρα δάκνουσα ἐπέκειτο τὴν ψυχήν. ἐφάνη γὰρ αὐτῇ κατὰ τὸν ἐν Βλαχέρναις θεῖον ναὸν προσφοιτώσῃ ἀεὶ κόρη τις ὑπὸ πολλῶν λευχειμόνων περιστοιχιζομένη καὶ ὁ ναὸς αἵματος ἅπας πλήρης. ταύτην οὖν τὴν κόρην εἰπεῖν τινὶ τῶν παρεστώτων, χύτραν ἐκπληρώσαντα αἵματος ἐπιδοῦναι τῇ μητρὶ τοῦ Λέοντος πιεῖν. αὐτῆς δὲ πολυετῆ χηρείαν προβαλλομένης, δι' ἧς μήτε κρεῶν μήτε
B τινὸς ἐναίμων γεύσασθαι, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ ταύτης χρῄζειν τῆς χύτρας, "καὶ πῶς" ἀντέφησεν ἡ κόρη μετὰ θυμοῦ "ὁ σὸς υἱὸς οὐ παύεται ἐμὲ πολλῶν αἱμάτων πληρῶν, καὶ τούτῳ τὸν ἐμὸν υἱὸν

tam omnem felicitatem ac imperium sublatum iri. oraculum vero Sibyllinum erat, in quodam libro palatinae bibliothecae repositum, quo non solum nuda oracula, verum etiam eorum qui imperio potituri essent figurae formaeque coloribus expressae continebantur. erat ergo leo bestia efformata, cui superne a dorso ad ventrem litera X exarata erat. a tergo autem vir quidam incurrens per ipsam hanc literam leonem hasta configebat. cum autem multis solvendum aenigma fuisset propositum, unus tunc quaestoris fungens munere oraculum clare explicavit, fore nimirum ut imperatorum quidam Leo nomine Christi die natali exitiosa nece tolleretur.

23. Nec minus Leonem perterrebat eius matri oblata visio. quae initio quidem cum Leoni relata esset, ab eo neglecta et pro nihilo habita est: tunc vero alte animo haerens ipsum valde mordebat. cum enim illa continuo divinam sacram Blachernarum aedem frequentaret, apparuit puella quaedam, quam ingens albatorum cuneus satellitio cingebat. interim videt aedem totam cruore exundantem. tumque puellam uni cuidam adstantium iussisse ut ollam cruoris plenam Leonis matri bibendam porrigeret. illa vero diuturnam viduitatem causante, per quam nec carnes nec quicquam eorum quae sanguine praedita sunt gustasset, ac proinde nihil ad se eam ollam spectare, tunc iratam puellam respondisse "quomodo ergo filius tuus non cessat me cruoribus opplere, eoque filium meum

παροργίζων τε καὶ θεόν;" πολλά τε ἔκτοτε ἐλιτάνευε τὸν αὐτῆς υἱὸν τῆς τῶν εἰκονοκαυστῶν αἱρέσεως ἀποστῆναι, τὴν ὄψιν ταύτην ἐκτραγῳδήσασα.

24. Καί τις δὲ ὄψις ἄλλη νυκτερινὴ ἐδειμάτου τοῦτον οὐκ ἔλαττον· αὐτοῦ γὰρ Ταρασίου τοῦ ἀοιδίμου πατριάρχου πάλαι τὸν βίον μετηλλαχότος Μιχαὴλ τινα ἐξ ὀνόματος διακοῦσαι ἐπιπηδήσαντα προτρεπομένου ἐπιπλῆξαι καιρίαν καὶ κατὰ κρημνοῦ C ὠθῆσαι ἄβυσσον ἔχοντος. πρὸς τούτοις καὶ τὸ τοῦ μοναχοῦ τοῦ κατὰ τὸ Φιλομήλιον. ἀλλὰ καὶ τῆς ἐσθῆτος θᾶττον μεταμφίασις. ἃ συμφορήσας ἐπάλλετό τε τῷ δέει καὶ τὴν ψυχὴν ἐκυμαίνετο, τῷ ὕπνῳ κατὰ τὴν νύκτα ἀπεχθανόμενος. ὅθεν ἀκμαζούσης νυκτὸς σοφώτερα ἢ βασιλικώτερα βουλευσάμενος, τὰς ἐπὶ τὸν παπίαν φερούσας πυλίδας καταρράξας (καὶ γὰρ ἦν εὐσθενὴς τὼ χεῖρε) τὴν ἐπ᾽ αὐτὸν διήνυε πρόοδον. ὡς δὲ κατὰ τὸ δωμάτιον εἰσῄει, D θέαμα ὁρᾷ εἰς ἔκπληξιν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἄγον αὐτόν· εἶδεν γὰρ τὸν μὲν κατάκριτον ἐν σκίμποδι τῷ τοῦ παππίου περιδεξίως, τὸν δὲ παππίαν ἐπ᾽ ἐδάφους κοιμώμενον εὕρισκεν. τὰς χεῖρας ἐπῆγε πρὸς τὸν Μιχαὴλ καὶ τὴν κεφαλήν, μαθεῖν βουλόμενος εἴ ἄρα, ὅπερ τοῖς ἐν συμφορᾷ ἐπακολουθεῖ, ἄφροντίν τινα καὶ ἡδὺν ἢ ἐμμέριμνον ὕπνον καὶ κεκολασμένον καθεύδει. ὡς δ᾽ εὗρεν ἄνετον καὶ πάσης ἀπηλλαγμένον μερίμνης (οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ ἐπαφώμενος αὐτὸν διύπνισεν), μείζονα τὸν θυμὸν ἔθρεψε τοῖς ἀπ᾽ ἐλπίδος τού-

ac deum irritare?" quo ex tempore filium obsecrabat ut ab haeresi abolentium imagines resiliret, hancce tragice visionem referens.

24. Perturbabat et alia haud modice nocturna visio. nam per quietem visus sibi fuerat audire Tarasium inclitum patriarcham, qui pridem in vivis esse desierat, hortantem ac iubentem cuidam nomine Michaeli ut irruens in Leonem letali eum ictu conficeret et in altam abyssum praecipitem daret. exagitabat etiam monachi Philomeliensis vaticinatio; sed et praetoriae chlamydis subitario impetu indutae recordatio. quae omnia congerens metu concutiebatur, animoque fluctuans omnem noctis somnum invisum habebat. quamobrem profunda iam nocte, eiusmodi consilium iniens quod sagacem magis exploratorem quam imperatoria fulgentem dignitate deceret, perrupta portula qua ad papiam patebat iter (quippe qui manibus robustissimus erat) ad eum usque processit. ut autem domum ingressus est, occurrit spectaculum quod illi haud vulgarem metum ac stuporem iniecit. nam reum quidem in papiae lectulo egregio cultu, ipsum vero papiam humi dormientem invenit. tum manus Michaeli caputque ac aurem admovet, nosse volens num, quod solent anxii et in vitae discrimen adducti, curis solutum suavemque an vero sollicitum ac castigatum somnum duceret. ubi autem solutum nihilque sollicitum atque anxium alto demersum sopore offendit (nam nec contrectando somnum illi excusserat), insperatis hisce spectaculis acrius incen-

P 24 τοις θεάμασι, καὶ δεινὸν ἀπῄει οὐκ αὐτῷ μόνον ἀλλὰ καὶ τῷ παππίᾳ ἐνσείων. οὐκ ἔλαθε γοῦν ταῦτα τοῖς περὶ τὸν παππίαν, ἀλλά τις τῶν προκοίτων τοῦ Μιχαὴλ ἐκ τῶν φοινικῶν φωρασάμενος ὑποδημάτων ἀπήγγειλε πάντα σαφῶς. οἷς ἐκπαθεῖς γενόμενοι καὶ ἀμάχῳ δέει περιληφθέντες βουλὴν ἐξήρτυον αὐτοῖς τὴν σωτήριον.

25. Ἕως ἄρτι ὑπέλαμπεν, καὶ σκῆψις γίνεται τῷ Μιχαήλ, ψυχικάς τινας κηλῖδας ἐπαγομένῳ, διὰ Θεοκτίστου, ὃν καὶ μετὰ ταῦτα τῷ τοῦ κανικλείου τετίμηκεν ἀξιώματι, ταύτας βούλεσθαί
B τινι προσαναθέσθαι τῶν θεοφιλῶν. ἐπετέτραπτο γοῦν καὶ συγκεχώρητο ταῦτα παρὰ βασιλέως. καὶ ὅγε δή φησιν τῷ Θεοκτίστῳ "τοῖς ἡμῖν κεκοινωνηκόσι τῆς πράξεως πάντα ἀνειπεῖν διαπειλεῖ τῷ βασιλεῖ, εἰ μή τι γένηται παρ' ὑμῶν γενναῖον, τοῦτόν με διασώζον τοῦ θανάτου καὶ τῆς εἱρκτῆς." καὶ οἱ συνωμόται, ὡς ταῦτα διήκουσαν, βουλὴν τοιαύτην συρράπτουσιν. ἔθος ἦν τῷ κλήρῳ τῷ ἱερῷ οὐχ ὡς νῦν ἔνδον τοῖς βασιλείοις, ἔκτοτε λαβὸν τὴν ἀρχήν, προσμένειν διὰ νυκτός, ἀλλὰ τοῖς σφῶν οἴκοις, ἄρτι δὲ τρίτης ἀρχομένης φυλακῆς κατὰ τὴν ἐλεφαντίνην συναγείρεσθαι, δοξολογίαν ἀποδώσοντας κυρίῳ τῷ θεῷ τὴν ἑωθινήν. τούτοις οἱ συνωμόται ὑπὸ μάλης φέροντες ἐγχειρίδια ἐγκαταμιχθέντες, ἅτε
C δὴ καὶ κνέφᾳ καὶ ταῖς ἱερατικαῖς λαθόντες στολαῖς, συνεισῄεσαν ἀφειδῶς, ἔν τινι σκοτεινῷ λοχήσαντες τόπῳ, τὸ σύνθημα προσδεχόμενοι. ὡς δ' ὁ ὕμνος διεπεραίνετο καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτοῦ που

sa ira discedit, non solum illi sed et papiae dirum exitium minitans. nec ea res papiam latuit, eo quod quidam pro Michaelis lectulo excubantium, ex cothurnis puniceis deprehenso imperatore, cuncta clare nuntiaverat. quibus illi gravissime turbati metuque maximo conterriti, quod eis saluti foret, id vero deliberant.

25. Iam primum dilucescebat, simulatque Michael adhaerere sibi animo sordes aliquas, quas per Theoctistum, quem et postea caniclii dignitate ornavit, religiosorum virorum cuipiam velit aperire. permisit imperator, eiusque rei licentiam fecit. aitque Michael Theoctisto "sane coniuratis denuntia cuncta me imperatori indicaturum, ni strenui quid molientes ab hac me morte ac carcere liberaveritis." his porro auditis coniurati tale quid consilii struunt. moris erat ut sacer clerus, non ut modo intra palatium (quod exinde eaque occasione primum inductum est) sed quisque secum domi maneret, tumque ineunte tertia vigilia ad eburneam portam congregarentur, redditurі domino deo matutinas laudes. his coniurati sese commiscentes, pugionibus subter axillas occultatis, cum per tenebras ac sacerdotalibus amicti vestibus latuissent, una libere ingressi inque uno quodam obscuro loco subsidentes signum exspectabant. hymno itaque persoluto, cum imperator haud procul a cantoribus consti-

πλησίον ἦν τοῖς ᾄδουσιν, προεξάρχων πολλάκις τοῦτο δὴ τὸ φίλον
αὐτῷ τὸ παντάνακτος ἐξεφαύλισαν πόθῳ (ἦν γὰρ φύσει τε εὔφωνος
καὶ ἐν ταῖς μελῳδίαις τῶν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἀνθρώπων ἡδύτα-
τος), τότε δὴ εἰσπηδήσαντες ἀθρόως ἐκ μὲν τῆς πρώτης ἡμάρτα-
νον προσβολῆς, πρὸς τὸν τοῦ κλήρου ἔπαρχον ἀποπλανηθέντες,
εἴτε δή τινι ἐμφερείᾳ καὶ σώματος ὁμοιότητι εἴτε κατὰ τὴν κεφα-
λὴν ὁμοίᾳ περιβολῇ· κρυμώδους γὰρ οὔσης καὶ χειμερίου τῆς ὥρας
ἑνὶ περιβλήματι ἀμφότεροι διεκαρτέρουν, πίλῳ τὴν κεφαλὴν ὀξυ- D
τάτῳ περικαλύπτοντες. ἀλλ' ὁ μὲν τοῦ κλήρου καθηγεμὼν τὸν
κίνδυνον ἀπεώσατο (αὐτίκα γὰρ γυμνώσας τὴν κεφαλὴν τῷ φαλα-
κρώματι τὴν σωτηρίαν ἐθήρασεν), ὁ Λέων δὲ τοῖς ἀδύτοις ἐπι-
στρεὶς οὐ σώζεται, ἀλλ' ἀμύνασθαι διεσπούδαζεν. ὅθεν τὴν τοῦ
θυμιατηρίου σειρὰν διαρπάσας, ἢ κατά τινας θεῖον σταυρόν, τοῖς
ἐπερχομένοις ἀντιπαρατάττεσθαι ἐβούλετο. ἀλλ' οὗτοι πολλοὶ καὶ
οὐ καθ' εἷς ἐπιδραμόντες κατετίτρωσκον, καὶ ὡς ἀμυνόμενον καὶ
τῇ τοῦ σταυροῦ ὕλῃ τὰς τῶν ξιφῶν ὁρμὰς ἀποπέμποντα. ἀλλ'
ἔκαμεν πάντοθεν ὡς θηρίον βαλλόμενος, ὅτε δὴ καὶ ἀπογνοὺς P 25
ὅρκῳ τῆς ἐνοικούσης χάριτος ἐν τῷ ναῷ τινὰ εὐμεγέθη καὶ γιγαν-
ταῖον ἐπιφέροντα ὁρῶν τὴν πληγὴν ἐδυσώπει καὶ ἐξελιπάρει τρα-
νῶς· τῆς ἐκ τῶν Κραμβωνιτῶν οὗτος ὡρμᾶτο γενεᾶς. ἀλλ' ὅγε
"οὐχ ὅρκων" εἰπὼν "ἀλλὰ φόνων καιρός," ἔτι τε κατὰ τῆς θείας
ὀμόσας χάριτος, παίει διανταίαν κατὰ χειρὸς οὕτω δὴ ἀνδρικῶς
ὡς οὐ μόνον τῆς κλειδὸς ἀπαρράξαι ταύτην δεινῶς, ἀλλὰ καὶ τὸ

tatus, uti crebro solebat, illud moduli inceptasset "sprevere summi cuncta amore principis" (erat enim ex indole canora voce, eaque divinis modulandis laudibus eius aetatis cunctos mortales suaviore vincebat), confertim insiliunt, primoque impetu ac aggressione in cleri praefecto decepti sunt, sive quod is corpore imperatori perquam similis erat, sive quod caput simili integumento obduxerat: cum enim per hiemis aspera ingens frigus rigeret, eodem ambo integumento illud tolerabant, acutissimo nimirum pileo caput contegentes. sed is quidem pileo capiti detracto, ostensa calvitie, facile salutem captavit. Leo autem in altaris penetrale se ipse subducens irrito conatu praesidium quaerit. tueri se ille tamen conabatur: quapropter turibuli catena vel (ut alii perhibent) divina cruce arrepta invasorum impetum propulsare studebat. verum ii non singuli sed facto cuneo irruentes vulnera infligebant, cum sic quoque ille sese ulcisceretur crucisque materia gladiorum ictus depelleret. tandem vero bestiae in morem undequaque petitus fatiscit; quando et desperata salute unum quempiam procera statura, nec giganti absimilem, ictum inferentem videns, per gratiam in templo habitantem adiuravit palamque obtestatus est ut parceret. erat is Crambonitarum stirpe oriundus. ad quem ille "non sacramentorum istud" inquit "sed caedium tempus est;" ac insuper per divinam ipse gratiam iurans manum eius adverso vulnere percussit, tanta vi ut non solum a clavicula eam penitus amputaverit, sed et crucis cornu dis-

κέρας τοῦ σταυροῦ κοπτόμενον μέχρι πολλοῦ προελθεῖν. συναποτέμνει δέ τις αὐτοῦ καὶ τὴν κεφαλήν, ὅλμου δίκην τὸ σῶμα καταλιπών.

B 26. Τοιούτῳ μὲν τέλει βίου ὁ Λέων ἐχρήσατο κατὰ τὸν Δεκέμβριον μῆνα (ὥρα δὲ ἦν δεκάτη τῆς νυκτός), βασιλεύσας ἔτεσιν ἑπτὰ πρὸς πέντε μησίν, ὠμότητα μὲν ἐξασκήσας, πρὸς δὲ καὶ ἀσέβειαν, εἴπερ τις τῶν πρὸ αὐτοῦ· καὶ τούτοις τήν τε προσοῦσαν αὐτῷ πρὸς τὰ κοινὰ ἐπιμέλειαν καὶ τὴν ἐν ταῖς χερσὶν ἰσχὺν καὶ ἀνδρίαν κατήσχυνεν. λέγεται δὲ καί τινα φωνὴν οὐρανόθεν αὔθωρον ῥαγῆναι, τὴν αὐτοῦ κατάλυσιν εὐαγγελιζομένην πολλοῖς· ἧς καί τινες ἀκηκοότες ναυτίλοι, τόν καιρόν τε καὶ τὴν νύκτα ἀπογραψάμενοι, ἐκ τῆς ὕστερον ἐρεύνης ταύτην εὗρον οὖσαν ἀληθινήν.

sectum procul dissilierit. simul quoque alius quispiam eius abscisso capite truncum corpus reliquit.

26. Hunc vitae finem sortitus Leo, mense Decembri, hora noctis decima, cum annos septem menses quinque imperium rexisset. crudelitate, si quis alius decessorum, praetereaque impietati operam dedit, qua utraque labe diligentiam in procuranda re publica bellicamque fortitudinem obscuravit. aiunt et vocem quandam statim caelitus erupisse, quae laetum de eius exitio nuntium in vulgi aures perferret; ac navicularios quosdam eo audito, observatoque temporis ac noctis articulo, rimando postea veram eam esse noctem comperisse.

P 26

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΥ ΕΞ ΑΜΟΡΙΟΥ.

ΛΟΓΟΣ Β.

Ἀνῃρηκότες δὲ τὸν Λέοντα οἱ περὶ τὸν Μιχαήλ, ὡς ἐν τῷ πρὸ τούτου ἡμῖν δεδήλωται συντάγματι, τὸ τούτου νεκρὸν σύροντες ἀνηλεῶς τε καὶ ἀφειδῶς διὰ τῶν Σκύλων εἰς τὸν ἱππόδρομον ἐξήγαγον, μή τινα φόβον ἔχοντες ἤδη διὰ τὸ πλήρη εἶναι τῶν ἐπι-

MICHAELIS AMORIENSIS IMPERIUM.

LIBER II.

Hac Michaelis fautores, uti a nobis superiori libro explicatum est, expleta carnificina, defuncti cadaver crudeliter effrenique licentia trahentes per Scyla ad circum eduxerunt, nullo iam metu deterriti, quod

βούλων καὶ συνωμοτῶν τὴν βασίλειον αὐλήν. συνεξέφερον δὲ αὐτῷ καὶ τὴν αὐτοῦ γαμετὴν σὺν τέτταρσι τέκνοις αὐτῶν, Συμβατίῳ τῷ κατὰ στέψιμον μετονομασθέντι Κωνσταντίνῳ, Βασιλείῳ τε καὶ Γρηγορίῳ ἅμα Θεοδοσίῳ· οὓς καὶ ἀκατίῳ ἐνθέντες B πρὸς τὴν Πρώτην νῆσον ἀπήγαγον, ἔνθα καὶ τῶν παίδων εὐνουχισθέντων τὸν Θεοδόσιον συνέβη δυστυχῆσαι περὶ τὴν ζωὴν καὶ τῆς τοῦ σώματος ταφῆς τῷ ἰδίῳ κεκοινωνηκέναι πατρί.

2. Ὁ δὲ Μιχαὴλ τῆς ἐκ τοῦ παππίου φρουρᾶς ἀνενεχθείς, ἔτι τοὺς πόδας σιδήρῳ δεδεμένους ἔχων διὰ τὸ τὴν κλεῖν παρὰ τοῦ Λέοντος φυλαττομένην ἀσφαλείας ἕνεκεν τέως εἶναι ἀφανῆ, ἐπὶ τὸν βασίλειον ἐκάθισεν θρόνον, καὶ παρὰ πάντων τῶν τέως ὄντων P 27 ἐν τῷ παλατίῳ προσεκυνήθη αὐτοκράτωρ ἀναγορευθείς. ἤδη δὲ μεσούσης ἡμέρας τῆς φήμης πανταχοῦ διαδραμούσης, τῶν δεσμῶν σφύρᾳ θλασθέντων μόλις, οὐ χεῖρας ἀπονιψάμενος, οὐ τὸν θεῖον φόβον κατὰ νοῦν εἰληφώς, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τῶν δεόντων ποιήσας, πρὸς τὸν θεῖον καὶ μέγαν ναὸν προελήλυθεν τοῦ στέφους ἐκ τῆς πατριαρχικῆς χειρὸς καὶ τῆς πανδήμου τυχεῖν ἐπιθυμῶν ἀναρρήσεως, ἐκείνους μόνους φραγμὸν καὶ περιχαράκωμα ἔχων τοὺς τοῦ φόνου μετεσχηκότας καὶ συνομωμοκότας αὐτῷ. ἔνθα καί τις ἀμ- B φοτέρων θαυμάσειεν τὸ κακόγνωμον, τοῦ μὲν ὅπως οὐδένα εἶχε τῶν τηλικούτων κολάκων καὶ φιλούντων τότε δὴ βοηθόν, πάντων ὥσπερ ἑρπετῶν εἰς καταδύσεις χωρησάντων, τοῦ δευτέρου δὲ τὸ πρὸς πάντας ἄφοβον καὶ αἱμοχαρές, οἷς ὥσπερ τις ἀπὸ νίκης

omnis regia coniuratis, iisque qui Leonis vitae insidiati essent, foret conferta. una quoque illius uxorem eiiciunt cum quattuor liberis, Symbatio, cui per inaugurationis solennia inditum Constantini nomen, Basilioque et Gregorio, necnon Theodosio. hos omnes lembo impositos in Proten insulam duxerunt. ibi exsecti cum essent, Theodosium mori contigit, cuius defuncti corpus una cum paterno cadavere conditum fuit.

2. Michael autem e papiae custodia eductus, adhuc pedes ferro vinctus cum esset (quod scilicet clavis, quae apud Leonem servabatur, ut magis vincto caveret, necdum inventa erat), in regio throno consedit omniumque qui tum in palatio aderant vocibus imperator salutatus est ac adoratus. iam vero circiter meridiem fama ubique sparsa, cum vix malleo compedes diffissi essent, illotis manibus, nullo dei metu in animum assumpto, nec ullo alio defunctus honesti officio, ad divinum magnumque templum processit, id satagens ut ex patriarchae manu coronam consequeretur totiusque populi votis ac vocibus imperator salutaretur, eorum duntaxat praesidio munitus valloque septus, qui una secum necis socii ac coniurati fuissent. ceterum amborum quis merito inauspicatam hic miretur mentem, Leonis, quod sic nullum ex tot assentatoribus amicisque tunc auxilium opemque ferentem habuerit, cum omnes serpentum more in suas se latebras ac foramina abdidissent, Michaelis vero interritum adversus omnes cruentumque animum, cum non

ἀθλοφόρος ἐπανερχόμενος ἀλλ' οὐ δήμιος (τοῦτο γὰρ ὑπὸ τῆς τὰ
πάντα διοικούσης προνοίας ἐγένετο) κατὰ τὴν πλατεῖαν διήρχετο·
δέον ἐγκαλύπτεσθαι καὶ θρηνεῖν, οὐκ ἐφ' οἷς ἄξιον αἷμα δικαίως
ἐξέχεεν (καί τοί γε οὐδὲ τοῦτο τῶν ἐπαινετῶν), ἀλλ' ἐφ' οἷς οὐκ
C ἐν ἀξίῳ τόπῳ, θείῳ δὲ καὶ καθαρῷ, καὶ μόνον ἔνθα τὸ δεσπο-
τικὸν καθ' ἡμέραν ἐκχέεται, τῶν ἡμετέρων λύτρον ἁμαρτιῶν.

3. Ἀλλ' ἐπὶ τὴν θρεψαμένην τοῦτον ἡ ἱστορία ἀγέσθω,
καὶ μέσον αὐτὸν λαμβανέτω τὰ αὐτοῦ ἐπαγγέλλουσα. ἤνεγκε μὲν
οὖν αὐτὸν ἡ κατὰ τὴν ἄνω Φρυγίαν πόλις Ἀμόριον οὕτω καλου-
μένη, ἐν ᾗ καὶ Ἰουδαίων καί τινων Ἀθιγγάνων πλῆθος ἀεί πως
ἐγκατοικίζεται· καί τις δὲ αἵρεσις ἐκ τῆς ἀλλήλων κοινωνίας καὶ
διηνεκοῦς ὁμιλίας καινὸν ἔχουσα τρόπον καὶ δόγματα ἐπιφύεται,
D ἧς καὶ αὐτὸς μετέσχεν ἐκ πατέρων διαδεξάμενος. αὕτη δὲ τοῦ
μὲν θείου λουτροῦ ὡς σωτηριώδους ὄντος καὶ παρ' αὐτοὺς διω-
μολογημένου τοὺς τελουμένους μεταλαγχάνειν ἀνίησι, τἄλλα δὲ
πάντα σώζει φυλάττουσα κατὰ νόμον τὸν Μωσαϊκόν, πλὴν τῆς
περιτομῆς. διδάσκαλον δὲ καὶ οἷον ἔξαρχον ὁ ταύτῃ μεμυσταγω-
γημένος Ἑβραῖόν τινα ἢ Ἑβραΐδα κέκτηται, τοῦ θείου τελέως βα-
πτίσματος ἀπεχόμενον, κατὰ τὸν ἑαυτοῦ οἶκον, ᾧ καὶ τὰ ἑαυτοῦ
οὐ μόνον τὰ ψυχικὰ ἀλλὰ δὴ καὶ τὰς κατ' οἶκον οἰκονομίας ἐμπι-
P 28 στεύει καὶ ὑπὸ χεῖρα δίδωσι τὴν αὐτοῦ. ταύτης οὖν ἐκ παιδὸς

8 ἀπαγγέλλουσα? 14 αὐτοῖς?

velut carnifex (quod enim evenerat, divinae providentiae cuncta gubernantis exstiterat) sed tanquam victor coronatus per plateam transiret, cum magis erubescendum lugendumque foret, non quod iuste, dignum qui effunderetur, sanguinem effudisset (quanquam ne hoc quidem in iis habendum quae laudem merentur), sed quod non in caedium loco, sed in divino mundoque, et in quo domini duntaxat sanguis ad nostrorum delictorum scelerumque expiationem quotidie funditur.

3. Verum ad eius patriam recurrat narratio, eum medium assumens, cuius se res exsequi profitetur. tulit hunc Phrygiae superioris civitas, dicta Amorium. in ea Iudaeorum eorumque quos Athinganos vocant frequens semper multitudo consedit. sed et alia quaedam haeresis, ex aliorum cum aliis societate iugique consuetudine, nova prorsus exque novis et inauditis decretis conflata emersit, cuius ipse quoque Michael accepta a maioribus superstitione particeps fuit. secta haec divinum quidem lavacrum ut salutare et a suis explorate agnitum probatumque, eos qui initientur, percipere sinit: in reliquo autem omnia, praeter unam circumcisionem, ex legis Mosaicae ritu servat. quisquis hac secta est initiatus, praeceptorem ac velut praefectum Hebraeum quendam sive Hebraeam divini prorsus expertem baptismatis domi habet, cui non solum ea quae ad animum ac salutem spectant, sed et rei familiaris administrationem committat domuique ac substantiae eum praeficiat.

μετασχὼν καὶ ᾗ τὴν ψυχὴν προκαταληφθεὶς οὐκ εἶχεν οὐδ' οὕτως τὸ τῆς προλήψεως καθαρόν, ἀλλ' οἷόν τις ἀπιστίας σύνοδος γεγονὼς ὁμοῦ τε ταύτην οὐ πόρρω γενόμενος παρεχάραξεν καὶ τὴν Χριστιανῶν παρενόθευσεν καὶ τὴν Ἰουδαϊκὴν ἐκιβδήλευσεν. τέως μὲν οὖν εἴχετο αὐτῆς, καὶ τὴν εἰς ἄνδρας τελοῦσαν ἡλικίαν ἀνήγετο, ἀγροικίαν καὶ ἀμαθίαν ὥσπερ τινὰς ἕλικας ἄμπελος συνανιούσας ἔχων αὐτῷ· μᾶλλον δὲ ὑπὸ τούτων ἐχόμενος καὶ παιδαγωγούμενος κατάλληλα προσῄει μαθήματα διδασκόμενος, οἷς πολλάκις τὴν βασίλειον δεδραγμένος ἀρχὴν ἐφαίνετο σεμνυνόμε- B νός τε καὶ καλλωπιζόμενος ἢ τῷ ἑαυτοῦ διαδήματι. τὴν λογικὴν δὲ παντάπασιν, ὡς τὰ παρ' ἑαυτοῦ προβαλλόμενα ἀνατρέπουσαν καὶ πείθειν δυναμένην τε καὶ μεταδιδάσκειν τοῦ μὴ τῆς αἱρέσεως αὐτοῦ καὶ θρησκείας ὀπίσω πορεύεσθαι, ἠτίμαζέ τε καὶ ἀπεβάλλετο τῆς ἑαυτοῦ ἐπιβούλως ψυχῆς. καί τοί γε ἦν αὐτῷ δυνατὸν τὰ ἑαυτοῦ τε σέβεσθαι καὶ τὰ ἡμέτερα μὴ ἀτιμοῦν, ὅταν μὴ πρὸς τοσοῦτον χορὸν τῶν ἐπὶ σοφίᾳ διαλαμψάντων χρόνῳ καὶ ἀριθμῷ κεκρατηκότα ἀνθαμιλλᾶσθαι ἠδύνατο. (4) πλὴν ἐτίμα τὰ ἑαυ- C τοῦ. τὰ δὲ ἦν συῶν μὲν τῶν ἀρτιτόκων προλέγειν ὅσοι τε ἔσονται εὐτραφεῖς καὶ σωμάτων μεγέθους οὐκ ἀμοιρήσουσι, καὶ ὅσοι τοῖς ἐναντίοις περισχεθήσονται, καὶ ἵππων μὲν ἐγγὺς ἑστάναι τῶν λακτιζόντων εἰδέναι, ὄνους δὲ λακτίζοντας ὡς πορρωτάτω ἀποτρέπεσθαι εὐφυῶς, ἡμιόνων τε κριτὴς ἄριστος εἶναι, καὶ τούτων

21 ἐπιτρέπεσθαι P: cf. 4 26 extr.

hac a puero Michael institutus eiusque primum documentis imbutus, ne sic quidem quae primo insederat opinionem puram retinuit, sed velut pravae religionis nothaeque colluvies, tum eam ipsam paulo post adulteravit, tum Christianam ac Iudaicam spuriis aliis adiunctis polluit. hactenus quidem illam sequebatur inque virilem provehebat aetatem, agrestes mores ac inscitiam haud secus ac vitis malleolos una surgentes habens. quinimmo quorum disciplinae haereret ac quos pueritiae institutores haberet, eorum congrua moribus studia condiscens grandescebat, quibus haud raro, etsi iam imperii nactus infulas, magis sibi placere ac gloriari videbatur quam ipso diademate. eam autem quae rationem excolit scientiam et eruditionem, seu literas quibus evertenda essent illius problemata, ac quibus suaderi licebat atque doceri haud sequendam suam illam haeresim ac superstitionem, tum est aspernatus, tum ex suo dolose animo ablegavit. quanquam ei licebat tum sua colere tum nostra non aspernari, quando nec certamini par videri poterat adversum tantum sapientissimorum virorum, aetate ac numero longe praestantem, chorum. (4) enimvero sua illa colebat plurisque faciebat. eius vero fere generis erant, nempe suum recens natarum vaticinari ac coniicere quae pingues plenaque ac adulta corporis mole, quaeve contra exiles ac macilentae essent futurae; prope equos calcitrones scire stare, asinos vero calce petentes quam procul scite ingenioseque propellere; acri iu-

ὅσοι μὲν πρὸς φόρτον ἁρμόδιοί τε καὶ ἐπιτήδειοι, ὅσοι δὲ τοὺς ἐπιβάτας εὐφόρως, ἀλλὰ μή τινι πτοίᾳ περιδεεῖς γινόμενοι, φέρουσιν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς ἵππους μόναις ὀφθαλμῶν διακρί-
D νειν βολαῖς, ὅσαι τε πρὸς δρόμον εὔτονοί τε καὶ τάχισται πεφύκασιν καὶ ὅσοι πρὸς πόλεμον τὸ καρτερικὸν διασώζουσιν, προβάτων τε καὶ βοῶν τὴν εὐτοκίαν, καὶ τὴν τοῦ γάλακτος ὅσαι τὴν δαψίλειαν ἐκ φύσεως ἔλαχον, καὶ ὡς σιγώντων, τὸ δὴ μεῖζον, τῆς τε μητρὸς καὶ τῶν ἀρτιγενῶν γεννημάτων, εἰδέναι διακρίνειν ποῖον ὁποίας ἐστὶν ἴδιον. καὶ τὰ μὲν τῆς πρώτης ἡλικίας, εἰπεῖν δὲ καὶ τῆς τελευταίας, ταῦτα δὴ τὰ μαθήματά τε καὶ σεμνολογήματα· (5) ὡς δ' ἤδη ἤκμαζε τὸν πένητα βίον διαθλῶν τε καὶ καρτερῶν, ἔσπευδε δὲ τοῦτον πάσῃ ἀποτρίψασθαι μηχανῇ,
P 29 καί ποτε τῷ ἑαυτοῦ παρέστη δὴ στρατηγῷ, ἑαυτόν τε ὑποφαίνων καὶ τῇ τῆς γλώττης τραυλότητι τὸν ἄρχοντα ἐκκαλούμενος, τῶν Ἀθιγγάνων τις γνωστός τε καὶ οἰκεῖος τῷ στρατηγῷ ὢν αὐτόν τε τοῦτον Μιχαὴλ καί τινα ἕτερον περιβοήτους ἔσεσθαι μετ' οὐ πολὺ διηγόρευε καὶ βασιλείας αὐτῆς ἐπιτυχεῖν οὐκ εἰς μακράν. τούτοις τὴν ψυχὴν ὁ στρατηγὸς ἐκθερμανθείς, καὶ τὸ μέλλον ὥσπερ κατατρυγῶν, οὐκ ἔγνω βραδύτητι τὸν καιρὸν ἀπώσασθαι, οὗ πάλιν τυχεῖν οὐκ εὐπετὲς οὐδὲ ῥᾴδιον. τράπεζα γοῦν παραχρῆμα, καὶ
B τοὺς ἄλλους πάντας καταλιπὼν τούτους δὴ τοὺς ἄνδρας εἰς ἑστίασιν συγκαλεῖ. ὡς δὲ τοῦ πότου ἀκμάζοντος καὶ τὰς θυγατέρας

2 φέρουσιν] Cedrenus ἐκτραχηλίζοιεν.

dicio de mulis censere, inque illis discernere qui oneribus convehendis idonei, qui sessori aptiores leniorique indole ipsum nullo excutiant consternati pavore; sed et equos ex primo ipso oculorum coniectu dignoscere, qui ad cursum robusti atque celeres, quique in praeliis fortes ac laboris patientes perstituri essent. oves quoque et boves quaenam fecundae ac quae ex indole lactis large copiam nactae. scire denique, tametsi nullum balatum mugitumve tam matres quam recens nati fetus ediderint, quae cuiusque proles existant. haec eius primae aetatis (sed et extremae dicam) studia ac honestamenta. (5) cum autem pauperem tolerando vitam adolescentiae iam annos prope excessisset, omnique demum arte atque opera eam a se amoliri studeret, ac quandoque suum ille ducem adiisset, tumque se illi subverecunde ostenderet, tum vero, qua erat balbutienti ac praepedita voce, eundem compellaret, Athinganus quidam duci notus ac familiaris hunc ipsum Michaelem aliumque quendam brevi post clarissimos fore praedixit, ac Michaelem non in longum tempus imperio esse potiturum. eo vaticinio incensus animo praetor, ac velut futurum iam coram legeret ac decerperet, occasionem quam semel lapsam haud facile rursus assequi possis, in longiores moras nullatenus ablegandam putavit. statim ergo expeditur mensa, cunctisque aliis neglectis hos ambos in convivium adhibet. tum vero incalescente

*ἄγων ἐδίδου ὁ στρατηγὸς καὶ νυμφίους καθωμολόγει, τῷ ξένῳ μὲν
καὶ παραδόξῳ τοῦ πράγματος ἐν ἐκστάσει τούτους τὸ πρῶτον
ἐποίει καὶ δίχα φωνῆς, ἀποδεχομένους δὲ ὅμως μετὰ ταῦτα καὶ
συγκατατιθεμένους καὶ θεὸν τάχα, οὐκ ἄνθρωπον, ὁμολογοῦν-
τας αὐτόν.*

6. *Εἶναι μὲν οὖν τέχνῃ τῇ μαντικῇ πολλὰ τὰ ὑποκείμενα,
ὀρνίθων τε πτήσεις ὀνείρων τε ἀγέλας καὶ παντοίων σωμάτων
διεντόμων θέας, ἵνα μὴ πολλοῖς ὀλίγος φιλονεικῶ, οὐκ ἐπὶ πολὺ* C
*διοίσομαι. εἶναι δὲ καθαρὰν καὶ δαιμόνων τινῶν ἐκτὸς ὑπηρε-
σίας, πόρρω θεοῦ τὸν ἄνθρωπον σπουδαζόντων βαλεῖν, οὔτ' αὐ-
τὸς εἴποιμι οὔτ' ἄλλος οἶμαι τῶν φρονούντων εὖ, ἐπεὶ καὶ τοὺς
οὐκ εἰλικρινῆ τινὰ βίον διώκοντας καὶ καθαρόν, τοὺς ἀσπούδα-
στον δὲ καὶ ἀνελεύθερον, τὴν ἀκριβῆ γνῶσιν ταύτης λαβεῖν ἀκη-
κόαμεν. τί μοι τοῦτο τὸ παρὸν ἐζήτηται; ἵνα μή τις ἐπιπνοίᾳ
θείᾳ τοὺς περὶ ταῦτα ἀσχολουμένους νομίζῃ τι τοιοῦτον διασαφεῖν,
καὶ αἴτιον ποιῇ τὸν θεὸν τῆς ἀδίκου γνώμης αὐτῶν, ταὐτὸ δ' εἰ-
πεῖν καὶ ἀρχῆς, μηδὲ τοὺς ἐπιδιδόντας τούτοις ἑαυτοὺς ἔχειν νοῦν
οἴηθῇ, ἅτε καὶ πολλῶν καθ' ἡμέραν ἀποτυγχανόντων καὶ αἰτίων* D
*γινομένων τῆς ἀπωλείας αὐτῶν. ἀλλὰ τὸν ἀρχέκακον ὄφιν καται-
τιάσθω, ὃς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐμπεριπατῶν καὶ ὄργανα καταλαμ-
βάνων ἁρμόδια οὐκ ἐν τῷδε μόνῳ ἢ τῷδε τῷ ἀνθρώπῳ τὰ περὶ
τῆς βασιλείας σπέρματα καταβάλλει, ἀλλ' ἐν πολλοῖς, καὶ τού-
τους ἀναπείθων τε καὶ κινῶν ἐπιβάλλειν μὲν πείθει καὶ δήμους*

mero dux adductas filias eis in sponsas tradit sibique generos facit. ac primum quidem rei novitate inauditaque benevolentia in stuporem agit, ita ut vox ipsa illos deficeret: postea tamen et ipsi probant ac assentiuntur, deum forte rati, non hominem, qui sic demereretur.

6. Subiici quidem multa arti divinandi, avium volatus, gruum agmina, omnis generis corporum extispicia et dissectiones, ne unus ipse ac exiguus adversus multos contentiosius agam, haud multum abnuerim. sic autem exerceri ut munda sit nihilque per eam daemonibus obsequii praestetur, qui procul a deo hominem abigere studeant, nec ego dixerim, nec eorum putem aliquis qui recte sentiant, cum et eos qui haud sincerum purumque vitae genus consectentur, sed illaudabile ac illiberale, eius perfecte adeptos scientiam audiverimus. quorsum haec a me modo mota quaestio est? nempe ne quis homines illis studiis deditos eiusmodi aliquid divino afflatu loqui existimet, aut deum pravae eorum voluntatis faciat auctorem, vel, quod idem sit, etiam imperii; neque hos qui se istis dediderint viros frugi ac prudentes credat, cum multos quotidie exitus fallat, sibique inde ipsi interitum consciscant: sed culpam omnem in malorum auctorem serpentem conferat, qui orbem perambulans sibique idonea nactus organa non in uno duntaxat aut altero homine imperii ac tyrannidis iacit semina, sed in multis; hosque subornans et instigans, ut adoriantur populosque evertant ac bella civilia conflent,

ἀνατρέπειν καὶ ἐμφυλίους μάχας ἐργάζεσθαι, κατὰ τὴν εἰκόνα τοῦ λίθους πολλάκις ἐπαφιέντος τισὶ τυφλοῦ· πολλοὺς γὰρ βάλ- P 30 λων τάχα καὶ μὴ ὁρῶν ὀψὲ καὶ μόλις τοῦ βαλλομένου καταστοχάζοιτο. ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν παρὰ θεωρίαν, ἵνα μὴ τῷ θείῳ ἀναφέροι τις τὰς τοιαύτας τῶν πράξεων μηδὲ δὴ τὰς πονηροτέρας ἀρχάς, ἐκείνῃ δὲ τῇ γραφικῇ βοηθούμενος μαρτυρίᾳ, τῇ "ἑαυτοῖς ἐβασίλευσαν" λεγούσῃ, "ἀλλ' οὐ δι' ἐμοῦ."

7. Ταύτην οὖν τὴν τοῦ Ἀθιγγάνου μάντεως φωνὴν ὡς θείαν τινὰ πρόρρησιν ὁ Μιχαὴλ ἐνηχηθείς, καὶ αὖθις ὀψέ ποτε τὴν κατὰ τὸ Φιλομήλιον, ὥς μοι πρότερον εἴρηται, τὸν τοῦ Λέοντος φόνον θρασύτερόν πως μεταχειρισάμενος ἐξεπλήρωσεν, B ἔκτοτε μελέτην τοῦτο διηνεκῆ σχών, καὶ αὖθις τὴν εἰς τὸν θεῖον ναὸν θᾶττον ἢ ἔδει θαρρούντως ἐξειργάσατο πρόοδον, κακὸς μὲν περὶ τὸν πρῶτον εὐεργέτην φανείς, ἐκεῖνον δὴ τὸν εἰρημένον Βαρδάνιον, κακίων δὲ περὶ τὸν δεύτερον Λέοντα, ὅσον καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐκ τοῦ θείου βαπτίσματος υἱοθετησάμενος ἦν. πλὴν ἀπόμοιράν τινα ποιεῖται καὶ πρὸς ἀπόλαυσιν χορηγεῖσθαι πράττει τοῖς τοῦ Λέοντος παισὶν ἅμα τῇ τούτου μητρί τε καὶ γαμετῇ ἐκ τῶν ἐκκομισθέντων κτημάτων αὐτοῦ, καί τινας τῶν ἑαυτοῦ παίδων πρὸς ὑπηρεσίαν, εἰ καὶ μὴ πάντας, αὐτοῖς ἐδωρήσατο, τῇ μητρὶ C μὲν καὶ γαμετῇ εἰς τὴν μονὴν τὴν οὕτω λεγομένην τῶν Δεσποτῶν ἐν ἀσφαλείᾳ ζῆν κελεύσας αὐθεντικῶς, τοὺς ἄρρενας δὲ τῶν παί-

illis auctor existit, haud fere aliter ac caecus, qui saepe lapides mittat: plures enim petendo forte contingat ut et non videns, ipsum quem animo meditatur, tandem aliquando assequatur ac feriat. haec itaque nobis extra historiae filum, ne quis actus eiusmodi in ipsum numen referat, aut sane scelerum ipsa magnitudine illustriora imperia ei tribuat, illa praesertim fultus auctoritate, qua dicitur (Ose. 8 4) "ex semetipsis regnaverunt, sed non per me."

7. Michael ergo hanc vatis illius Athingani vocem tanquam divinum oraculum auribus hauriens, ac rursus sero tandem Philomeliensis monachi, quam superius rettuli, praedictionem recolens, maiori audacia impudentiaque Leonis caedem implevit; rursumque perpetrato facinore citius quam pro honesti rectique ratione ad divinum templum, pari itidem procacia audaciaque, processit, male se erga eum qui prior beneficio demeruerat (Bardanium scilicet) gerens, peiusque ei qui beneficii secundas in eum partes impleverat (id est Leoni, qui et eius filium e sacro baptismate adoptaverat) hominum ingratissimus vices reddens. ceterum portionem quandam ex publicatis Leonis bonis subducit, quam illius liberis matrique ac uxori utendam decernit; quosdam quoque illius servos, etsi non omnes, eis in obsequium donavit. ac matri quidem atque uxori iussum ut in monasterio, quod Dominorum vocant, libere suique iuris agerent: liberis autem masculis, uti dictum est, praeceptum

δων ἐν τῇ Πρώτῃ νήσῳ, ὡς εἴρηται, ἔνθα καὶ Κωνσταντῖνος ὁ
μετονομασθεὶς Βασίλειος ἀφωνίᾳ πως συσχεθεὶς μετὰ τὸ τὰ γόνιμα
τῶν μορίων ἀφαιρεθῆναι ἐδέετο μὲν τοῦ θεοῦ τὴν ἑαυτοῦ λυθῆναι
φωνὴν καὶ τὴν γλῶτταν αὖθις τὸ εὔηχον ἀπολαβεῖν, ἐδέετο
δὲ καὶ τοῦ ἐν θεολογίᾳ διαλάμψαντος Γρηγορίου, ἐκεῖσέ που ἀνεστηλωμένου
τυγχάνοντος. εἶξε γοῦν ὁ ἅγιος, καὶ τῆς αὐτοῦ δεήσεως
κατὰ τὴν τῶν φώτων πανήγυριν ἐπακήκοεν. ὁρᾷ γὰρ τὸν
θεῖον ἐκεῖνον χαρακτῆρα κατὰ τὸν ὄρθρον τούτῳ διαλεγόμενον D
καὶ "τὸν κηρὸν" οὕτω δὴ λέγοντα "λαβὼν ἀνάγνωθι." ὁ δὲ
πιστεύων τοῖς λεγομένοις εἰσελθὼν ἀνέγνω λαμπρᾷ καὶ καθαρᾷ τῇ
φωνῇ τὸ "πάλιν Ἰησοῦς ὁ ἐμός." ἔκτοτε γοῦν τὴν πατροπαράδοτον
αὐτοῦ οὐ διέλιπε βδελυσσόμενος ἄνοιαν καὶ περὶ τὰς θείας
εἰκόνας ἀγνωμοσύνην, μετετίθετο δὲ καὶ τοὺς τῶν ἁγίων χαρακτῆρας
περιπτυσσόμενος οὐ διέλιπεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὀψὲ τοῦ καιροῦ
καὶ πολύ περ ἐς ὕστερον.

8. Ἤδη δὲ καὶ τὴν αὐτοκράτορα τοῦ Μιχαὴλ ἐπανελομένου
ἀρχὴν καὶ τὰ κατ' αὐτὴν ὡς ἐβούλετο διοικοῦντος, ἐπιστολὴν P 31
ὁ μακαρίτης Νικηφόρος ἐκπέμπει, τὴν τῆς πίστεως παρακαλῶν
ἀνάκλησιν γενέσθαι καὶ πάλιν ἀπολαβεῖν τὸν ἀσπασμὸν τὰς θείας
εἰκόνας. "ἀλλ' οὔτε καινουργήσων" ἀπεκρίνετο ὁ Μιχαὴλ "τῶν
περὶ πίστεώς τι δογμάτων ἐξελήλυθα, οὔτε μὴν τῶν ἤδη παραδοθέντων
καὶ ἀνομολογηθέντων καταδρομήν τινα ἐργάσασθαι καὶ
καθαίρεσιν. ἕκαστος οὖν τὸ δοκοῦν αὐτῷ ποιείτω καὶ ἐφετόν,

ut Proten insulam tenerent. quo etiam loco Constantinus, qui mutato nomine Basilius dictus fuerat, cum excisis virilibus vocis usum amisisset, eius impedimento solvi a deo votis exorabat linguamque rursus sonoram restitui; quin et Gregorium theologum interpellabat, cuius imago quodam ibi loco erecta erat. annuit sanctus, ac sancto luminum die supplicationem exaudit. videt enim divinam illam imaginem diluculo sese alloquentem, atque dicentem "cereum accipe et lege." ille ut morem gereret, ingressus legit clara altaque voce eius in eam diem orationis exordium "rursus Iesus meus." hinc itaque eoque miraculo, quam patre auctore impietatem acceperat inque sacras imagines improbam mentem, exsecrandi nullum deinceps finem fecit, inque sanam translatus mentem sanctorum penicillo ac coloribus expressas figuras veneratione amplecti non cessabat. verum haec sero tandem nec nisi post longum tempus ita evenerunt.

8. Cum iam itaque Michael imperio potitus esset suoque illud nutu moderaretur, scribit per epistolam beatus Nicephorus, rogans instaurari fidem, et ut denuo sacris imaginibus sua veneratio cultusque adhiberetur. ad quem Michael "non veni" inquit "ut in dogmatis ac fide aliquid innovarem, neque ut eorum quae iam tradita sunt ac explorata quidpiam exagitarem ac everterem. quisque igitur quod visum fuerit sibique arriserit, secure faciat, nihil inde sibi laborum timens, nihil

ἀμαθὴς πόνων καὶ ἄγευστος λύπης διατελῶν.“ πλὴν οὐ μέχρι B *τέλους ταύτην ἐτήρησε τὴν προαίρεσιν ὁ μηδ' ἐξ ἀρχῆς ἀληθὴς Χριστιανὸς γεγονώς· ἀλλ' ὅσῳ τῆς βασιλείας ἐγένετο ἐγκρατής, τοσούτῳ κακοδαίμονι φύσει καὶ ὠμοτάτῃ τὸν κατὰ Χριστιανῶν καὶ τῶν ὁμοφύλων ἀνερρίπισε πόλεμον, νῦν μὲν τοὺς μοναχοὺς διαπτύων παντοίοις τε περιβάλλων δεινοῖς καὶ ποιναῖς ἐξευρίσκων ποινάς, νῦν δὲ τοὺς ἄλλους πιστοὺς παραπέμπων ταῖς φρουραῖς καὶ ὑπερορίους ποιῶν. ἐντεῦθεν καὶ Μεθόδιον τὸν μετὰ βραχὺ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου ἀντιλαβόμενον καὶ Εὐθύμιον τὸν τηνικαῦτα Σάρδεων πρόεδρον, τῷ αὐτοῦ θελήματι μὴ ὑπείκοντας μηδὲ τὴν τῶν εἰκόνων ἐξαρνουμένους τιμήν, τῆς πόλεως ἐξωθεῖ,* C *καὶ τὸν μὲν θεῖον Μεθόδιον φυλακῇ παραδίδωσι κατὰ τὴν νῆσον Ἀνδρέου τοῦ ἀποστόλου, καθ' ἣν ὁ Ἀκρίτας ἐγγειτονεῖ, τὸν δὲ μακαρίτην Εὐθύμιον διὰ Θεοφίλου τοῦ οἰκείου υἱοῦ θανάτῳ παραδίδωσι, βουνεύροις τυπτόμενον ἀφειδῶς. ὅσῳ δὲ τὴν Χριστοῦ κληρονομίαν ἐπίεζε καὶ οἷόν τις θὴρ ἄγριος κατενέμετο, τοσούτῳ τοὺς Ἰουδαίους ἀνέτους φόρων καὶ ἐλευθέρους ἐδείκνυεν, ἀγαπωμένους καὶ στεργομένους αὐτῷ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων διαφερόντως. καὶ ζωγράφοι μὲν τὰ καλὰ τῶν ζῴων εἰς μίμησιν ἔχουσιν, οὗτος δὲ τὸν τοῦ Κοπρωνύμου βίον οἷόν τι προχάραγμα καὶ πρωτότυπον θεὶς ἀπομιμεῖσθαι εἰς ἄκρον ἐσπούδαζεν. διὸ καὶ πρὸς* D *τὴν ἀκρόπολιν ἐλαύνει τῆς ἀσεβείας, ἄρτι μὲν σάββατα νηστεύειν νομοθετῶν, ἄρτι δὲ κατὰ τῶν θείων προφητῶν τὴν γλῶσσαν ἐξα-*

quod molestiam faciat." non tamen in finem usque huius tenax propositi fuit, qui ne a principio quidem verus Christianus exstiterit: sed quanto magis compos imperii fiebat, tanto mala indole ac saevissima adversus Christianos genusque suum bellum acrius excitavit, modo quidem monachos despuens omnisque generis diris suppliciis torquens, aliasque ex aliis poenas excogitans, modo alios fideles virosque religiosos in carcerem trudens ac exilio relegans. hinc quoque Methodium, qui brevi post patriarchalem sedem adeptus est, Euthymiumque tunc temporis Sardensium antistitem, quod eius voluntati morem non gererent nec ut sacrarum imaginum cultum negarent adduci se paterentur, urbe eiecit. ac quidem sanctum Methodium custodiae tradit in Andreae apostoli insula, quae est prope Acritam: beatum autem Euthymium per filium suum Theophilum taureis dire caesum occidit. quantum autem dei hereditatem premebat aprique in morem depascebatur, tanto Iudaeos vectigalium ac praestationum onere levabat, quos supra omnes mortales praecipue amabat atque colebat. cumque pictores pulcherrima corpora, quae penicillo manuque pictis coloribus imitentur, sibi proponant, hic Copronymi vitam ceu exemplum quoddam formamque propositam habens accuratissime eum reddere satagebat; quamobrem etiam ad summam impietatis arcem evadit. modo Sabbatis ieiunandum sanciebat, modo adversus divinos prophetas linguam acuebat; ac tum futurae resurrectioni,

νοιῶν, ἀνάστασίν τε τὴν μέλλουσαν καὶ τὰ ἐκεῖθεν ἀπιστῶν
ἀγαθά. διάβολόν τε ὅλως μὴ εἶναι διισχυρίζετο, ἅτε μηδ' ὑπὸ
τοῦ Μωσέως τούτου παραδεδομένου. πορνείαν δὲ κατασπαζόμε-
νος, καὶ τὸν ἐπὶ πάντων δεῖν ὀμνύναι μόνον θεὸν νομοθετῶν, καὶ
τὸν Ἰούδαν ἀκολάστῳ γλώσσῃ κατατάττων τοῖς σωζομένοις, καὶ
τὴν ἑορτὴν τοῦ σωτηρίου πάσχα κακῶς καὶ παρὰ καιρὸν χλευάζων
τιμᾶσθαι, καὶ τὴν Ἑλληνικὴν παίδευσιν διαπτύων, καὶ τῆς ἡμε-
τέρας καὶ θείας τοσοῦτον καταφρονῶν ὡς μηδὲ τοὺς νέους παιδο- P 32
τριβεῖσθαί που συγχωρεῖν, ἵνα μήτε τῇ αὐτοῦ ἀλογίᾳ ἔχοι τις
ἀντιστῆναί ποτε καὶ διελέγξαι, μήτε πάλιν τῷ τάχει τῶν ὀφθαλ-
μῶν καὶ τῇ τῆς γλώττης ῥύμῃ φερόμενος διὰ τῆς παιδεύσεως τὰ
δευτερεῖα τοῦτον φέρειν καταναγκάσειεν· τοσοῦτον γὰρ ἤργει πρὸς
τὴν μῖξιν τῶν γραμμάτων ἐκεῖνος καὶ τὴν τῶν συλλαβῶν ἀνάγνω-
σιν, ὡς ῥᾷον ἄν τις διῆλθε βιβλίον ἢ αὐτὸς τῇ βραδύτητι τοῦ νοῦ
τὰ τοῦ οἰκείου στοιχεῖα ὀνόματος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς καὶ τοῖς
κατ' ἐκεῖνο καιροῦ κεκωμῳδημένα θείοις ἀνδράσιν ἐατέον· πλή-
ρεις γὰρ βίβλοι τὰ ἐκείνου ἐκστηλιτεύουσαι· ἡμεῖς δὲ πρὸς τὰ B
ἑξῆς προσβῶμεν τῆς ἱστορίας, τὰ ἀποτελέσματα τῶν ἀθέων αὐ-
τοῦ πράξεων ἐνορῶντες.

9. Κατὰ γὰρ τὸν καιρὸν τοῦτον ἀρχὴν λαβὼν ἐμφύλιος πόλεμος ἐξ Ἀνατολῆς παντοίων ἐνέπλησε τὴν οἰκουμένην κακῶν καὶ ἐκ πολλῶν ὀλίγους τοὺς ἀνθρώπους εἰργάσατο, πατέρων δη-

12 τούτων P

tum bonis illam comitantibus fidem detrahebat. non esse prorsus diabolum, ut quem Moses non tradiderit, affirmabat. fornicationem amplexabatur, ac solum, qui est super omnia, deum iuramentis adhibendum statuit. Iudam petulca ac effreni lingua beatis accensebat; salutaris paschae festum cavillabatur, tanquam male nec legitimo tempore celebraretur. Graecanicam ac saecularem eruditionem seu disciplinam despuens, nostram quoque ac divinam sic aspernabatur ut nec pueros illa imbui sineret, ne quis aliquando illius inscitiae resistere posset eumve coarguere, neve rursus disciplina adinti oculorum linguaeque velocitate in legendo eius rei palmam ei praeriperent. adeo enim in componendis literis legendisque syllabis tardus erat, ut librum quis alius facilius percurreret quam sui nominis elementa prae mentis tarditate is recenseret. verum haec missa sunto ut quae viri sancti eius aetatis palam exagitaverint: exstant enim libri eius notantes ac traducentes dedecora. nos vero reliquam historiam prosequamur, ac quae mala pepererit illius impietas videamus.

9. Per hoc enim tempus bellum civile ab Oriente inceptum omnis generis malis Romanum orbem implevit, intraque angustias brevemque numerum, cum ingenti fusum copia esset, mortalium genus coegit.

λονότι τὰς δεξιὰς κατὰ τῶν υἱῶν ὁπλισάντων, καὶ ἀδελφῶν κατὰ
τῶν ἐκ τῆς αὐτῆς φύντων γαστρός, καὶ φίλου τὸ τέλος κατὰ τοῦ
φιλοῦντος τὰ μάλιστα. Θωμᾶς τούτων ἦν ἔξαρχος, περὶ οὗ διτ-
C τὸς λόγος φέρεται. ἀνάγκη δὲ ἀνθρώποις οὖσιν ἡμῖν, καὶ ἀκοῇ
ἀλλ' οὐκ ὄψει ἐκ τῆς τοσούτου χρόνου παρολκῆς τὰ τοιαῦτα κατ-
ειληφόσι τῆς ἱστορίας, ἵνα δὴ πανταχοῦ τὴν ἀλήθειαν σωζομένην
ἔχοιμεν, καὶ τοὺς τοιῶσδε ἀλλὰ μὴ τοιῶσδε μόνον παραδιδομένους
λόγους ἀναγράφειν, οὐδὲν ἐκ τῆς τοιαύτης ἀμφιβολίας καὶ πλά-
νης λυμαινομένης τῆς προκειμένης ἡμῖν ὑποθέσεως, μᾶλλον μὲν
οὖν καὶ ἀσφαλεστέρας τυγχανούσης τοῖς γε μὴ οὕτως ἔχειν ἀλλ'
οὕτως διαπληκτιζομένοις ἀεί. ἄριστον μὲν γὰρ ἦν, εἰ γυμνῆς
ὑπαρχούσης τῆς ἀληθείας καὶ ἡμεῖς ἐκτὸς παραπετάσματος τὴν
D πανείδησιν οἱ ἄνθρωποι εἴχομεν· ἐπεὶ δὲ ὁ πολὺς ῥεύσας χρόνος
οἷόν τι κάλυμμα ἡμῖν προστεθὲν ἀσθενεστέραν τὴν γνῶσιν ἐργά-
ζεται, δεῖ τῇ γε φήμῃ καὶ κληδόνι πειθομένους εἰς φῶς ἄγειν πο-
σῶς τὰ πράγματα, ἀλλ' οὐχὶ τῷ ποταμῷ τῆς λήθης παραδοῦναι
ὁλοσχερῶς.

10. Ὁ μὲν οὖν εἷς καὶ πρῶτος λόγος, ᾧ καὶ ἐγὼ πείθο-
μαι ἐξ ἐγγράφων τινῶν ἔχων τὸ βέβαιον, τοῦτον ὁρμᾶσθαί φησι
τὸν Θωμᾶν ἐξ ἀσήμων τε γονέων καὶ πενιχρῶν, ἄλλως δὲ καὶ
Σκλαβογενῶν, τῶν πολλάκις ἐγκισσευθέντων κατὰ τὴν Ἀνατολήν.
P 33 πενίᾳ γοῦν ἀποζῶν καὶ τὴν τύχην ἐμπορευόμενος τὴν ἑαυτοῦ μὲν

nempe armata patrum in filios dextera, fratrumque in fratres eodem fusos utero, fidi denique ac praestantes amici in eum qui ipse vel maxime amicitiae iura sancta vellet. horum malorum inceptor auctorque Thomas, de quo duplex fertur opinio. nam cum simus homines, audituque duntaxat accepta, non ipsis oculis usurpata, post longa adeo tempora habeamus eiuscemodi historiae monumenta, ut in omnibus sartam tectam veritatem servemus, necesse est sic vel sic aliis aliisque tradita (alios scilicet aliosque rumores) conscribere; quae plane ambiguitas ac error huic, quod tractamus, nihil officit argumento: immo inde futurum ut veritas certioribus nobis momentis nitatur, quam his qui semper digladiantur sicne vel sic sese res habuerit. foret quidem id optimum, ut et nos homines nuda veritate nulloque involucro omnia perspecta haberemus: quia vero quod longum effluxit tempus, ceu quoddam interiectum velum, debiliorem nostram cognitionem facit, operae pretium sit ut famae obsequentes ac coniecturae vel tenui saltem radio res in lucem producamus et non penitus oblivionis vortice mergendas tradamus.

10. Una eaque prima opinio, in quam et ego manibus pedibusque eo, scriptis quibusdam monumentis facientibus fidem, haec est, nempe ortum Thomam ex obscuris tenuibusque parentibus, ad haec Sclavorum satis prosapia, qui saepius in Oriente et Asia cohaeserunt. aegre itaque pauperem vitam sustentans fortunarumque aliquid quaesiturus, reli-

ἀπέδρα, πρὸς δὲ τὴν μεγαλόπολιν ταύτην εἰσέφρησεν. καὶ δή τινι τῶν συγκλητικῶν ἐξυπηρετεῖν τε καὶ λειτουργεῖν κολληθεὶς αἰσχῦναι δι' ἀκολασίαν καὶ καθυβρίσαι τὴν δεσποτικὴν εὐνὴν καὶ τὰ λέκτρα τούτου ἠπείγετο. ἐπεὶ οὖν φωραθεὶς οὐχ οἷός τε ἦν τὸν πολὺν ὄνειδον καὶ τὰς διὰ τοῦτο ὑπομεῖναι πληγάς, φυγὰς πρὸς τοὺς ἐξ Ἄγαρ γίνεται, καὶ τούτοις πίστιν ἱκανὴν ἔκ τε τῶν καταλλήλων αὐτοῦ δοὺς πράξεων διὰ πολλῶν ἤδη χρόνων (ἔτος γάρ που διηνύετο τούτῳ πεμπτὸν καὶ εἰκοστὸν) καὶ ἐκ τοῦ τὸν Χριστὸν καὶ θεὸν ἠρνῆσθαι ἡμῶν, πολεμικῆς τινὸς φάλαγγος γίνεται ἀρχηγὸς καὶ κατὰ Χριστιανῶν ὁπλίζεται, κραταιοτάτῃ χειρὶ τὴν B τῶν Ῥωμαίων βασιλείαν ὑπὸ τὴν αὐτῶν χεῖρα ποιῆσαι καθυποσχόμενος. καὶ ἵνα μή τινα ἐμποδὼν παρὰ Ῥωμαίοις γινόμενος σχῇ, πάντας δὲ συνεφαπτομένους καὶ τούτου προκινδυνεύοντας, Κωνσταντῖνον εἶναι αὐτὸν τῆς Εἰρήνης διετράνου καὶ ἐπεφήμιζεν, ὃν ἡ ἄνοια καὶ τὸ τοῦ ἤθους ὠμὸν πάλαι μὲν μετὰ τῆς βασιλείας ἀφείλετο καὶ τοὺς ὀφθαλμούς, τηνικαῦτα δὲ καὶ τὸν βίον μετηλλαχὼς ἦν. ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ τῶν πράξεων μέγεθος καὶ αἱ βόσκουσαι τοῦτον ἐλπίδες κοινωνόν τινα τῶν πραγμάτων ἀπῄτουν (οὐ γὰρ ἂν ἄλλως αὐτῷ τὰ κατὰ γῆν καὶ θάλατταν ὑπελάμβανε κραταιοῦ- C σθαι), καὶ υἱόν τινα ἐπείσακτον εἰσποιεῖται, τῇ τοῦ σώματος μεταμορφώσει τὴν τῆς ψυχῆς δηλοῦντα ἀπόνοιαν, ᾧ καὶ δυνάμεις ἀρκούσας παρασχὼν καὶ Κωνστάντιον μετονομάσας ἄλλοθεν, ἑαυτὸν δὲ ἑτέρωθεν τὴν τῶν Ῥωμαίων κείρειν καὶ κατατρέχειν ἐπέ-

cta patria Cpolim venit. ubi viro cuidam ordinis senatorii adhaerens, eiusque addictus obsequiis ac minister effectus, eo libidinis ac foeditatis processit ut et heri cubile torumque polluere conatus sit. qua re detecta cum probrum ingens ferre non posset ac praeterea poenas talia facinora molientibus constitutas metueret, ad Agarenos profugit; quibus cum se satis multorum iam annorum periculo (annos enim quinque supra viginti exegerat) ac tum ex morum convenientia, tum ex Christi dei nostri eiurata fide probasset, militari cohorti ab eis praeficitur ac contra Christianos armatur, robustissima manu Romanum imperium illorum se dicionis facturum pollicitus. ac ne quis illi apud Romanos negotium faciat, sed ei potius cuncti adiungantur suoque periculo tutandum eum suscipiant, esse se Constantinum Irenes filium manifestat ac fama vulgat, quem dementia morumque crudelitas una cum imperio luminibus quoque olim privaverat, quique tunc etiam in humanis esse desierat. quia vero cum actionum magnitudo, tum quae eum pascebant spes, rerum quendam ac negotiorum socium exigebant (non enim aliter se terrae marique victorem fore arbitrabatur), extraneum quendam sibi filium adoptat, hominem scilicet qui totius corporis conformatione mentis vecordiam proderet. huic quoque pares pro expeditione copias assignat, ac Constantii indito nomine ex sua quemque parte Romanam dicionem

ταττε γῆν. Λέων τότε καιροῦ ὁ ἐξ Ἀρμενίων τὰς τῆς βασιλείας ἐκεκρατήκει ἡνίας, ἐν ὑστέρῳ καιρῷ· ὃς δύναμίν τινα κατ᾽ αὐτοῦ συστήσας οὐκ ἀξιόλογον αὐτὴν μὲν σφαλῆναι ἐποίησεν (ἅμα γὰρ τῇ πρὸς πρόσωπον ἀπαντήσει ἐτρέπετο πρὸς φυγήν), τοῦτον δὲ θρασύτερον καὶ πλέον ἢ ἦν τὰ καθ᾽ ἑαυτὸν φρονεῖν. καὶ ὁ μὲν
D πρῶτος καὶ πολὺς οὕτως ἔχειν λόγος περὶ τῆς τοιαύτης κινήσεως καὶ στάσεώς φησι τὴν ἀρχήν.

11. Ἅτερος δὲ τοῦτον εἶναι τὸν Θωμᾶν, μηδὲν περὶ τῆς κλήσεως διενηνεγμένος, τὸν τῷ Βαρδανίῳ μὲν πάλαι συνόντα, παρὰ τοῦ ἡγησαμένου δὲ Λέοντος τιμηθέντα· ὃς τὴν τῶν φοιδεράτων τηνικαῦτα διοικῶν ἀρχήν, κατὰ τὸν Ἀνατολικὸν ἐνδιατρίβων, ἐπεὶ τὸν Μιχαὴλ ἄρτι διήκουεν ἀνῃρηκότα τὸν Λέοντα, ἐκδικῶν, ὁμοῦ δὲ καὶ θυμὸν ἴδιον ἀποπιμπλῶν (ἐτύγχανε γάρ που πόρρωθεν ἐξ ἡλικιωτῶν διαφερόμενος πρὸς αὐτόν), καὶ ἅμα τὴν
P 34 περὶ αὐτοῦ τοῦ ἐν τῷ Φιλομηλίῳ μοναχοῦ πρόρρησιν φοβούμενος, χεῖρα ἐναντίαν κινεῖ, καὶ χεῖρα οὐ μικράν τινα καὶ ἀσθενῆ, βαρεῖαν δὲ καὶ ἀνδρώδη καὶ νεανικήν, πᾶσαν ἡλικίαν τῶν δόρυ δυναμένων κινεῖν ἔχων μεθ᾽ ἑαυτοῦ. ἐτύγχανε γάρ πως καὶ ἄλλως ὁ Μιχαὴλ ὑπὸ πάντων μισούμενος, ἅτε δὴ κακῆς μὲν αἱρέσεως μετεσχηκὼς τῆς τῶν Ἀθιγγάνων, ὡς εἴρηται, καὶ ὅτι γλῶσσαν χωλεύουσαν ἔχων εἰς ἀνανδρίαν καὶ μαλακίαν διεβεβόητο, πολλῷ δὲ μᾶλλον, ὅτι τὴν ψυχὴν τῆς γλώττης οὐχ ἧττον χωλεύουσαν

14 τὰς P

populari ac incursare iubet. Leo Armenius rei publicae habenas tunc moderabatur, sub imperii sui extrema tempora. is parum validis adversus illum conflatis copiis, suis quidem cladis auctor fuit, ut qui primo hostium incursu terga dederint, illum vero audaciorem fecit ac maiora quam pro sui ratione sapere impulit. prima haec est longeque celebris ac vulgata primi eius motus ac defectionis narratio.

11. Altera hunc Thomam eum esse affirmat, nulla nominis diversitate, qui in Bardanii quondam familia fuerat ac quem Leo imperator creatus honoribus auxerat. is tunc foederatorum agmini praepositus in Orientalium themate degebat. ubi itaque Michaelem a Leone paulo ante sublatum audiit, eius ulturus manes, simul vero etiam iras ille suas exsatiaturus (nam ab adolescentia haud satis ei cum Michaele convenerat), simul quoque Philomeliensis monachi de se vaticinia timens, in eum movet, nec vero modicis copiis ac imbellibus, sed ingentibus virilique fortitudine ac vegeto robore instructo exercitu, cum nulla aetas ad arma idonea desideraretur. alioqui enim etiam Michael cunctis fere odio habebatur, tum quod Athinganorum nefandae haeresis, uti dictum est, commercio pollutus esset, tum quod balbutientis linguae vitio laborans imbellis mollisque nomen haberet; tum etiam quod non minus animo quam lingua impeditus esset, homo scilicet perversis moribus, execra-

ἔφερεν, ἐβδελύσσετό τε καὶ εἰς φόρτον λελόγιστο τοῖς πολλοῖς. ὁ
Θωμᾶς δέ, εἰ καὶ τὸ σκέλος πεπηρωμένος καὶ τῷ γένει βάρβαρος B
ἦν, ἀλλ' οὖν τῇ γε πολιᾷ αἰδέσιμος, καὶ μᾶλλον φιλούμενος ἐτύγ-
χανεν, ὅτι τὸ εὐπροσήγορον καὶ ἀστεῖον, οἷα δὴ φιλεῖ ὁ στρατιώ-
της ὄχλος, αὐτῷ που συνουσίωτο ἐκ παιδός, καὶ τῶν κατὰ γεν-
ναιότητα σώματος οὐ δή τινος ἐφαίνετο δεύτερος. οὗτος οὖν τοὺς
τοὺς δημοσίους φόρους εἰσπράττοντας εἰς ἑαυτὸν εἰσποιησάμενος,
καὶ ἐκ μεγαλόφρονος ἐπιδόσεως σπουδάζων ὑφ' ἑαυτὸν ποιεῖν τοὺς
πολλούς, πολὺς γέγονεν ἐκ μικροῦ καὶ μέγας ἐξ ἐλαχίστης χειρός·
τοὺς μὲν γὰρ ἦγε πειθοῖ καί τινι φιλίᾳ, ὅσοις δὴ ὁ τῶν καινῶν
πραγμάτων καὶ τὸ φιλοπλουτεῖν ἔρως ἐνῆν, τοὺς δὲ βίᾳ καὶ γνώμῃ C
ἀβουλήτῳ, ὅσοις δὴ τὰ τῶν ἐμφυλίων στάσεων κακὰ ἐν πείρᾳ
ἤδη γεγένηντο. ἐντεῦθεν οὖν οἱ ἐμφύλιοι ἀναρρηγνύμενοι πόλε-
μοι, καὶ οἷόν τινες Νειλῷοι καταρράκται ἀνοιγόμενοι, οὐχ ὕδατι
ἀλλ' αἵματι τὴν γῆν κατεπότιζον. ἐντεῦθεν καὶ δοῦλοι κατὰ δε-
σποτῶν καὶ στρατιώτης κατὰ ταξεώτου καὶ λοχαγὸς κατὰ στρατη-
γέτου τὴν χεῖρα φονῶσαν καθώπλιζεν, καὶ πᾶσα τέως ἡ Ἀσία βυ-
θιζομένη κατέστενεν. αἱ μὲν γὰρ αὐτάνδρως τῶν πόλεων ἀνήρηντο
τῷ Θωμᾷ, τῷ φόβῳ πεισθεῖσαι· αἱ δὲ πολλάκις ἀντιπίπτουσαι,
τὰ πιστὰ τῷ γε κρατοῦντι τηροῦσαι, μετὰ πολλῶν φόνων καὶ ἀν- D
δραποδισμῶν ὑπήγοντο δεύτεραι. πλὴν ἀλλὰ πᾶσα Ἀσία ὀπίσω
τούτου ἐγένετο, ἐκτὸς τοῦ τὸ Ὀψίκιον Κατάκυλα στρατηγοῦντος

11 ἔρως ἐνῆν] his aptior post πραγμάτων locus.

tioni erat ac vulgo molestus putabatur. Thomas vero quanquam crure oblaeso ac genere barbarus erat, canitie tamen venerabilis, magisque a cunctis amabatur, quod nempe ad congressum facilis atque urbanus erat; quas utique dotes ordinibus gratissimas a puero iam sibi adsciverat, corporisque robore nulli cedebat. itaque publicorum vectigalium exactoribus in suas partes adductis, vulgusque magnificis largitionibus sibi demereri studens, clarus ex tenui obscuroque evasit exque manu minima magnus. alios verborum lenocinio amicitiaeque quadam specie sibi conciliabat, quotquot nimirum novarum rerum divitiarumque amor incesserat; alios vi ac renitente animo, quos bellorum civilium mala iam doctos periculo non latebant. eo initio eruperunt bella civilia, instarque Niliacorum cataractarum aperta, non aqua sed cruore terram large irrigarunt. hinc servi adversus heros, miles stationarius adversus cohortalem, centurio adversus exercitus ducem cruento ferro dextras armaverant. hactenusque omnis Asia malis obruta dirum gemebat. civitatum Asiae integrae, ac quantae erant, exterrente metu deditionem Thomae faciebant; quae autem imperatori fidem servantes diu saepiusque restiterant, multis caedibus praedarumque vi ac direptionibus postmodum et ipsae collum submittebant. denique tota Asia in eius partes concessit, exceptis duntaxat Catacyla Opsicii et Olbiano Armeniacorum ducibus.

καὶ Ὀλβιανοῦ τοῦ τῶν Ἀρμενιακῶν· οὗτοι γὰρ δὴ ἐν τοσούτοις μόνοι στρατηγέταις τὰ πιστὰ τηροῦντες πρὸς Μιχαὴλ ἀνεφάνησαν. οἷς καὶ τὴν χάριν ἀπονέμων, ὡς μὴ προδεδωκόσιν αὐτόν, τὸ εἰς τὸ βασιλικὸν τελούμενον ταμιεῖον δημόσιον καπνικὸν οὕτω λεγόμενον μιλιαρίσιον ἓν συγκεχώρηται· τῶν γὰρ ἄλλων πάντων ἀνὰ δύο P 35 τελούντων ἀνέκαθεν μιλιαρισίων, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τούτων, τότε τὸ ἓν ἀφείθη διὰ τὴν εὔνοιαν.

12. Ἃ καὶ μαθοῦσι τοῖς Ἀγαρηνοῖς ἀγαπητὸν κατεφαίνετο καὶ ὅλως ἐντρύφημα· καιροῦ γὰρ λαβόμενοι πᾶσαν χώραν καὶ νῆσον κατέτρεχον ἀδεῶς, μή τινος ἐμποδὼν ἱσταμένου αὐτοῖς. διὸ καὶ ταῦτα τῷ Θωμᾷ διακηκοότι, ἐπεί τινα κίνησιν ἐκ τῶν ἑαυτοῦ ᾤετο καὶ νεωτερισμόν, εἴ γέ τινα φροντίδα μὴ τῶν ἐπ' οἴκου ποιήσοιτο καὶ τῆς ἄλλης Ἀνατολῆς, ἀλλὰ συγχωρήσοι τούς τε παῖδας καὶ γυναῖκας καταληϊσθῆναι καὶ αἰχμαλωτισθῆναι αὐτῶν, B συμφέρον κέκρικε τέως μὲν ἐπικρατῆσαι τὴν αὐτῶν ὁρμὴν δι' ἐπιφανείας αὐτοῦ καὶ τῷ πλήθει τῶν δυνάμεων ἐκπλῆξαί τε καὶ πρὸς εἰρήνην πανούργως ἐκκαλέσασθαι. ὃ καὶ συνέβη· ὡς γὰρ αὐτοῖς ἄρτι δὴ τοῖς Σαρακηνοῖς εἰς τὴν αὐτῶν εἰσβάλλων ἐξ ὑποστροφῆς ἀνύποιστος κατεφαίνετο, εἰς λόγους δὴ προελθὼν βαρβαρικοὺς σπονδάς τε ἐποιεῖτο εἰρηνικὰς καὶ πρὸς συμμαχίαν ἐξεκαλεῖτο αὐτούς, συντιθέμενός τε καὶ ὑπισχνούμενος ἃ καὶ πρότερον εἴρηται, τὰ Ῥωμαίων τε προδοῦναι ὅρια καὶ τὴν αὐτῶν αὐτοῖς ὑπὸ χεῖρας ποιῆσαι ἀρχήν. ὅθεν τοῦ μὲν βουλεύματος οὐ διήμαρτεν τοῦ οἰ-

hi duo soli in tanta exercitus ducum multitudine Michaeli palam fidem servavere. iccirco etiam Michael gratiam referens, quod eius causam non prodidissent, nummi unius argentei in aerarium principis inferri soliti (ac fumarium tributum vocabatur) veniam eis fecit. nam cum alii omnes iampridem (ipsique perinde ac ceteri) nummos duos miliarienses penderent, benevolentiae memor unum illis remisit.

12. Ubi eo statu compositas Romanorum res Agareni didicerunt, gratissime plane ac prorsus iucunde habuerunt. suam enim eam occasionem facientes, omnes secure provincias atque insulas nemine obsistente incursionibus vastare aggrediuntur. quibus auditis Thomas, metuens ne quid sui rerum novarum molirentur et ab ipso deficerent, si ipse eorum qui domi remanserant et reliqui Orientis nullam curam gereret, sed ipsorum filios atque uxores diripi ducique in captivitatem sineret, operae pretium putavit hactenus Agarenorum impetum cohibere, obiectoque illis copioso exercitu metum incutere, atque ad pacem veteratoria arte cogere. resque adeo ex voto successit. nam cum in regionem eorum irrupisset et Saraceni reversi illius impetum sustinere non possent, habito cum eis colloquio pacem componit sibique belli socios adiungit, hoc pactus eisque pollicitus, quod et superius diximus, "proditurum nimirum Romanorum fines eorumque imperium illis subiecturum." quocirca nec consilio suo frustratus est; quin et coronam, im-

κίου, ἀλλὰ καὶ στέφους μεταλαγχάνει καὶ αὐτοκράτωρ ἀναγο- C ρεύεται παρὰ τοῦ τὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ θρόνον τηνικαῦτα μεταποιουμένου Ἰακώβ, καὶ χεῖρα συλλέγει πολλήν, μᾶλλον δὲ λαμβάνει πρὸς τὴν αὐτοῦ κραταίωσιν· οὐ γὰρ Ἀγαρηνῶν μόνον τούτων δὴ τῶν ἡμῖν γειτονούντων καὶ ὁμορούντων, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν ἐνδότερον οἰκούντων, Αἰγυπτίων Ἰνδῶν Περσῶν Ἀσσυρίων Ἀρμενίων Χάλδων Ἰβήρων Ζηχῶν Καβείρων καὶ πάντων τῶν δὴ Μάνεντος συστοιχούντων δόγμασι καὶ θεσπίσμασι. τούτοις οὖν οἷον κατοχυρωθεὶς καὶ πάντοθεν ἑαυτὸν περιφράξας ἄριστον ὑπετόπασι τοῖς τρόποις καὶ τὴν κλῆσιν ἀλλάξασθαι καὶ υἱὸν εἰσποιήσασθαι, ὥς μοι δεδήλωται. D

13. Εἰσβάλλει οὖν πᾶσαν πορθῶν τὴν Ἀνατολὴν καὶ πᾶσαν ἡλικίαν τὴν μὴ διὰ πειθοῦς ἐρχομένην αὐτῷ. ἃ δὴ ὁ βασιλεύων ἀκηκοώς, μεῖζον εἶναι κρίνας τῶν ἔργων τὴν ἀκοήν, κατ' αὐτοῦ ἐκπέμπει στρατὸν οὐκ ἀξιόχρεον οὐδ' ἀξιόλογον, ᾧ συρραγεὶς ὁ Θωμᾶς τοὺς μὲν ὥσπερ τι ποτὸν διψῶν ἀνερρόφησεν, τοὺς δὲ λοιποὺς εἰς φυγὴν τρέψας τὰ καθ' ἑαυτὸν διετίθετο κραταιότερον. ναῦς τε ἐξαρτύων διήρεις καὶ ἑτέρας στρογγύλας σιταγωγοὺς ἑπομένας αὐτῷ καὶ ἱππαγωγούς, ἐντεῦθεν καὶ τοῦ θεματικοῦ P 36 στόλου γίνεται ἐγκρατής, καὶ πρὸς τὴν Λέσβον ἅπαν τὸ ναυτικὸν ἀθροίζεσθαι ἐγκελεύεται, αὐτὸς δὲ ἤδη που ἀνανταγώνιστος εἶναι δοκῶν πᾶσαν τὴν Ἀσίαν ληλατεῖ. ὀκτὼ γὰρ μυριάδων κατάρχων

perii insigne, consequitur, et imperator ab Antiochenae tunc ecclesiae praesule, Iacobo nomine, proclamatur. cogitque ingentem exercitum, quin potius collatum accepit, ad corroborandum sibi imperium, nec ex illis duntaxat Agarenis qui nobis vicini sunt et finitimi, verum etiam ex iis qui remotiora ac interiora colunt, Aegyptiis scilicet, Indis Persis Assyriis Armeniis Chaldis Iberis Zechis Cabiris iisque omnibus qui Manetis doctrinam et opiniones sequuntur. his itaque omnibus velut firmissimo praesidio munitus ac undique obseptus, optimum existimavit ut cum moribus etiam appellationem mutaret sibique filium, uti superius dictum est, adoptaret.

13. Irruit igitur omnem populans Orientem; ac si qui eius sponte partibus adiungi nollent, eos diripit. Michael his auditis, maiorem rebus rumorem existimans, non iustas satis aut mole pares in eum copias mittit; quas Thomas praelio congressus cunctas delevit, partimque sitientis more velut haustum aquae absorpsit, partim reliquis in fugam actis res suas amplius confirmavit. adeoque naves biremes aliasque rotundas onerarias ad annonam et equos convehendos instruens, eo apparatu ipsam quoque imperatoriam classem in potestatem redigit, iubetque classem omnem ad Lesbum congregari. iam porro ipse, cum a nullo superari posse videretur, Asiam omnem populatur. octoginta namque hominum armatorum milia in exercitu habens, unoque verbo ac nutu

καὶ ἐνὶ λόγῳ τούτους ἡνιοχῶν τὴν ἐπὶ Ἄβυδον ᾔει φέρουσαν δὴ περαιωθησόμενος. ἐπεὶ δὲ πάντα καταδραμὼν σποδὸν καὶ κόνιν, μή πού γε τὰ ταπεινὰ τῶν χωρίων ἀλλὰ δὴ καὶ τὰ κραταιότερα, ἐνειργάσατο, κατελέλειπτο δέ τι χωρίον εὐφυὲς καὶ τῆς αὐτῶν κακώσεως ἄμοιρον ἦν, τῷ εἰσποιητῷ τοῦτο καταδραμεῖν μετὰ τῆς
B προσούσης φάλαγγος ἐπιτρέπει υἱῷ. ὁ δέ τισι δαιμόνων γοητείαις κατεπαιρόμενος καὶ μαντείᾳ τὴν ψυχὴν ἐμφυσώμενος τῇ προτεραίᾳ τοῦτο δὴ εἰς ἐπήκοον τοῖς ἑαυτοῦ ἐκεκράγει, ῥητήν τινα ἡμέραν ἔσεσθαι καθομολογῶν καὶ φάσκων ᾗ μέλλοι εἰς τὴν βασιλεύουσαν προελθεῖν. τότε γοῦν θρασέως ἱππαζόμενος εἰς βαρεῖαν βλάβην ὁ δείλαιος ἐξεχόρευσεν. διεσπαρμένως γὰρ φερόμενος καὶ γυμνὸν εἶναι τῶν ἀντιπάλων τὸ χωρίον οἰόμενος λόχῳ δή τινι περιπίπτει τοῦ Ὀλβιανοῦ, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐθωρὸν ἀποτμηθεὶς τῷ βασιλεῖ
C ἀποστέλλεται Μιχαήλ. ὁ δὲ οὐδὲν ὑφιεμένῳ κατὰ τὴν πορείαν, οὐδὲ μὴν τοῖς δεινοῖς τῶν ἔργων καὶ χαλεποῖς, τῷ ἑαυτοῦ ἀποστέλλει πατρί. ἄρτι ταύτην ἐδέδεκτο ὁ Θωμᾶς, καὶ πρὸς Θρᾴκην οὐδὲν ὑποστελλόμενος ἐκ τοῦ κατὰ θάλατταν ὄντος χωρίου (Ὁρκώσιον τοῦτο καλεῖται), καιρὸν ἐπιτηρήσας ὅτε δὴ κατὰ σύνοδον ἡ σελήνη ἀφώτιστος ἦν, πολλαχοῦ διαπεραιοῦται κατὰ τὴν Θρᾴκην. ἔμελεν οὖν καὶ πρὸ τῆς αὐτοῦ διαβάσεως ταῦτα τῷ Μιχαήλ, ὅθεν πᾶσαν περιελθὼν τὴν Θρᾳκῶν ἰσχυροτέρους ἅμα παρῄνει γενέσθαι πρὸς τὸν ἀποστάτην καὶ τὰ ἑαυτοῦ φρονεῖν

5 τούτῳ P   7 μαντείαν P   11 καὶ] τὸ P

nusque ferax ac gracilior, ideoque ipsis alendis ac procurandis non sufficiens, iusta corporis mole praeditis, ac quos necesse sit commeatus abundantia adolescere, non eius penuria. hi igitur ad Apochapsum gentis amerumnam accedentes rogabant "ut coloniam ipsis ducere liceret atque alio commigrare, qui ob multitudinem anguste habitarent, ac quos necessariarum rerum inopia premeret." princeps statim magnis instructis navibus iustisque eis copiis impositis, celato adhuc consilio, ad Orientis insulas, quae nostrae dicionis erant, interim praedatum eduxit, tum subditis rem gratam praestiturus, quorum cupiditatem alienis opibus satiaret, tum adeo exploraturus num quae fertili solo ac opimo insula occurreret, in quam commode suorum coloniam duceret. postquam igitur ad multas insulas appulsus neminem sibi resistentem maioresve aut minores naves opponentem invenit (omnes enim omni orbatae praesidio erant, eo quod omnis classis earum praesidio constituta suppetias Thomae adversus Cpolim adnavigarat), ingentique praeda ex omnibus, ad quas appulsus fuerat, insulis potitus, in Cretam quoque venit, quam depraedatus ac populatus quantum ei licebat, cum omni ex parte soli bonitatem deprehendisset, et quantopere ad omnem venustatem frugumque ubertatem fertilis esset, "en" ait, "non est haec alia quam terra fluens lacte et melle." ac tum quidem navibus omnis generis praeda oneratis

ἀπῄει τὴν οἴκαδε, καὶ πάσῃ χειρὶ καὶ δυνάμει ναυτικὸν ἐξήρτυεν· B ὡς δ' ὁ χειμὼν ἐτετελείωτο καὶ τὸ ἔαρ ὑπέλαμπεν, τεσσαράκοντα πληρώσας ναῦς ἀνδρῶν μαχίμων καὶ ἐπιτήδειον ἄνεμον ἐπιτηρήσας τὴν ἐπὶ Κρήτην ἐστέλλετο εὐθυπορῶν, τὰς ἄλλας τῶν νήσων θέμενος εἰς οὐδέν. ἄρτι γοῦν ἐπλησίαζε, καὶ τῷ ἀκρωτηρίῳ τῷ Χάρακι καλουμένῳ κατήγετό τε καὶ προσωρμίζετο. ὡς δ' οὐδὲν οὔτε κατὰ τὴν καταγωγὴν οὔτε κατὰ τὴν ἀπόβασιν ἐφάνη τούτοις τῶν ἀπευκτῶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς λείας χωροῦσι καὶ πρὸς ἁρπαγὰς εὐχερῶς τὰ τῆς ἐπιβολῆς τε καὶ ἐπιχειρήσεως ἐπεραίνετο, τοὺς μὲν ἐπιτηδείους εἰς τὰς συνήθεις προνομὰς ἀπέστελλε δουλαγωγήσοντας τοὺς ἐχθρούς, αὐτὸς δὲ τοὺς λοιποὺς ἔχων, ἄρτι δὴ τοῦ πνεύματος ἐπακμάζοντος κἀκείνων ἅμα πορρωτέρω σταδίων δέκα ἢ δεκαπέντε γενομένων, πῦρ ἐμβαλὼν ταῖς ναυσὶν ἁπάσας κατέ- C φλεξε, φεισάμενος τὸ παράπαν οὐδεμιᾶς. τέως μὲν οὖν τῷ παραδόξῳ τοῦ πράγματος καταπλαγέντες ἅπας δὴ ὁ στρατὸς (καὶ γὰρ ἐπαλινόστουν εὐθέως) ἐκδειματούμενοι τὴν αἰτίαν ἐπυνθάνοντο καὶ εἰς λόγους ἦλθον νεωτερικούς. ἐπεὶ δὲ κατήκουσαν ἃ πάλαι ὠδίνοντο, ὡς αὐτοί τε τούτων ὑμεῖς ἀποικίαν ζητοῦντες καὶ γῆν ἀγαθήν, ἐμοί τε ταύτης οὐδετέρα κρείττων νενόμισται, εἰς ταύτην ἦλθον ὁδὸν ὑμῖν τε ἀγαθὰ προξενῶν καὶ ἐμὲ τῆς ἐξ ὑμῶν ἀπαλλάττων ὀχλήσεως. ὡς δὲ καὶ γυναικῶν ἐμέμνηντο καὶ παίδων οὐκ ὠλιγώρουν, "καὶ γυναῖκες" ἔφη "ὧδε ὑμέτεραι αἱ αἰχμα-

18 ὠδύνοντο P ὑμεῖς] αἴτιοι ὑμεῖς? 19 εἰς] ὥστε εἰς?

domum rediit; reversusque validam ac ingentem classem instruit. exeunte porro hieme vereque ineunte, quadraginta navium classe bellicosis hominibus onerata, captatoque secundo vento, recta in Cretam, aliis spretis insulis, contendit. iam ergo appulsus erat, et ad promontorium quod Characem vocant exscensum fecerat. cum autem nec in appulsione nec exscensione triste aliquid accidisset, iamque libere praedas agerent ac excurrerent, facilis visa aggressio est explendique consilii ratio. viros idoneos ex more populatum mittit praedamque acturos; ipse cum reliquis, ubi isti paulo longius, ad decem circiter quindecimve stadia, processerant, vento etiam invalescente, iniecto igne omnes ad unam naves incendit. quo subito conflagrantis classis spectaculo perterritus omnis exercitus tum illico ad castra reverti coepit, tum ferocius eius tanti facinoris rationem reposcere. ad quos dux "factum est" inquit, "quod vos pridem parturiebatis. vos ipsi nobis rei auctores fuistis, qui coloniam ac terram bonam quaesieritis. ad me quod attinet, hac praestantiorem nullam existimavi. hocque adeo iter suscepi, ut et vobis bona pararem et vestrae me interpellationis molestia liberarem." cum autem etiam uxorum meminissent nec liberorum negligendam curam, respondit Apochapsus "in promptu sunt uxores, mulieres captivae, et quos

D λωτιζόμεναι, καὶ παῖδες οὐ μετὰ μικρὸν ἐξ αὐτῶν." ὅθεν τοῖς τοιούτοις κατασιγασθέντες λόγοις, καὶ ἀποδοχῆς ἄξια κρίναντες τὰ λεγόμενα, τάφρον μὲν ἤγειραν πρῶτον βαθεῖαν, καὶ χάρακα ἐν ταύτῃ καταπήξαντες, ἔνθα καὶ νῦν λαβὼν τὴν ἐπωνυμίαν ὁ τόπος σώζει τὴν προσηγορίαν, Χάνδαξ ὀνομαζόμενος, ἐκεῖσε διενυκτέρευον, φυλακάς τε τὰς προσηκούσας ποιούμενοι καὶ τὰς ὠφελείας αὐτῶν ἐκεῖσε ἀποθησαυρίζοντες. (22) χρόνος δὲ ἐρρύη πολὺς οὐδαμῶς, καὶ πάντα τὸν βασιλέα ἡ φήμη ἐδίδαξε. καὶ δὴ
P 48 τὸν πρωτοσπαθάριον Φωτεινόν, πρόπαππον μὲν Ζωῆς τῆς ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει θεοστέπτου Αὐγούστης τυγχάνοντα, στρατηγοῦντα δὲ τηνικαῦτα τῶν Ἀνατολικῶν, τὰ τῆς Κρήτης ἅπαντα διοικεῖν προεβάλετο· ὃς ἐκεῖσε παραγενόμενος, καὶ τῶν μὲν γενόμενος θεατὴς τῶν δὲ καὶ ἀκροατής, τρανότερον ἀνεδίδασκε τὸν Μιχαὴλ τὰ πραττόμενα, καὶ δύναμίν τινα ἠξίου ἐκπέμπειν τὴν ἐκεῖθεν ἀποσοβήσουσαν τοὺς ἐχθρούς. Δαμιανὸν γοῦν κόμητα ὄντα τοῦ βασιλικοῦ ἱπποστασίου καὶ πρωτοσπαθάριον μετὰ πολλῆς δυνά-
B μεως καὶ παρασκευῆς ὁ βασιλεύων ἀπέστειλεν εἰς βοήθειαν τοῦ στρατηγοῦ Φωτεινοῦ· οἳ καὶ ἑνωθέντες τὸν μὲν κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν πόλεμον ἔστησαν, εἰς οὐδὲν δὲ χρήσιμον τὸ τέλος ἐνέσκηψεν. αὐτός τε γὰρ ὁ προρρηθεὶς Δαμιανὸς κατὰ τὴν εἰσβολὴν τῆς μάχης εὐθὺς τραυματίας πεσὼν καὶ σφαγῇ παραδοθεὶς τοὺς λοιποὺς οὐ νικᾶν καὶ μένειν ἀλλὰ φεύγειν ἐποίησεν ἡττημένους· καθ' ἣν τροπὴν καὶ ὁ Φωτεινὸς ἐν μονηρίῳ μόλις διασώζεται πρὸς τὴν

1 μακρὸν?

ex illis brevi susceptari estis liberos." his itaque verbis sedati, eaque digna approbatione rati, altum primo ducunt aggerem, vallumque iacientes (unde et locus inditum cognomentum hactenus retinet, Candax appellatus) illic pernoctabant, consuetas excubias habentes omnesque suas opes et facultates ibi reponentes. (22) non longum fluxerat tempus, cum omnis eius molitionis fama ad imperatoris aures pervecta est. is itaque Photino protospathario, felicis recordationis Zoes a deo coronatae Augustae proavo, Orientalium per id tempus duci, summam rei ad Cretam spectantis commisit. quo ille profectus, ac cum alia oculis ipse lustrasset, tum aliis referentibus alia accepisset, quae gererentur imperatori clarius declaravit, viresque aliquas ad hostes inde profligandos ab urbe mitti rogavit. Damianum itaque sacri stabuli comitem ac protospatharium cum ingenti exercitu et apparatu Photino duci imperator suppetias mittit. coniunctis illi viribus adversus Agarenos bellum instruunt; nec tamen eo conatu commodum aliquid parturiunt. quem enim dicebam, Damianus primo statim congressu accepto vulnere cadens atque iugulatus reliquis non victoriae durandique fortiter certaminis, sed fugae ac cladis auctor fuit. eaque fuga Photinus conscensa celoce,

Δίαν, καὶ τῷ βασιλεῖ τῶν πραχθέντων αὐτάγγελος γίνεται. ἀλλ᾽ οὗτος μὲν ἐπεὶ διὰ τιμῆς ἦγετο παρὰ τοῦ βασιλέως ἀεί, τὴν τῆς Σικελίας στρατηγίδα αὖθις τῆς Κρήτης ἀλλάσσεται· (23) τοῖς δ᾽ Ἱσπανίοις ἔτι πως ἐν ταραχῇ καὶ μερίμνῃ διάγουσιν ἀνήρ τις C ἐκ τῶν ὀρέων τῆς νήσου ἐπικαταβὰς μοναστὴς ἄλλον ἔφησεν εἶναι τόπον αὐτοῖς ἐπιτηδειότερον πρός τε πολίσματος κτίσιν καὶ τῆς λοιπῆς διαρκείας καὶ ἐπικρατείας αὐτῶν. καὶ ἅμα λαβὼν τὸν Χάνδακα τούτοις ἐπέδειξεν, ἔνθα καὶ νῦν ἔκτισται ἡ πόλις αὐτῶν· καὶ ἡγεμὼν αὐτῆς ὁ Ἀπόχαψ τότε ἐγεγόνει αὐτῆς. ἐκ ταύτης οὖν οἷόν τινος ἐξ ἀκροπόλεως ὁρμώμενοι πᾶσάν τε ταύτην τὴν νῆσον κατέτρεχον καί τινας τῶν παρακειμένων οὐκ ἔλαττον, ὡς καὶ ἐν αὐταῖς ἐγκατοικῆσαι, αὐτοὺς τοὺς οἰκήτορας καὶ αὐτόχθονας δουλωσάμενοι. καὶ πόλεις δὲ Κρήτης ἐννέα πρὸς ταῖς εἴκοσιν εὔζωνοί D τε καὶ πεζοὶ ᾐχμαλώτευσαν, μιᾶς ἔκτοτε μόνης παραμεινάσης ἀναλώτου καὶ ἀπαθοῦς, καὶ λόγῳ μὲν ὑποταγείσης, τὰ ἑαυτῶν δὲ ἔθιμα καὶ τὸν χριστιανισμὸν φυλαττούσης ἀλώβητον. τότε καὶ Κύριλλος ὁ Γορτύνης πρόεδρος, ἐπεὶ μὴ τούτοις εἰς ἄρνησιν ἐχώρει Χριστοῦ, ὡς ἱερεῖον ἄμωμον ἐσφαγίαστο· οὗ καὶ τὸ αἷμα βοᾷ μένον ὡς τοῦ Ἄβελ ἢ καὶ Ζαχαρίου πρὸς τὸν θεὸν ἀναλλοίωτον· καὶ μύρον μὲν ἐκεῖθεν ἔστιν ἀρύσασθαι τοῖς πιστοῖς σπόγγοις τισὶν ἐναποματτόμενον, τὴν δὲ βαφὴν τοῦ αἵματος ἀλλοιῶσαι οὐ πρόσεστιν. προσέτι μὴν αὐτόθι σοροὶ καὶ τάφοι ἀνεγήγερται ἄλλων τε πολλῶν τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ τότε μαρτυρησάντων καὶ τῶν

ad Diam vix sospes evadens, ipse imperatori cladis acceptae nuntius exstitit. imperator, quod virum magnifice coleret, pro Creta Siciliae cum imperio illum praeesse iussit. (23) porro Hispanos adhuc inter curas fluctuantes monachus quidam ex insulae montibus degressus commodiorem alium locum esse monet, ubi urbem condant uberioreque fruantur annona ac tuti consistant. tunc simul eos assumens Candacem ostendit, ubi etiamnum illorum urbs condita exstat; eiusque tunc praeses Apochapsus fuit. inde ergo velut ex quadam arce profecti, cum insulam totam tum vicinas quasdam alias regiones excursionibus vastabant, ut et illic sedes ponerent veteresque inquilinos ac cives servituti addicerent. ipsius Cretae urbes novem supra viginti expediti ipsi atque pedites cepere. ex eo tempore una duntaxat immunis ab expugnatione illaesaque mansit, verbo quidem subiecta, quae tamen ritus suos ac Christianam religionem servaret. tunc sane et Cyrillus Gortynae episcopus, eo quod ut Christum negaret induci non potuerat, quasi victima innocens iugulatus est; cuius et sanguis, velut Abelis seu etiam Zachariae, ad deum clamat, nihil mutatus perseverans. ex eius sepulchro cum fideles spongiis quibusdam expressum oleum libere hauriant, tingentem tamen colore sanguinem mutare non valent. exstant vero ibi etiam alii loculi, ac cum aliorum plurium, qui tum pro Christo marty-

P 49 δέκα περιωνύμων μαρτύρων. τοιούτῳ γοῦν τρόπῳ καὶ κατὰ τοῦτον ἀνηρπάσθησαν τὸν καιρὸν ἐκ μέσου τῶν Χριστιανῶν οἱ Κρηταιεῖς.

24. Ἐπεὶ δὲ ὀψὲ καὶ μόλις τοὺς περικυκλοῦντας τοῦτον ἐχθροὺς καὶ περικτυποῦντας ὁ Μιχαὴλ ἀπεσείσατο, δέον πρὸς θεὸν τραπέσθαι καὶ τοῦτον ἐξευμενίσασθαι, ἵλεω διὰ τῶν ἔργων ποιῶν, ὁ δὲ τοὐναντίον ἢ ὡς οἱ πολιτικοὶ θεσμοὶ βούλονται, ὡς οὐ παρ' αὐτοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ δὲ σωθείς, ἔπραττέ τε καὶ ἐπεπολίτευτο. τῆς γαμετῆς γοῦν τελευτησάσης αὐτοῦ, καὶ δόξαν θέλοντος κατασχεῖν τῶν πολλῶν ὡς πένθος ἄληστον ἔχει αὐτῆς, τὴν B σύγκλητον ἐποίει διά τινων μηνυμάτων κρυφίων καὶ μυστικῶν αἱρήσασθαι τοῦτον πεῖσαι γυναικὶ αὖθις ζευχθῆναι, καὶ οὐ παρακαλέσαι μόνον πρὸς τοῦτο ἀλλὰ καὶ βιάσασθαι, καὶ εἰς ἐπανάστασιν, εἰ μὴ τοῦτο γένηται, χωρῆσαι αὐτούς· "οὐ γάρ ἐστιν οἷον γυναικὸς ἄνευ" φάσκειν "βασιλέα τε ζῆν καὶ τὰς ἡμετέρας στερεῖσθαι γαμετὰς δεσποίνης καὶ βασιλίδος." ἐπέπειστο γοῦν ὀψὲ διὰ τῶν ἐπιπλάστων λόγων, οὓς τῷ χρόνῳ λαθεῖν οὐκ ἦν· καὶ πρῶτον μὲν χειρόγραφα ὑπὲρ τῶν μήτε ὄντων μήτε ἐσομένων πᾶσαν ἀπῄτει χεῖρα, ὡς αὐτήν τε τὴν ἐσομένην αὐτῷ γαμετὴν καὶ τὰ ἐκ ταύτης ἔκγονα ὑπερασπίζειν καὶ ὑπερμαχεῖν μετὰ τὸν αὐτοῦ C μὴ παύσαιντο θάνατον, ἀλλὰ κἀκείνην τε μετ' ἐκείνους βασιλέας ἔχοιεν καὶ δέσποιναν, ὡς εἰκός. οὕτως οὐ τοῦ κατ' ἐκεῖνον ἀλλὰ

21 μετ'] καί?

rium sumpserunt, tum inclitorum decem martyrum erecta sepulcra sunt. sic ergo et per hoc tempus talique occasione Cretenses de medio Christianorum sublati sunt.

24. Ceterum Michael vix tandem circumdantibus eum ac conterrentibus solutus hostibus, eorumque metu liberatus, cum ad deum converti recteque factis placabilem eum ac propitium reddere oporteret, secus, velut a se ipso, non dei nutu salutem consecutus, contra ac publica iura legesque habeant, vitae suae rationes instituit. proinde uxore mortua, cum eam vulgi opinionem ambiret ut illius implacabili luctu eum affici putarent, secretis tamen occultisque monitis cum senatu agit ut se ad nuptiarum foedera iterum inducant, nec verbis solum suasoriis cum ipso agant, sed et cogant vimque facturos minitentur, nisi is omnino rem praestiterit. ostendant non posse imperatorem caelibem vivere, quo fiat ut illorum uxores domina atque Augusta careant. ita igitur fictis eorum sermonibus ad extremum cessit; quanquam fieri non poterat ut non tandem tempore fabula nudaretur. ac primum chirographo subditos obstringit, fidemque exigit, ea se praestituros quae nec fiant nec esse unquam possint, eius futuram uxorem et quos ex illa susceperit liberos, cum e vivis excesserit, omnino defensuros, sed et tum illos imperatores tum ipsam quoque, ut par est, dominam habituros. adeo non in hoc modo aevo sed post suam quoque mortem se impera-

καὶ τοῦ μετ᾽ αὐτὸν ᾤετο κατακρατήσειν αἰῶνος, δέον πάντα ἐκ θεοῦ ἀλλ᾽ οὐκ ἐκείνων ἀναρτῆσαι χειρί, δι᾽ ὃν βασιλεῖς βασιλεύουσι καὶ τύραννοι κρατοῦσι γῆς. πλὴν ὑπέκυπτεν ὁ πάσης κυριεύων γῆς προστάγματι τῷ συγκλητικῷ, καὶ συνάψεσθαι ἄκων ἠνείχετο ὁ σώφρονα βίον ἀνῃρημένος. ἤγετο οὖν πρὸς γάμον οὐ τήνδε ἢ τήνδε, ἀλλὰ γυναῖκά τινα πάλαι τὸν κόσμον καὶ τὰ αὐτοῦ ἀποστέρξασαν, Χριστῷ δὲ νυμφευθεῖσαν καὶ ἀσκήσεσιν ἐκ παιδὸς κατὰ τὴν ἐν Πριγκίπῳ νήσῳ μονὴν σχολάσασαν καὶ προσανέχουσαν D τῷ θεῷ· Εὐφροσύνη ταύτης ἡ κλῆσις, καὶ πατρὸς ἐσεμνύνετο Κωνσταντίνου εἶναι, δικαίᾳ κρίσει τὴν τύφλωσιν ὑπομεμενηκότος παρὰ μητρός. ταῦτα μὲν ἐξεπέραινεν, καὶ ἵλεω δι᾽ αὐτῶν οὐ μόνον οὐκ ἐποιεῖτο ἀλλὰ καὶ παρώργισε τὸν θεόν.

25. Καὶ κατὰ τῶν τὴν Κρήτην δὲ καταλαβόντων καὶ λυμαινομένων αὖθις ἐπαποστέλλει στρατόν· Κρατερὸς ὄνομα τῷ στρατηγέτῃ, ὃς τηνικαῦτα τὴν τῶν Κιβυρραιωτῶν διέπων στρατηγίδα, ἑβδομήκοντα ναῦς διήρεις τῶν ὑφ᾽ ἑαυτῷ καὶ πάντων τῶν θεματικῶν λαβών, βρέμων ἅμα καὶ πολλῷ φρονήματι παρενέβαλεν. P 50 καὶ ἐπείπερ οὐδ᾽ ἐκείνοις ἐδόκει ὑποστέλλεσθαι ἀλλ᾽ ἐς μάχην χωρεῖν τὴν τὰς ἑαυτῶν δυνάμεις καὶ γενναιότητας ἐπιδειξομένην (καὶ γάρ εἰσι τῶν ἄλλων Ἀγαρηνῶν οὗτοι δὴ εὐφυεῖς), συνέβαλλον δὲ τολμηρῶς ἑκάτεροι κατὰ τὸν ἀγῶνα χωρήσαντες ἄρτι δὴ τοῦ ἡλίου τὰς ἀκτῖνας ὑπὲρ γῆς ἐφαπλοῦντος, οὐδέτεροι

17 παρενέλαβεν P 22 ὑφαπλῶντος P

turum existimabat, cum ex deo (non tanquam ex illorum penderent manu) cuncta speranda forent; "per quem reges regnant et tyranni tenent terram" (Prov. 8 15). ceterum morem gerit illi senatusconsulto, unus ipse omnis terrae dominans; quique castitatis propositum iniisset, invitum simulans in nuptias consentit. ducit vero non quamlibet feminam, sed quae olim saeculo ac saeculi rebus nuntium remisisset, Christoque desponsa esset, ac olim a puero, in monasterio quod in Principe (sic dicta) insula situm est, exercitata ac deo addicta esset. Euphrosynae illi nomen erat. clara scilicet Constantini illius proles, qui ipsa iuste matre ulciscente luminibus caecatus fuerat. hoc ille facinore non modo non placavit divinum numen, quin potius eius in se Romanamque rem publicam graviorem iram provocavit.

25. Itaque aliam quoque classem adversus Saracenos Cretam obtinentes ac diripientes Cratero duce emittit. is cum Cibyraeotarum tunc praefectum ageret, septuaginta biremibus ex suis reliquisque provinciarum ac insularum assumptis, ferox admodum ac minitabundus Cretam applicuit. cumque nec Agarenis pugnae alea subterfugienda videretur, sed committendum praelium, quo suas illi vires ac bellicam fortitudinem experirentur (singulari enim illi fortitudinis laude inter suos clarent), animose utrinque pugnatur. a prima luce ad meridiem usque neutra inclinata acies, sed strenue utrique pugnantes egregium

μὲν ἄχρι μεσούσης ἡμέρας ἐνέκλινον, ἀλλὰ γενναίως μαχόμενοι τὴν ἑαυτῶν ἐδείκνυον ἐμπειρίαν καὶ δύναμιν· ἐπεὶ δὲ πονήσαντες B οἱ Κρηταιεῖς ἤδη τοῦ ἡλίου κλίναντος ἐνέδωκαν πρὸς φυγήν, τότε δὴ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτειναν, πλείους δὲ τὰ ὅπλα ῥίψαντας αἰχμαλώτους ἔλαβον, ἐκ ποδὸς ἑπόμενοι. τάχα δ' ἂν σπουδάσαντες ἔλαβον τὴν πόλιν αὐθημερόν, εἰ μὴ νὺξ ἤδη φαινομένη ἀνέστρεψεν ὡς τὰ πράγματα καὶ ἀνάπαυλαν τούτοις ζητοῦσι φόνον ἀλλ' οὐ σωτηρίαν ἀπέτεκεν. οἱ μὲν γὰρ ὡς ἤδη νενικηκότες, καὶ πάντας αὔριον ἐν βραχεῖ βραχεῖς ὄντας ἐλπίσαντες συλλαβεῖν, πρὸς πότους καὶ τρυφάς, ὡς ἐν οἰκείᾳ ἀλλ' οὐκ ἐν ἀλλοτρίᾳ διάγοντες, ἐξεβάκχευον, μήτε τινὸς φυλακῆς μήτ' ἄλλης σωτηρίας C τῆς κατὰ τὸν πολεμικὸν νόμον γινομένης φροντίσαντες, ὕπνου δὲ μόνου καὶ τῆς τὰ πάντα ῥᾳδίως ἀνατρεπούσης καὶ ἀπολλυούσης ἀμελείας τε καὶ ῥᾳστώνης. ὅθεν περὶ μέσας νύκτας, ἐπεὶ διὰ τῶν ἑαυτῶν φυλάκων ὡς ἐν ἀπορίᾳ ἀγρυπνοῦντες οἱ Κρηταιεῖς ὕπνῳ καὶ οἴνῳ καθηρῆσθαι τοὺς τῆς Ῥωμαϊκῆς παρεμβολῆς ἀνέμαθον, αὐθωρὸν ἐξελθόντες μαχαίρᾳ πάντας ἀπώλεσαν, ὡς μηδ' ἄγγελον, τὸ δὴ λεγόμενον, ὑποστρέψαι καὶ ἐκεῖθεν διασωθῆναι, ἢ μόνον τὸν στρατηγὸν ἐμπορικοῦ ἐπιβάντα πλοίου καὶ τὴν σωτηρίαν ζητοῦντα. πλὴν καὶ τοῦτον ἐπεὶ πανταχοῦ ὁ τῶν Ἀγαρηνῶν ἡγεμὼν D ἀναζητῶν μὲν οὐχ εὕρισκε φεύγειν δὲ διήκουεν, ὁλκάσι τοῦτον μεθ' ἡγεμόνων ἀναζητῆσαι ἐκέλευσεν· οἳ καὶ καταλαβόντες τοῦτον ἐν Κῷ ἐπὶ ξύλου κρεμάσαντες διαφθαρῆναι ἐποίησαν. καὶ τὰ μὲν

7 ἀνέστρεψεν Cedrenus: P enim ἀντέστρεψεν.

militaris peritiae ac fortitudinis specimen exhibebant. postremo vergente ad vesperam die superati Cretenses fugam faciunt. eorum multi in pugna caesi, plures abiectis armis a Romanis persequentibus capti. ac forte accelerato negotio maiorique diligentia ipsam ea die urbem cepissent, nisi nox ingruens res in diversum mutasset, et Romanis quietem captantibus non salutem peperisset sed interitum stragemque. hi enim tanquam victoriae securi, speque fulti fore ut universos, qui pauci remanserant, die crastino facili negotio in potestatem redigerent, perinde ac si domi, non in hostico agerent, potationibus et luxuria noctem transigebant. excubiarum seu aliorum quibus in bello saluti cautum videatur nulla eis ratio; somnum duntaxat et quietem omniaque facile evertentem socordiam et mollitiem cogitabant. Cretenses itaque (quippe suarum rerum anxii) vigiles, cum Romana castra vino somnoque depressa a suis excubitoribus didicissent, ad mediam circiter noctem confestim impetu in eos facto omnes gladio trucidant, ita ut ne nuntius quidem (quod adagii est) reversus sit aut cladi superstes exstiterit. unus dux Craterus mercatorio usus navigio salutem expedivit. verum hunc quoque Agarenorum dux diu multumque quaesitum, nec usquam inventum, cum fuga evasisse audisset, naves praefectosque mittit qui hominem quaerant ac insequantur. hi in Co insula eum assecuti in

κατὰ τὴν μάχην ἐκείνην καὶ τὸν ἀγῶνα συμβεβηκότα τοιαῦτα, πολλὴν ἐνεγκόντα Ῥωμαίοις συμφοράν, οὐ τὴν ἐξ ἥττης μόνον ἐκείνης, ἀλλὰ καὶ τὴν ἔκτοτε κρατήσασαν καὶ διαμείνασαν πολυκέφαλον ὕδραν, ἐκεῖσε καὶ ἀλλαχοῦ μὲν ἀποτεμνομένην ἀεί, ἀναθάλλουσαν δὲ ἀλλαχοῦ.

26. Μετὰ δὲ ταῦτα ἀνήρ τις στρατιωτικῆς πείρας, πρὸς δὲ καὶ φρονήσεως καὶ ἀγχινοίας οὐκ ἄμοιρος, οὗ τὸ ἐπώνυμον Ὠορύφας, στρατόν τινα ἀθροίσας τὸν τεσσαρακοντάριον τότε καλούμενον P 51 βασιλικῆς ἐκ προστάξεως, ἐκ τοῦ διανεμηθῆναι αὐτοῖς ἀνὰ τεσσαράκοντα χρυσίνων, τάς τε ἄλλας νήσους, αἷς ὀλίγιστοι ἐφέροντο, κατατρέχων, καὶ τοῖς μὲν λόχους ἐπάγων τοῖς δὲ καὶ φανερῶς πολεμῶν, ἐξωλόθρευσέ τε καὶ ἀπωλείᾳ παρέδωκεν· ταύτην δέ, ὡς ἔοικεν, παρέπεμψεν εἰς ἡμᾶς. ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ αὐτῆς θεῷ πάντως μελήσει, μελήσει δὲ καὶ ἡμῖν τοῖς νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τὴν ψυχὴν δαπανῶσιν ὑπὲρ αὐτῆς.

27. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν Εὐφήμιός τις κατὰ τὴν Σικελίαν τουρμάρχης τελῶν παρθένου τινὸς ἥρα ἀσκητηρίοις ἐνδιαιτωμένης B καὶ τὸ μοναχικὸν ἔκπαλαι ἀναλαβούσης σχῆμα, καὶ διὰ πολλοῦ ἐποιεῖτο τὸν αὐτοῦ ἔρωτα ἐκπληρῶσαι, τὴν παρθένον λαβών πως εἰς γαμετήν. ἐπεὶ γοῦν παράδειγμα οὐ πόρρωθεν εἶχεν οὐ κωλῦον οὐδ' ἀποτρέπον, τοῦτον δὴ τὸν Μιχαὴλ (καὶ γάρ,

12 ταύτην — ὑπὲρ αὐτῆς] Constantini Porphyrogenneti verba, ut videtur. Goar.

crucem agentes sustulerunt. hicque adeo belli illius atque praelii eventus fuit, unde ingens rei Romanae creata calamitas, non ob eam duntaxat cladem, quam tunc accepit, sed quod etiam ex illo tempore roborata multiceps hydra duraverit; quae cum ibi aliisque locis semper exscindatur, aliis subinde germinat ac revirescit.

26. Secundum haec vir quidam rei militaris apprime gnarus prudentiaeque ac sagacitatis laudis non expers, cognomento Ooryphas, imperatoris iussu exercitum cogit, quadragenarium tunc appellatum, quod quadraginta aurei in singulos distributi essent. is alias quoque insulas, quas illi exiguo numero paucisque colonis tenebant, invadens, partimque locatis insidiis partim praelio congressus, Agarenos in eis internecione delevit ac sustulit. "hanc vero, de qua nobis sermo est (id est Cretam) ad nos, ut videtur, lue hac liberandam transmisit. quae porro illam spectant, omnino curabit deus: sed et nobis curae erit, quorum animos eius vindicandae solicitudo diu noctuque divexat ac conficit."

27. Eodem tempore Euphemius quidam in Sicilia tribunus virginis cuiusdam in coenobio agentis, olimque in eo suscepto religiosae institutionis habitu merentis, amore corripitur, explendaeque libidinis ingenti desiderio copulatis cum ea nuptiis accenditur. quod vero exemplum haud procul erat, rem eiusmodi nihil vetans aut ab ea deterrens, ipse

ὡς εἴρηται, καὶ αὐτὸς τοιοῦτόν τι ἐτόλμησεν), ἀφαρπάζει τὴν
παρθένον τοῦ ἀσκητηρίου καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἄκουσαν ὑπηγάγετο.
ταύτης οὖν οἱ ἀδελφοὶ τῷ Μιχαὴλ προσίασι, τὰ τοῦ δράματος
διηγούμενοι. ὁ δὲ κελεύει τῷ στρατηγῷ, εἰ οὕτως φωράσοι
ἔχουσαν τὴν ἀλήθειαν, τὴν ῥῖνα τοῦ τετολμηκότος Εὐφημίου
C ἀποτεμεῖν κατὰ τὴν τοῦ νόμου ἀκρίβειαν. καὶ ὁ Εὐφήμιος μαθὼν
δὴ ταῦτα καὶ τὴν εἰς αὐτὸν τοῦ νόμου τήρησιν καὶ τὴν βασιλικὴν
ἀπειλήν, συνωμότας λαβὼν τούτους τε τοὺς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ χεῖρα
καί τινας τῶν συντουρμαρχῶν, τὸν στρατηγὸν ἐπὶ τούτῳ παρα-
γινόμενον παρελαύνει ἐκεῖθεν, καὶ πρὸς τὸν Ἀφρικῆς ἀποδιδρά-
σκει ἀμεραμινουνῆ, πᾶσαν τὴν Σικελίαν ὑπ' ἐκείνῳ ποιῆσαι καθυ-
ποσχόμενος καὶ διδόναι φόρους πολλούς, εἰ μόνον ἀναγορεύσει
τοῦτον βασιλέα καί τινα παράσχοι βοήθειαν. ἀναγορεύει γοῦν
τοῦτον βασιλέα Ῥωμαίων, καὶ χεῖρα δίδωσι πολλήν, καὶ τῆς Σι-
D κελίας ἐγκρατὴς γίνεται, παρ' αὐτοῦ τούτου λαβὼν αὐτήν, οὐ
τούτου μόνον ἀλλὰ καὶ ἑτέρων συνδρόμων γενομένων ἐπὶ τῇ τοιού-
των ἀπωλείᾳ τόπων. δηλοῖ δὲ ταῦτα σαφέστατα καὶ πλατικώτε-
ρον ἡ τότε γραφεῖσα Θεογνώστῳ τῷ περὶ ὀρθογραφίας γεγραφότι
καὶ εἰς χεῖρας ἐλθοῦσα ἡμῶν, ἣν ὁ βουλόμενος μεταχειριζόμενος
τὰ καθ' ἕκαστον ἀναδιδαχθήσεται. πλὴν ὁ μὲν Εὐφήμιος μετ'
οὐ πολὺ ἆθλον τῆς ἀποστασίας καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀνομίας λαμβάνει
τὴν τῆς ἑαυτοῦ στέρησιν κεφαλῆς. σχῆμα γὰρ ἔχων βασιλικὸν
ἀπῄει καὶ κατὰ τὴν Συράκουσαν, καὶ δὴ ἄποθεν γενόμενος τῆς

nimirum Michael (nam et ille, uti dictum est, simile facinus nuper perpetrarat), virginem e monasterio raptam invitam ad se subducit. adeunt itaque Michaelem virginis germani, gestumque scelus expostulant. tum imperator Siciliae praetori mandat, "siquidem verum eos crimen detulisse compererit, legis in eum rigore Euphemio nasum abscindat." Euphemius vero ubi rescivit, secumque iure agendum reputans ac imperatoris iram reformidans, ascitis in coniurationem tum ei militantium manu tum nonnullis aliis tribunis, praetorem in hoc venientem ut poenas ab eo reposceret, fuga delusit, atque ad Africae ameramnunem confugit, pollicitus omnem se illi Siciliam subiecturum ac grande tributum soluturum, si modo is ei imperiales infulas nomenque deferret nonnullasque copias belli subsidio subministraret. facit ille, ac Romanorum imperatorem acclamat; numerosoque assignato exercitu illius ipsius opera Siciliae compos efficitur; nec illius solummodo, sed et aliorum, qui ipsi adiuverunt suamque pariter operam ad regionis illius defectionem contulerunt. haec clarissime uberiusque exsecutus Theognostus historia quam tunc edidit, venitque in manus nostras; is scilicet qui de orthographia librum conscripsit; ex qua possit singula plenius discere cui libuerit. ceterum Euphemius haud ita post defectionis mercedem suaeque praemium improbitatis capite caesus recipit. regio namque habitu cum et Syracusas lustraret, longiusque a stipatoribus suis, quantum

ἑαυτοῦ τάξεως καὶ τῶν δορυφόρων ὡς ἀπὸ τόξου βολῆς ἐγένετο κατὰ τὴν πόλιν, ὁμιλῶν αὐτοῖς τυραννικῶς τε καὶ βασιλικῶς. P 52
τοῦτον ὡς προσερχόμενον ἔγνωσαν δύο τινὲς ἀδελφοί, γενόμενοι σύμπνοοι καὶ ταὐτὸν φρονήσαντες προσέρχονται τούτῳ εἰρηνικῶς, τὴν προσήκουσαν βασιλεῖ τιμὴν ἀπονέμοντες. ὡς δ' Εὐφήμιος τήν τε παρ' αὐτῶν ἀναγόρευσιν ἀσπαστῶς ἐδέξατο καὶ τῶν ἄλλων κατήκουεν αὐτῶν, προσεκαλεῖτο τούτους φιλοφρόνως ἀποδώσων τὸν ἀσπασμόν· καὶ δὴ κλίνας τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ στόμα προσερείσας τῷ στόματι ταῖς θριξὶ μὲν κατέχεται ἰσχυρῶς πρὸς ἑτέρου τῶν ἀδελφῶν, ὑπὸ δὲ τοῦ ἑτέρου ἀφαιρεῖται τὴν κεφαλήν. καὶ B
ὁ μὲν Εὐφήμιος τοιούτῳ τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο.

28. Οἱ δ' Ἀγαρηνοὶ οὐ τῆς Σικελίας μόνον ἔκτοτε ἀλλὰ καὶ Καλαβρίας καὶ Λαγγοβαρδίας ἐγένοντο ἐγκρατεῖς, πᾶσαν κατατρέχοντες καὶ διαπορθοῦντες καὶ ἐνσκηνοῦντες ἄχρι τῆς βασιλείας τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει Βασιλείου τοῦ βασιλέως. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἡ ἐκείνου δηλώσει ἱστορία· ὁ δὲ Μιχαὴλ μῆνας ὀκτὼ καὶ ἔτη τῆς βασιλείας γενόμενος ἐγκρατὴς ἐννέα τὸν βίον κατέλυσε, C
τῷ δυσουρίας νοσήματι ἁλούς, ἐκ τῶν νεφρῶν λαβούσης τὴν ἀρχήν, μήτε τὴν πρὸς θεὸν καταλύσας δυσμένειαν, οἷς οὐκ ἤθελε τὴν ἑαυτοῦ μορφὴν δι' ἡμᾶς ἀναλαβόμενον σάρκα προσκυνεῖν, μᾶλλον δὲ καὶ τοὺς προσκυνοῦντας καθαιρῶν Μεθόδιόν τε καὶ Εὐθύμιον, περὶ ὧν εἰρήκαμεν, καὶ τὸν τῶν Ἀγαρηνῶν ἐπαυξήσας ἀκατάλλακτον πόλεμον, τά τε κατὰ Θωμᾶν καὶ τῶν Κρη-

fere est iactus sagittae, praevolans ad urbem accessisset, tyrannique ac regio fastu alloquendo cives demulceret, sic accedentem duo quidam fratres conspicati pari ambo conspiratione unoque consilio pacifice adeunt, convenienti pro maiestate honore eum prosequentes. Euphemius eorum lubens salutationem admittit, exque aliis eosdem titulos audit. tum viros ad se comiter vocat, ipse vicissim salutes redditurus. ergo cum caput inclinans alterius fratrum ori osculum figeret, crinibus ille apprehensum valide tenet, alter ab humeris caput amputat. ac quidem Euphemius tali mortis genere fatis concessit.

28. Porro Saraceni ex eo tempore non Sicilia solum sed et Calabria et Longobardia potiti sunt, omnem eam regionem incursantes ac populantes, ad usque tempora felicis recordationis Basilii imperatoris illic constitutis sedibus. haec enimvero illius declarabit historia. Michael autem cum annos novem menses octo imperium tenuisset, urinae difficultate ex renum passione orta exstinctus est, cum nec infensissimum in deum odium posuisset (ea scilicet ratione, quod eius qui pro nobis carnem assumpsit effigiem adorare nollet; quin potius illius cultores abdicaret, Methodium Euphemiumque, de quibus in superioribus sermo habitus est), Agarenorum quoque implacabile bellum auxisset; ac deus ob eius nequitiam et Thomae rebellionem et Cretensium atque

ταιέων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν εἰρημένων Ἀφρίκων διὰ τὴν ἑαυτοῦ D κακίαν ἀποστείλαντος τοῦ θεοῦ. ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἡ Δαλματία τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀπέστη τότε βασιλείας, καὶ γεγόνασιν ἅπαντες ἰδιόρυθμοί τε καὶ αὐτοκέφαλοι μέχρι τῆς τοῦ Βασιλείου τοῦ ἀοιδίμου βασιλείας· τότε γὰρ πάλιν οὗτοι Ῥωμαίοις καθυπετάγησαν. πεπλήρωτο δὲ καὶ ὁ ἐπ' αὐτῷ χρησμός, λέγων οὕτω,

ἀρχὴ κακῶν γε προσπεσεῖται τῇ χθονί,
ὅταν κατάρξῃ τῆς Βαβυλῶνος δράκων
δύσγλωσσος ἄρδην καὶ φιλόχρυσος λίαν.

ἐτέθη δὲ ὁ τούτου νεκρὸς ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἐν τῷ ἡρῴῳ Ἰουστινιανοῦ, ἐν λάρνακι πρασίνῳ Θετταλικῇ.

P 53

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΥΙΟΥ ΜΙΧΑΗΛ.

ΛΟΓΟΣ Γ.

Τὰ μὲν δὴ πραχθέντα Μιχαὴλ τῷ Τραυλῷ βασιλεύσαντι ἐννέα ἔτεσιν πρὸς μησὶν ὀκτὼ ἐν τῷ πρὸ τούτου βιβλίῳ δεδήλωται· ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ ἤδη Θεόφιλος ἀνδρὸς ἔχων ἡλικίαν τὴν πατρικὴν ἀρχὴν καὶ βασιλείαν κατὰ τὸν Ὀκτώβριον μῆνα τῆς ὀγδόης ἰνδικτιῶνος

Africanorum, de quibus iam dictum est, Saracenorum bellum immisisset. sed et omnis Dalmatia sub id tempus a Romano imperio defecit, suique omnes iuris ac sibi capita exstiterunt, quoadusque inclitus ille Basilius imperium regendum suscepit: tunc enim Romanae facti sunt dicionis. impletum vero est quod de illo ferebatur oraculum, in hanc sententiam.

hoc initium malorum tellluri accidet,
rerum potietur cum Babylonius draco,
linguae imperitae, et auri cupientissimus.

cadaver eius repositum in Iustiniani monumento, ad aedem apostolorum, in arca ex marmore viridi Thessalico.

THEOPHILI MICHAELIS F. IMPERIUM.

LIBER III.

Michaelis Balbi gesta annis novem mensibus octo, quibus rerum potitus est, superiori libro a nobis exposita sunt. eius autem filius Theophilus, virilem iam aetatem ingressus, paternum imperium suscepit mense Octobri, indictione 8. is ferventissimum quidem iustitiae studium prae se

διεδέξατο, λόγῳ μὲν οὖν τῆς δικαιοσύνης ὥσπερ ἔμπυρος ἐραστὴς
καλεῖσθαι βουλόμενος καὶ νόμων εἶναι φύλαξ πολιτικῶν ἀκριβής·
τῇ δ' ἀληθείᾳ ἔξωθεν ἑαυτὸν τῶν ἐπιβουλευόντων διατηρῶν, ὡς B
ἂν μή τις κατ' αὐτοῦ τι νεανιεύσηται, ταῦτα ὑπεκρίνετο. τὸν
ἐπηρτημένον οὖν κίνδυνον ὑφορῶν, τοὺς τῷ πατρὶ μὲν αὐτοῦ ἐκ
συνωμοσίας τὴν βασιλείαν παρεσχηκότας, κατὰ τοῦ Λέοντος δὲ
ἐπαναστάντας, ἅπαντας ἔγνω ὀλέθρῳ παραδοῦναί τε καὶ σφαγῇ.
ὅθεν δόγμα ἐξέθετο ἅπαντας τοὺς τῶν βασιλικῶν ἀπολαύοντας
φιλοτιμιῶν, προσέτι δὲ καὶ βασιλικῆς τιμῆς μετασχόντας τῆς
οἱασοῦν, κατὰ τὴν Μαγναύραν συναθροισθῆναι. ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἐγε-
γόνει καὶ τοῦ προστάγματος οὐδεὶς ἐτόλμα καταφρονεῖν, τὴν τῆς P 54
ψυχῆς τέως ὡς ἐν σκότῳ κρύψας θηριωδίαν, ἠρέμα πως καὶ πραείᾳ
φωνῇ οὕτω πως ἔλεξεν ἐν βραχεῖ, ὡς ἐβούλετο μὲν καὶ δι' ἐπιθυ-
μίας εἶχεν, ὁ λαὸς καὶ κλῆρος ἐμός, τοὺς ἀντιλαβομένους καὶ τῆς
βασιλείας ὑπερμαχήσαντας νεανικῶς ὁ ἐμὸς ἄγαν πατὴρ πολλῶν
μὲν τιμῶν πολλῶν δὲ τούτους ἀγαθῶν ἑτέρων καταξιῶσαί τε καὶ
γερῶν· ἀλλ' ἐπεὶ ἔφθασεν ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι θᾶττον ἢ εἶχε
βουλῆς καὶ πρὸ τοῦ καιροῦ τῆς αὐτοῦ γνώμης ἔξω γέγονε τοῦ
καιροῦ, ἵνα μὴ ἀχάριστος δόξῃ πολλοῖς, ἐμὲ οὐ τῆς βασιλείας
μόνον διάδοχον ἀλλὰ καὶ τοῦ τοιούτου καλοῦ τούτοις ὑπόχρεων
ἐγκατέλιπεν. διὸ ἕκαστος ἐκ μέσου ἀγόμενος δεικνύτω ἡμῖν ἑαυ- B
τόν. τούτοις ὑποκλαπέντες τοῖς λόγοις καὶ συλαγωγηθέντες τὸν
νοῦν ἑαυτὸν ἕκαστος ἀπεγύμνου καὶ πᾶσιν ὡρᾶτο κατάδηλος. εὐθὺς

7 σκαφῇ P   11 πράγματος P

ferebat, legumque civilium sedulus observator videri voluit: revera tamen simulatorem agebat, seque ab insidiis tutum praestare ac nulli contra se aliquid moliendi ansam ullam praebere satagebat. veritus ergo quod impendebat periculum, coniuratos omnes, qui imperium patri detulerant Leonique manus intulerant, internecioni dare constituit penitusque delere. idcirco promulgat edictum ut omnes qui regia munificentia bona consecuti essent, quique honores ullos aut magistratus obtinerent, ad Magnauram conveniant. convenerunt omnes, nec qui imperium contemnere auderet ullus fuit. tunc ille dissimulata adhuc ac velut in tenebris tecta mentis saevitia, leni ac placida voce, sic paucis peroravit. "voluit," inquit, "valdeque expetiit, vos plebs mea et hereditas, inclitae memoriae pater meus, eos qui opem ei tulerant ac pro adipiscendo imperio fortiter decertarant, multis magnisque honoribus bonisque aliis atque praemiis munerari. quoniam tamen citius quam illi constitutum erat vivis excessit, et ante tempus animo conceptum, eum fugit occasio: ne plerisque ingratus videatur, me non modo eius quod ornavit imperii successorem, sed et illius debiti ac gratitudinis reum dereliquit. singuli igitur e medio exeuntes sese nobis ostendant." his sermonibus fraudem sibi fieri passi deceptique miseri se ipsos singuli prodidere cunctisque

οὖν νόμῳ τῷ πολιτικῷ χρῆσθαι τὸν ὕπαρχον ἐγκελεύεται, καὶ "ἄγε δή" φησίν, "ὦ οὗτος, τούτους κατ' ἀξίαν τῶν βεβιωμένων ἀμείβου, οὐ μόνον οἷς οὐκ ἔδεισαν τὸ θεῖον, αἵματι ἀνθρωπίνῳ μιάναντες δεξιάν, ἀλλὰ καὶ χριστὸν κυρίου βασιλέα ἀνελόντες οἱ ἄθλιοι." τούτοις διέλυσε τὸν σύλλογον ἐκεῖνον τὸν πρῶτον δή πως καὶ θαυμαστόν· ὃν εἴπερ τις κατὰ νόμους ἔχοιτο ἐπαινεῖν, C ἀλλ' οὐκ οἶδ' εἰ στήσεται ἐγγὺς ἡμερωτάτης τε καὶ πραείας ψυχῆς. καὶ τούτους μὲν οὕτως πως ἐξ ἀνθρώπων ἐποίησεν, προσεπιθεὶς τούτοις τὸ ἐπαινετὸν ἐκεῖνό γε καὶ καλόν, τὸ ἀπελάσαι καὶ πρὸς τὴν ἐν ᾗ τὸ πρότερον ἀπεκάρη μονὴν Εὐφροσύνην τὴν ἑαυτοῦ μητρυιὰν ποιῆσαι παλινοστῆσαι, ἣν ἡ ἱστορία δευτέραν γαμετὴν παρέδωκε τῷ Μιχαήλ, ἐκείνων γε τῶν ἡμῖν εἰρημένων ἐκεῖσε χειρογράφων καὶ ὅρκων πολλῶν, οὐχ ὁσίως πραχθέντων γε καὶ γενομένων, ὠφελησάντων οὐδέν. τί δήποτε; ὅτι μὴ ἐπὶ κυρίου πεποιθὼς ἠγάγετο γαμετήν (ἢ γὰρ ἂν ἔννομόν τινα, ἀλλ' οὐ τὴν D ἤδη συνταξαμένην ἠγάγετο τῷ Χριστῷ), ἐπὶ δὲ τῇ ἑαυτοῦ θρασύτητι καὶ τοῖς ὅρκοις ἐκείνοις τοῖς εὐμεγέθεσί τε καὶ θεοῦ πάντας πόρρωθεν ἀποπέμψασι.

2. Καὶ τὰ πρῶτα μὲν τούτου τοιαῦτα· τὰ δ' ἑξῆς ἀντεποιεῖτο δικαιοσύνης καὶ ἦν φοβερός τε πᾶσι τοῖς πονηροῖς καὶ θαυμαστὸς ἀγαθοῖς, τοῖς μὲν ὅτι μισοπόνηρός τε καὶ δίκαιος, τοῖς δ' ὅτι ἐμβριθής τε καὶ αὐστηρός. πλὴν οὐκ ἦν τοῦτον πάν-

6 ἕλοιτο?

manifestos fecere. mox itaque praefectum leges civiles exsequi iubet, "age tu" inquiens, "pro eorum vitae rationibus vicem illis redde, quod non solum non timuerint deum, ut humano cruore dextram foedarent, sed et unctum domini imperatorem miseri sustulerint." haec locutus conventum illum primum utique et admirandum dimisit; quem si quis laudaverit quasi ex legum severitate, haud scio an ad lenitatem animique mansuetudinem prope accessurus sit. ac illos quidem per hunc modum e medio sustulit. illud sane his laude dignum honestumque adiecit, ut nimirum Euphrosynam novercam aula expelleret ac in monasterium, ubi primum comam posuerat, reverti cogeret. fuit illa quam Michaelis alteram coniugem tradidit a nobis contexta historia; nec quae inter narrandum illic dicta sunt chirographa ac sacramenta, ipsa nihil sancte ac religiose facta, commodi aliquid attulerunt. cur vero non attulerunt? quod non spe in deo collocata uxorem duxerat (alioqui legitimo toro copulandam duxisset, non quae iam Christo se voto obstrinxisset) sed in sua audacia inque magnis illis sacramentis, et quae a deo omnes procul abduxere.

2. Ac quidem in eum se modum habuerunt Theophili exordia. ad sequentia quod attinet, iustitiae severus cultor exstitit, cunctisque malis sui terrorem, bonis admirationem iniecit, his quidem, quod malis infestus iustusque erat, illis, quod gravem atque austerum praeferebat. sed

των καθαρεύειν τῶν πονηρῶν. καὶ διὰ τοῦτο εἴχετο μὲν τῆς ἐπὶ θεὸν καὶ τὴν τούτου πάναγνον μητέρα, ὡς ἔλεγε, πίστεως, εἴχετο δὲ καὶ τῆς πατροπαραδότου μιαρᾶς τῶν εἰκονομάχων αἱρέσεως, καὶ ταύτῃ γε δὴ τὸν εὐσεβῆ καὶ πανάγιον λαὸν ἐτάραττέ τε καὶ P 55 πολυειδέσιν ἐδίδου κακώσεσι, πάντα τὸν τῆς βασιλείας αὐτοῦ χρόνον ἠρεμῆσαι μὴ συγχωρήσας, οἷς οὐδὲ τὰς ἐν πολέμοις ἀνδραγαθίας καταλλήλως ἐλάμβανεν, ἀλλ' ἡττητό τε ἀεὶ καὶ οὐ κατὰ βασιλέα ὑπέστρεφεν.

3. Τοιγαροῦν ἐχόμενος τῆς δικαιοσύνης, οὐ μὴν δὲ καὶ τῆς πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ μητέρα πίστεώς τε καὶ προθυμίας, ἀπῄει ἔφιππος διὰ τῆς κατὰ τὴν μέσην πλατείας καὶ λεωφόρου πρὸς τὸν ἐν Βλαχέρναις θεῖον ναὸν ἑκάστῃ ἑβδομάδι, ὑπὸ τῶν δορυφόρων παραπεμπόμενος. ἀπῄει δὲ πᾶσι μέν, πρὸ παντὸς δὲ τοῖς ἀδικουμένοις διδοὺς ἑαυτόν, ὡς ἂν ἔχοιεν τὰ αὐτῶν ἐκτραγῳδεῖν ἀδική- B ματα καὶ μὴ παρά τινων κακοποιῶν κωλύοιντο ὑφορωμένων τὴν ἔκτισιν, δεύτερον δὲ ἵνα διὰ τὴν ἀγορὰν διερχόμενος θεατὴς γίνοιτο τῶν ὠνίων· ὅθεν ἑκάστου τῶν πιπρασκομένων ὅσου πωλεῖται κατὰ τὴν ἀγορὰν ἠρώτα, οὐκ ἐν παρέργῳ τοῦτο ποιῶν ἀλλὰ καὶ λίαν ἐνεργῶς τε καὶ ἐπιμόνως, οὐδ' ἐνὶ τοῦτο εἴδει ἀλλὰ παντὶ μὲν τῷ τρέφειν ἄνθρωπον δυναμένῳ, εἴτ' οὖν ἐσθιόμενον εἴτ' οὖν καὶ πινόμενον, παντὶ δὲ τῷ περιθάλπειν καὶ εἰς ἀμφίασιν τελοῦντι, καὶ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς κατὰ τὴν ἀγορὰν προκειμένοις τῶν βουλομένων ἐξωνήσει. διά τοι τοῦτο οὐδὲ ῥᾳδίως ἂν εἶδέν τις αὐτὸν ἐξ- C

17 ἕκαστον?

non potuit omnibus vitiis carere. quamobrem fidei quidem in deum inque eius castissimam matrem, uti aiebat, sancte adhaerebat: sed et impurae venerabiles imagines impugnantium haeresi a maioribus acceptae addictus erat, eaque ratione religiosam sanctamque turbavit plebem variique generis malis afflixit, nec quandiu imperii habenas moderatus est, quiete eam agere permisit. unde etiam congruentem hanc a deo mercedem rettulit, ut nihil praeclari facinoris in bellis ediderit, sed victus semper, nec ut decet imperatorem exque maiestate domum redierit.

3. Qui ergo studiosus iustitiae esset, ergaque sanctam dei matrem fidem suam ac alacritatem probaret, per singulas hebdomadas via publica stipante satellitio ad divinam Blachernensem aedem equo procedebat. huius autem pompae ea ratio erat, ut se omnibus, iis maxime qui ulla iniuria afficerentur, ipsorum auditurus querelas, in conspectum daret, nec ullus maleficus poenam ab eo irrogandam timens accessum prohiberet. simul etiam ut per forum equitans res venales inspiceret. omnium itaque in foro venalium pretium exquirebat; neque vero obiter rem praestabat, sed operose admodum ac morose, nec in uno duntaxat mercium genere, sed in omnibus esculentis sive etiam potulentis, vestibus item ac operimentis; quicquid denique in foro mercium prostabat. quamobrem vix unquam solenni imperatorum more pompa procedere

ἐληλυθότα εἰς πρόκενσον, πολλὴν ἐνδεικνύμενον σπουδὴν πρὸς τὰ κοινά τε καὶ ἐπιμέλειαν νῦν μὲν ἐν κριτηρίοις, νῦν δέ, ὡς εἴρηται, κατὰ τὰς προόδους τῆς ἑβδομάδος.

4. Ὅθεν ἐπεί τινα τῶν ὀφθαλμῶν ἑστίασιν τὰ πρὸ τῆς πόλεως ἔχοντα ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον εἰς ἑαυτὰ καλοῦσι τοὺς βασιλεῖς, τὰ πρὸς τὴν θάλασσαν τοῦ παλατίου τείχη τῶν ἀρχαίων θεμελίων οὗτος παρεκβαλών, καὶ πρὸς τὰ ἡλιακά, ἔνθα πρότερον κινστέρ-
D νης οὔσης συνέβη βασιλικὸν ἀποπνιγῆναι υἱόν, παραδείσους ἐργασάμενος, ἐκεῖθεν τὸ λεῖπον ἀνεπλήρου καὶ ἑαυτὸν ἔτερπε τούτοις καὶ ἐψυχαγώγει, ὡς τὸ εἰκός. καί ποτε τούτου ἐκεῖσε ἐνδιατρίβοντος, εἴτε δὴ καὶ δειπνοῦντος, ὡς λόγος, συνέβη ναῦν τινὰ μυριοφόρον ἐξ οὐρίας πλέουσαν ἀναπεπταμένοις δὴ τοῖς ἱστίοις τῷ μεγέθει τὸν λιμένα κατασκιάσαι καὶ τὸν βασιλέα εἰς θάμβος ἐπαγαγεῖν. ἐπύθετο οὖν αὐτίκα τίνος τε ἡ ὁλκὰς εἴη καὶ ὅ τι φέροι τῶν ἐδωδίμων. ὡς δὲ τῆς Αὐγούστης ἤκουσεν καὶ λαθεῖν τοῦτο οὐκ ἦν, τότε μὲν ἐφησυχάσαι λέγεται καὶ διαπέμψαι τὸν καιρὸν μέχρι τῆς ἧς εἰώθει ἡμέρας κατὰ τὰς Βλαχέρνας ἰέναι. ἐπεὶ δ' ἥ τε ἡμέρα παρῆν καὶ ὁ τοῦ πλοίου ὅρμος δῆλος ὑπῆρχε τῷ βασιλεῖ ἀναμαθόντι διά τινος, τῆς εἰς τὸ πλοῖον φερούσης ἀπήρχετο
P 56 ὁδοῦ· ἦν δὲ κατὰ τὸν Βόσπορον. καὶ ἐπείπερ παραγενόμενος παρὰ τὴν πρύμναν ἔστη τῆς νεὼς ἀκολουθούσης τῆς τάξεως, ἠρώτα τὴν σύγκλητον οὐχ ἅπαξ δὴ μόνον ἀλλὰ καὶ δὶς καὶ τρίς, ὅτου

13 λιμένα Combefisius, λειμῶνα P

visus est, qui procurandae rei publicae magnam diligentiam ac curam haberet, nunc pro tribunali sedens, nunc singulis septimanis, uti dictum est, in publicum procedens.

4. Unde quia suburbana quaedam aspectu iucunda atque amoena haud raro principum animos ad se pelliciunt, ipse muros palatii ad mare vergentes ab antiquis fundamentis diruens, et ad solaria (ubi prius cum lacus esset, imperatoris filium aquis suffocari contigerat) hortos faciens, inde levamen aliquod animo quaerebat, seque his, ut par est, oblectabat. illic quandoque versante Theophilo, sive etiam, ut fama est, cenante, contigit navim quandam onerariam praegrandem pansis velis, secundo vento appulsam, ingenti mole umbra portum obtegere ac imperatorem in stuporem agere. percontabatur igitur statim, cuiusnam illa esset quidve annonarum adveheret. ubi porro Augustae esse audivit, resque notior erat quam ut latere posset, tunc quidem siluisse aiunt, diemque exspectasse quo ipsi moris erat Blachernas procedere. cumque dies appetiisset, atque ubi navis statio esset ex quodam didicisset, versus eam contendit iter, ad Bosporum scilicet. veniens itaque stipatus obsequio, et ad puppim positus, senatum rogavit, neque id semel sed iterum atque tertio, num quid alicui deesset eorum quae in usum fami-

δή τις ἔχοι χρείαν τῶν ἐδωδίμων, σίτου ἢ οἴνου ἢ τινος ἄλλου τῶν κατ᾽ οἶκον ἀναλισκομένων. ὡς δὲ πολλάκις ἐρωτηθέντες μόλις ἅπαξ ἀπεκρίθησαν μηδενὸς λείπεσθαι μέχρι τῆς σῆς εὐμοιροῦμεν δεσποτείας τε καὶ βασιλείας, καὶ προστιθέντων μηδὲν εἰδέναι τῶν ὧν ἐρωτώμεθα, "ἀλλ᾽ οὐκ ἴστε" ἔφησεν "ὅτι με ὑπὸ θεοῦ βασιλέα γενόμενον ἡ Αὐγούστα καὶ σύμβιος ναύκληρόν με εἰργάσατο; καὶ τίς πώποτε, μετὰ πικρίας λέγων τοῦτο ψυχῆς, βασιλέα Ῥω- B μαίων ἢ τὴν αὐτοῦ γαμετὴν ἔμπορον ἐθεάσατο;" καὶ ἐπὶ τούτῳ ἀναπολογήτων μενόντων, ἐκέλευσεν αὐθωρὸν μόνους ἐξιόντας τοὺς ἀνθρώπους τὴν ναῦν ἐκείνην παραδοῦναι πυρὶ αὐταῖς ἀγκύραις καὶ ἱστίοις καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ἀγωγίμοις, πολλὰ κατειπὼν ὕστερον καὶ παντοίαις ὕβρεσι τὴν δέσποιναν περιβαλών, ὡς καὶ αὐτῆς ἐπαπειλῆσαι ἐξαγαγεῖν τῆς ζωῆς, εἴγε δὴ ἔκτοτε τοιοῦτόν τι ποιοῦσα φωραθείη.

5. Ἀλλὰ πατρίδα μὲν ἡ Θεοδώρα (τοῦτο γὰρ ὄνομα τῇ Αὐγούστῃ) Παφλαγονίαν ἐσέμνυνεν, καὶ χωρίον Ἔβισσαν, γεννήτορα δὲ Μαρῖνον οὐκ ἄσημόν τινα ἢ ἰδιώτην τὴν τύχην, δρουγγάριον δὲ ἢ τουρμάρχην κατά τινας, καὶ μητέρα Θεοκτίστην τὴν οὕτω C Φλωρίναν κατονομαζομένην, ἀμφοτέρους εὐσεβείᾳ ἐντεθραμμένους καὶ τὴν τῶν σεπτῶν εἰκόνων προσκύνησιν οὐκ ἐξαρνουμένους μέν, ὡς κατ᾽ ἐκεῖνο πάντες καιροῦ, ἀσπαζομένους δὲ καὶ ἐνστερνιζομένους ὑπερφυῶς. ἀλλ᾽ ἡ μὲν Θεοδώρα διαδήματι βασιλείας πάλαι

4 μηδὲ P   7 λέγω?   19 ἐκτεθραμμένους P

hae cedunt ac annonae sunt, triticum scilicet et vinum aliudve edulium. cumque saepius rogati vix tandem respondissent nullius se egere quandiu illo rerum domino ac imperatore feliciter gauderent, ac se penitus quo spectaret illa interrogatio nescire addidissent, "at nescitis" inquit "me, qui dei nutu ac voluntate imperator existam, ab Augusta ac coniuge nauclerum factum esse?" additque indignabundus "num quis unquam imperatorem Romanum eiusve coniugem mercaturam exercere vidit?" tuncque adeo cum nemo responsum daret, egressis duntaxat viris qui in navi erant, eam confestim cum ancoris et velis, ac quicquid mercium erat, igni succendit, multum postea vituperans, nulloque non convicio dominam onerans, ac vel necem minitans, si porro eiusmodi aliquid factitare unquam deprehenderetur.

5. Ceterum Theodora (hoc enim Augustae nomen) Paphlagoniam patriam honestabat, oppidum Ebissam: parentes Marinum patrem, virum non obscurum aut privatae sortis hominem, sed qui drungarius exstiterit vel (ut aliis placet) tribunus: matrem habuit Theoctistam cognomento Florinam, ambos piis moribus rectaque in fide educatos, ac qui venerabilium imaginum cultum, pro omnium eius aetatis hominum genio atque haeresi, minime abnegassent, sed ardentissimo eas studio oris manusque et sinus amplexu venerarentur. porro Theodora regia pridem ex impe-

δὴ κατέστεπτο, καὶ ἡ αὐτῆς μήτηρ Θεοκτίστη ζωστή τε καὶ πατρικία τετίμητο. αὕτη δὴ οὖν ἡ Θεοκτίστη κατὰ τὸν ἑαυτῆς οἶκον, ἔνθα δὴ ἡ τῶν Γαστρίων μονὴ τὴν πῆξιν ἔχει τὰ νῦν καὶ ἵδρυσιν D (ἣν δὲ τοῦτον ἐξ ἐκείνου τοῦ πατρικίου ἐξωνησαμένη Νικήτα), τὰς τῆς Θεοδώρας θυγατέρας μετακαλουμένη (πέντε δὲ ἦσαν τὸν ἀριθμόν, ἥ τε Θέκλα καὶ Ἄννα Ἀναστασία τε καὶ Πουλχερία καὶ ἡ Μαρία) ἄλλαις τε δωρεαῖς αἷς ὑπάγεσθαι τὸ θῆλυ πέφυκεν ἐδεξιοῦτο, καὶ ἰδίᾳ παραλαμβάνουσα οὐ μαλακίζεσθαι οὐδὲ μένειν θηλείας ὅπερ ἦσαν ἐξελιπάρει καὶ καθικέτευεν, ἀνδρίζεσθαι δὲ καὶ τῆς μητρῴας θηλῆς ἄξια διανοεῖσθαι καὶ πρέποντα, τὴν πατρῴαν μὲν αἵρεσιν ἀπορριπιζομένας, καταφιλούσας δὲ καὶ κατασπαζομένας τὰς τῶν σεπτῶν εἰκόνων μορφάς. καὶ ἅμα ταύτας εἰς χεῖρας ἐμβάλλουσα (ἐφυλάττοντο δὲ αὐτῇ ἔν τινι κιβωτίῳ), τῷ P 57 προσώπῳ καὶ τοῖς χείλεσιν ἐπιτιθεμένη ἡγίαζέν τε αὐτὰς καὶ πρὸς τὸ ἐκείνων φίλτρον διήγειρεν. τοῦτο οὖν ἐνδελεχῶς ποιοῦσα καὶ ταῖς ἐγγόνοις τὸ περὶ τὰς εἰκόνας φίλτρον ἀναζωπυροῦσα οὐκ ἔλαθε τὸν Θεόφιλον, πυνθανόμενον "ὅ τι τε αὐταῖς παρὰ τῆς μάμμης δεδώρηται καὶ ὅ τι χάριτος ἐξείργασται ἄξιον. αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι τούτου τὰς πεύσεις ἀγαθὰ φρονοῦσαι ὥσπερ τινὰς λαβὰς ἐρρωμένως παρέτρεχον· ἡ δὲ Πουλχερία ἅτε ἡλικίᾳ καὶ νῷ νηπιάζουσα τάς τε φιλοφροσύνας ἔλεγε καὶ τὸ πλῆθος τῶν ὀπωρῶν, συνηρίθμει δὲ καὶ τὴν τῶν σεπτῶν εἰκόνων προσκύνησιν, οὕτω δὴ B ἁπαλὰ φρονοῦσα καὶ λέγουσα ὡς νινία πολλὰ εἴη αὐτῇ κατὰ τὸ

ratorum more corona donata, mater quoque Theoctista zostae quam vocant (id est cingulo donatae) ac patriciae dignitatem consecuta erat. ibi itaque Theoctista in domum suam, quam eo loco sitam habebat ubi modo Gastriorum exstructum monasterium est, exque Niceta patricio emerat, Theodorae filias invitans (quinque illae numero erant, Thecla et Anna Anastasiaque et Pulcheria et Maria) cum aliis munusculis, quibus demulceri hic sexus solet, blandiebatur, tum seorsum assumens hortabatur ut supra sexum suum saperent animosque viriles ac materno lacte dignos assumerent, abominantes paternam haeresim sacrasque venerabilium imaginum amplexantes ac exosculantes effigies; simulque in manus assumens, quippe quas in cistá quadam repositas habebat, vultui labiisque admovens puellas sanctificabat, inque earum amorem illas excitabat. hoc illa cum identidem factitaret, ardensque erga imagines desiderium neptibus frequens accenderet, non fefellit res Theophilum. is enim aliquando cum filias interrogaret quid ex avia munerum accepissent, quidve humanioris officii blanditiarumque in eas collatum esset, reliquis interrogationem eius tanquam muscipulam solerti animo constanter declinantibus, Pulcheria non magis aetate quam sensu immatura, quam blande tractatae essent referre, ac quam variis pomis donatae, unaque venerabilium imaginum venerationem adiungere, atque ita rem

κιβώτιον καὶ ταῦτα τῇ κεφαλῇ τε καὶ τοῖς προσώποις ἐπιτίθησι μετὰ τὰ φιλήματα. ταῦτα γοῦν τὸν βασιλέα εἰς μανίαν ἦγεν ὑπολαλούμενα. ἀλλὰ πρᾶξαι μέν τι τῶν δριμυτέρων ἢ πικροτέρων εἰς αὐτὴν ἐκώλυε τοῦτον τό τε τῆς γυναικὸς αἰδέσιμον καὶ ἡ εὐλάβεια, καὶ ἡ παρρησία δὲ πρὸς τούτοις οὐκ ἔλαττον (καὶ γὰρ ἦν τοῦτον ἀριδήλως σκώπτουσα καὶ διελέγχουσα ἐπί τε τοῖς καθ' ἡμέραν τῶν ὁμολογητῶν διωγμοῖς καὶ τῇ δηλωθείσῃ αἱρέσει, καὶ μόνη μικροῦ φανερὰν ποιοῦσα τὴν πρὸς αὐτὸν τῶν πάντων ἀπέχθειαν), ἀπέτεμνεν δὲ μόνον τὴν πρὸς αὐτὴν τῶν τούτου θυγατέρων ἄφιξιν, καὶ διεκώλυε γίνεσθαι συνεχῆ.

6. Τούτοις ἀδελφὰ καὶ τῇ βασιλίδι Θεοδώρᾳ συμβέβηκεν. C ὑπῆρχέ τι τῷ βασιλεῖ παρακεκομμένον ἀνδράριον, τοῦ Ὁμηρικοῦ Θερσίτου διενηνοχὸς κατ' οὐδέν· Δένδερις ὄνομα τούτῳ, ἄσημά τε φθεγγόμενος καὶ γέλωτας κινῶν καὶ θυμηδίας ἕνεκεν τοῖς βασιλείοις ἐνδιαιτώμενος. οὗτος γοῦν εἰσπηδήσας ποτὲ κατὰ τὸν τῆς βασιλίσσης κοιτωνίσκον κατέλαβεν αὐτὴν θείας εἰκόνας περιειλημμένην καὶ τοῖς ἑαυτῆς ὄμμασιν μετὰ σπουδῆς προσάγουσαν. ταύτας ὑπ' ὄψιν ἰδὼν οὗτος ὁ παραπαίων τί τε εἰσὶν ἐπυνθάνετο, καὶ πλησιέστερον διέβαινεν. ἡ δὲ "τὰ καλά μου" ἔφησεν οὕτως ἀγροικικῶς "νινία· καὶ ἀγαπῶ ταῦτα πολλά." κατὰ τὴν τράπεζαν τηνικαῦτα εἱστιᾶτο ὁ βασιλεύς, καὶ δὴ πρὸς αὐτὸν εὐθὺς D διαβάντος ἤρετο αὐτὸν ὅποι ποτὲ ἐτύγχανεν ὤν. ὁ δὲ παρὰ τὴν μάναν ἔφησεν εἶναι, τὴν Θεοδώραν οὕτω λέγων, καὶ θεάσασθαι ἐν αὐτῇ καλὰ νινία τοῦ προσκεφαλαίου ἐξαίρουσαν. συνῆκεν

simplici sensu verbisque narrare, plures illi in arca esse puppas, quas osculata vultui orique admoveret. ob quae furore percitus imperator est: ne quid tamen durius in socrum statueret, obstitit mulieris tum reverentia tum probitas ac religio. nec praeterea eius minor erat loquendi arguendique fiducia. etenim genero palam exprobrabat, ac propter quotidianas confessorum persecutiones eum arguebat; sola denique fere omnium in eum odia ipsi patefaciebat. unum duntaxat, ne aviam in posterum adirent, aut certe ne sic crebro, illis interdixit.

6. Geminum fere est quod Augustae obtigit. alebatur in aula delirus pumilio et Homerici Thersitae persimilis, Denderis nomine, impeditae linguae, risum movere aptus, ioci duntaxat causa in regiam adhibitus. is quandoque in Augustae sacrum cubiculum subito irrumpens ipsam sacras osculantem imagines easque oculis devote adhibentem offendit. has coram delirus homo intuitus interrogat quidnam essent, propiusque visurus accedit. ad quem Augusta, ita subrustice, "meae sunt pulcrae puppae, quas valde diligo." imperator tum mensae accumbebat; vidensque hominem ad se propere venientem, ex eo quaesivit ubinam fuisset. respondet ille apud manam (sic Theodoram appellans), vidisseque illam ex pulvinari pulcras puppas proferentem. intellexit itaque imperator,

οὖν ὁ βασιλεύς, καὶ πλήρης ὀργῆς γεγονώς, ὡς ἐξανέστη τῆς τραπέζης, πρὸς αὐτὴν ἀπῄει, ἄλλαις τε πολλαῖς ὑβρισίαις αὐτὴν ἐπαντλῶν καὶ εἰδώλων λάτριν ἀκολάστῳ γλώττῃ αὐτὴν ἀποκαλῶν, καὶ ἅμα διεξῄει τοὺς λόγους τοῦ παραπαίοντος. ἡ δὲ τέως μὲν τὸν θυμὸν καταστορεννύουσα "οὐ τοῦτό ἐστιν" ἐξ ἑτοίμου ἔλεγεν,
P 58 *ὦ βασιλεῦ, οὐ τοῦτο, ὡς ὑπείληφας σύ· τῷ δὲ κατόπτρῳ μου ἤμην ἀτενίζουσα μετὰ τῶν θεραπαινίδων, καὶ τὰς ἐκεῖσε τικτομένας ἰδὼν ὁ Δένδερις μορφὰς ἐλθὼν ἀπήγγειλεν ἀφρόνως τῷ δεσπότῃ καὶ βασιλεῖ." οὕτω μὲν οὖν ἐκείνου τέως κατέσβεσε τὸν θυμόν· τὸν Δένδεριν δὲ μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας παιδείᾳ καθυποβάλλουσα πέπεικε σωφρονεῖν, οὕτω πως λέγουσα ὡς μήποτε λέγειν περὶ τῶν καλῶν νινίων τινί. καί ποτε παρὰ πότον ἐγκαυχώμενος καὶ τῆς δεσποίνης κατεπαιρόμενος ὁ Θεόφιλος ἠρώτα τοῦτον περὶ αὐτῆς, εἰ πάλιν ἄρα τὰ καλὰ νινία ἡ μάνα ἀσπάζεται. ὁ δὲ τοῖς χείλεσι τὴν δεξιὰν χεῖρα ἐπιθεὶς καὶ τῇ ἀριστερᾷ τῶν ὄπισθεν με-*
B *ρῶν λαβόμενος "σίγα, σίγα περὶ τῶν νινίων" ἀντέφησεν, "βασιλεῦ." ταῦτα μὲν οὕτω.*

7. *Καί τινος δὲ κατὰ πόλεμον ἀνδραγαθιζομένου, χεῖρά τε νεανικὴν καὶ ἵππον ἔχοντος δεξιόν, συνέβη τούτου δὴ τὸν στρατηγόν, ὑφ' ὃν ἐτέλει ὁ στρατιώτης, ἔρωτι κατασχεθῆναι τοῦ ἵππου, ὑφ' οὗ ὁ ἄνθρωπος σέσωστο καὶ πολλάκις ἐκ θανάτου ἐρύετο. ἐπεὶ γοῦν τοῦτον πολλάκις ἐξαιτησάμενος πᾶσί τε τρόποις καὶ χάρισι (καὶ γὰρ ὑπισχνεῖτο πολλὰ διδόναι τῷ ἀνθρώπῳ) ἀπέτυχε τῆς αἰτήσεως, ἦγε δὲ καὶ βίαν ὁ στρατηγὸς καὶ οὐδ' οὕτως εἶχε*

plenusque ira, ut e mensa surrexit, ad eam vadit, multisque aliis conviciis compluens etiam idololatram effreni ore appellavit, deliri hominis sermones simul referens. at illa, mariti interim iram leniens, responso in promptu quaesito "non ita est" inquit "o imperator, non ita est ut tu suspicaris: sed cum in speculum una cum ancillis oculos ipsa intenderem, resultantes in eo formas contuitus Denderis, pictas imagines esse veniens domino ac imperatori insipienter nuntiavit." sic itaque eius interim iras exstinxit: Denderin vero paucis abhinc diebus castigans sapere deinceps docuit, ita insinuans "cave unquam de pulcris puppis ulli loquaris." adeoque cum Theophilus aliquando a potu iactabundus adversusque Augustam sese efferens de ea illum interrogaret, num iterum mana pulcras puppas exoscularetur, Denderis dextra manu ori imposita, ac sinistra posteriora tenens, "tace, tace de puppis," inquit, "o imperator." atque haec ita gesta sunt.

7. Porro cum miles quidam, vir in bello strenuus, manu forti atque equo agili praeditus esset, contigit ut dux, sub quo militabat, eius equi amore caperetur, quo is scilicet non raro incolumis elatus e praelio fuerat mortemque evaserat. cum ergo oblatis saepius precibus amplaque mercedis pollicitatione repulsam tamen pateretur, ac neque vim minas-

20. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος λόγος περὶ τοῦ Θεοφόβου (καλὸν γὰρ ἀμφοτέρους εἰρῆσθαι), μικρὸν μὲν κατὰ τὴν ἀρχὴν διενηνοχέναι δοκῶν, τἄλλα δὲ ὅμοια σώζων τῶν γεγραμμένων καὶ πάρισα· ἔστιν δὲ ὃς οὐκ ἀπὸ πρέσβεώς τινος τὴν νόθον σπορὰν δέξασθαι τοῦτόν φησιν, ἀλλὰ κατά τινα περιπέτειαν τῶν ἐν πολέμοις συμβαινόντων καὶ τὸν τούτου πατέρα, εἴτε βασιλεύοντα εἴτε καὶ βασιλέως ἐγγὺς ὄντα κατὰ συγγένειαν, φυγεῖν ἐκ Περσίδος καὶ πρὸς τὴν βασιλεύουσαν πένητα διαθλοῦντα βίον προσρυῆναι, κἀκεῖσε D καπηλίδι τινὶ γυναικῶν δουλεύοντα ὀψέ ποτε τῷ ταύτης ἔρωτι καὶ νομίμῳ συναφείᾳ τοῦτον ἐναποτεκεῖν. ἀλλ᾽ ὁ μὲν ἐξ ἀνθρώπων ἐγένετο, ἀστρονομίᾳ δέ τινι καὶ μαντείᾳ (καὶ γάρ φασι ταύτας τὰς ἐπιστήμας ἀκμάζειν ἔτι παρὰ Πέρσαις) μαθεῖν περὶ τοῦ Θεοφόβου, ζητοῦσιν αὐτοῖς εἴ ἐστι πού τις ἐκ βασιλικῆς φυλῆς καταγό-

corporisque notis propriis innotescebat, isque ille ipse esse agnoscebatur (ac nec ex vicinis quidem deerat qui feminam cum Persa rem habuisse testaretur, cum nihil occultum sit quod non tandem in vulgi notitiam veniat), se demum qui missi fuerant imperatori prodentes totam rei fabulam aperiunt, pacem foedera gentemque omnem subiectum ire polliciti, si modo Theophobum ipsis dedere non abnueret. gavisus promissis Theophilus, quodque rem niti veritate didicerat, morari Theophobum in aula illicque disciplinis imbui ac erudiri iubet.

20. Sed alia quoque de Theophobo fertur narratio, praestatque eam quoque referre. et videtur quidem haec a priori nonnihil differre, quod ad initia attinet; sequentibus tamen similis est atque eadem exhibet. sic ergo se illa habet, non ullius legati notham sobolem Theophobum esse, vel ea satum ratione quam prior ferebat narratio, sed belli quodam vario casu rerumque vicissitudine cogente eius quoque parentem, sive rex erat sive stirpis regiae, ex Perside fugisse, inque regia urbe pauperem tolerantem vitam civibus adhaesisse; atque illic tabernariae mulieris mancipatum obsequiis, post longos tandem annos, illius amore legitimoque copulatum coniugio hunc suscepisse, inque eum modum in vivis esse desiisse; quadam vero astronomia ac vaticinio (nam has artes etiamnum aiunt apud Persas vigere) didicisse de Theophobo, dum quaerunt an ullus uspiam regia stirpe illis satus exstet. cumque adeo ex-

μενος, καὶ ἐπείπερ ἔμαθον, σπουδῇ ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου θεῖν εἰς τὴν τοῦ ζητουμένου ἔρευναν. γνωστὸν οὕτως γενέσθαι τῷ P 70 *βασιλεῖ, καταληφθέντος αὐτοῦ. ἐπείπερ οὖν ἡ τούτου ἐμφάνεια καὶ κατὰ τὸν βίον παρουσία ἅπασιν ἐγνώσθη τοῖς κατὰ τὴν Περσίδα διὰ τῶν ὑποστρεψάντων ἀποστόλων, ἡδὺ πᾶσιν ἐφάνη καὶ ἐφετὸν τοῦ ἀπόστασίν τινα ἐννοῆσαι ἀπὸ τῶν τῆς Ἄγαρ, τῇ δὲ τῶν Ῥωμαίων ἀρχῇ προσχωρῆσαι, ὡς ἂν τοῦ κατὰ γένος ἀρχηγοῦ εὐμοιρήσειαν.* (21) *ἔτυχε δὲ ἄλλως ὁ τῶν Περσῶν ἀρχηγὸς Βάβεκ ἤδη πενταετίαν ἔχων ἐξ ἀμεραμνουνῇ ἀποστὰς καὶ πτέρναν ἐπάρας κατ' αὐτοῦ ἐν χιλιάσιν ἑπτά· ὃς καὶ πόθῳ πρὸς τὸν Θεόφοβον καὶ φόβῳ τῷ ἐξ οὗ ἀπέστη Ἀγαρηνοῦ πρὸς τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐπικράτειαν* B *κατὰ πόλιν Σινώπην ἔρχεται, καὶ τῷ βασιλεῖ ἑαυτόν τε καὶ τὸ ὅλον ἔθνος ὑπήκοον τέθεικεν. διά τοι τοῦτο τόν τε Θεόφοβον ὁ Θεόφιλος τιμῇ τῇ πατρικίων ἐναριθμεῖ, καὶ τῇ ἑαυτοῦ ἀδελφῇ πρὸς γάμον ἐκδίδωσι, συναρμόζεσθαί τε ἕκαστον τῶν Περσῶν νομοθετεῖ τοῖς Ῥωμαίοις καὶ κατ' ἐπιγαμίαν ἅπτεσθαί τε καὶ συνείρεσθαι, πολλοὺς τούτων τοῖς βασιλικοῖς ἐμπρέπειν ἀξιώμασι πεποιηκώς. ἀλλὰ καὶ κώδιξι στρατιωτικοῖς αὐτοὺς ἀναγράφεται, καὶ τάγμα οὕτως καλούμενον Περσικὸν ἐγκατέστησε, καὶ τοῖς κατὰ πόλεμον ἐξιοῦσι Ῥωμαίοις κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν ἐναριθμεῖσθαι προσέταξε.*

C 22. *Τούτοις γοῦν τεθαρρηκὼς ὁ Θεόφιλος, ἐπεὶ καὶ ἄλλως ᾔδει τούτους ἀνδραγαθιζομένους, εἰς πόλεμον κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν ἔξεισι καὶ τοῦ Ἰβραὴμ καθ' ἡμῶν, ὡς εἴρηται, ἐκστρατεύσαν-*

1 *ἐπὶ τὴν*] *τὴν ἐπὶ* P

stare didicissent, ad eum vestigandum Cpolim festine accurrisse; eoque deprehenso, sic imperatori rem innotuisse. cum itaque per nuntios in Persidem reversos cunctis per eam regionem innotuisset eum detectum vitaeque superstitem esse, gratum omnibus visum est ac expetendum Agarenorum iugum quovis modo excutere, Romanoque adiungi imperio, ut suae stirpis ducem liceret obtinere. (21) erat vero praeterea Persarum dux Babec nomine: is annos iam quinque ab ameramnune defecerat, inque eum cum septem milibus calcaneum levarat. is tum desiderio erga Theophobum tum Agareni metu, a quo defecerat, ad Romanorum ultro dicionem in urbem Sinopem concesserat, seque ipse ac totam gentem imperatori subiecerat. idcirco Theophilus tum patricia dignitate Theophobum auget suaeque sorori matrimonio iungit; tum lata lege Persis omnibus libera cum Romanis coniugia facit, et ut matrimoniorum cum eis foedera iungere liceat, multis eorum regiis honestatis dignitatibus, eorumque nominibus in militares codices relatis, sicque ex illis constituta legione quam Persicam vocant, Romanis adversus Agarenos ad bellum procedentibus eam connumerari iussit.

22. His ergo viris fretus Theophilus, quod et alias bello strenuos sciret, adversus Agarenos proficiscitur, cum et Ibraemus, uti dictum est,

τος. ἐπείπερ γοῦν ἐγγὺς ἀλλήλων ὅ τε τῶν Σαρακηνῶν ἀρχηγὸς ἐγεγόνει καὶ ὁ Θεόφιλος, ἔδει δὲ καὶ βουλῆς, ὁ μὲν Μανουὴλ οὐ δίκαιον ἔφησε βασιλέα Ῥωμαίων πρὸς ἀμεραμνουνῆ πολεμεῖν, ἀλλά τινα μέρος λαβόντα τῶν στρατιωτικῶν ἐξιέναι κατὰ πρόσωπον τῶν ἐχθρῶν, καὶ ἅμα μεθ' ἡμέραν τοῦτο ποιεῖν, ὁ Θεόφοβος δὲ εἶναι μὲν ἐπὶ παρατάξεως τὸν βασιλέα ἐβούλετο, νύκτωρ δὲ ἐπιτεθῆναι αὐτοῖς μετὰ τοῦ τῶν Περσῶν πεζικοῦ, καὶ ὅτε πάλιν δεήσειεν, ἐπικυκλῶσαι τὸ ἱππικόν. ἀλλ' οὐκ ἔπεισε τὸν βασιλέα, εἰπόντων πολλῶν, σφετεριζομένου τοῦ Θεοφόβου τὴν τῶν Ῥωμαίων δόξαν καὶ διὰ τοῦτο βουλομένου ἐν νυκτὶ πολεμεῖν· πλὴν ἔδοξεν εἰς τοὐμφανὲς μεθ' ἡμέραν συρρῆξαι τὸν πόλεμον. καὶ ὁ μὲν Ἰβραήμ, εἴτ' ἄλλως καταλαζονευόμενος εἴτε δὴ καὶ φόβῳ βασιλέως περιστοιχιζόμενος, μέρος λαβὼν τοῦ στρατοῦ ἀνεχώρησεν, Ἀβουχάζαρ δὲ πρὸς τὸν κατὰ βασιλέως πόλεμον μετὰ μυριάδων ὀκτὼ ἐξαπέστειλεν, οἳ καὶ καρτερῶς ἄγαν ἀνδρισαμένων ἀμφοτέρων ἐπὶ πολύ, τέλος ἐνδοῦναι τὰς σχολὰς μετὰ τοῦ δομεστίκου καὶ πρὸς φυγὴν τραπῆναι ἐξεβιάσαντο. ὅθεν ὁ βασιλεὺς μετὰ τῆς βασιλικῆς φάλαγγος καὶ δύο χιλιάδων Περσῶν, προσόντος τούτοις καὶ τοῦ Θεοφόβου, ἐπί τινος βουνοῦ σέσωστο, τὸν περὶ ψυχῆς κίνδυνον ὑφορώμενος. καὶ ἄχρι μὲν ἑσπέρας πολὺς ἦν ὁ περὶ αὐτὸν πόλεμος, τῶν μὲν ἐλπιζόντων τοῦτον ἐπὶ χεῖρας λαβεῖν, τῶν δὲ ἀνταμυνόντων καὶ μὴ προδοῦναι τοῦτον διακαρτερούντων.

(margin markers: D at "δεή-", P 71 at "δομεστί-")

9 ὡς σφ.?

etiam ipse in nos movisset. cum itaque ambae iam acies, ac tum Agarenorum princeps tum Theophilus in vicino essent, essetque res in deliberationem vocata, Manuelis ea sententia fuit, indignum videri Romanorum imperatorem cum ameramnune conserta acie pugnare; unum aliquem cum parte exercitus in eum immittendum, idque interdiu factitandum esse. contra Theophobus praesentem in acie imperatorem adesse suadebat; noctu tamen congrediendum, impressione facta per Persicas pedestres copias; ac tum postea cum necesse fuerit, equestres turmas praesto fore, quae hostilem exercitum essent conclusurae. verum non acquievit imperator, multis idcirco pugnam noctu conserendam suadere Theophobum dicentibus, ut sibi ipsi Romanorum vindicaret gloriam. aperto itaque Marte decretum ut cum hoste congrederentur. ceterum Ibraemus, incertum num arrogantia ductus an imperatoris metu conterritus, parte exercitus assumpta recessit, immisso Abuchazar cum octoginta milibus armatorum ad pugnam conserendam. diu utrinque fortiter dimicatum; tandem scholae cum domestico adversae aciei impetu coactae cedere ac fugam inire. hincque adeo imperator cum cohorte praetoria et duobus Persarum milibus, una etiam adiuncto Theophobo, in collem quendam saluti metuens evasit. acriter ad vesperam usque circa illum pugnatum, aliis capturos se imperatorem confidentibus, aliis ulciscen-

διὸ νυκτὸς ἄρτι γενομένης κρότοις χειρῶν τε καὶ ἀλαλαγμοῖς ἐχρῶντο οἱ μετὰ τοῦ βασιλέως, χαίρειν προσποιούμενοι, κιννύραις τε καὶ χορδαῖς καὶ ἄλλως βουκίνων φωναῖς τὸν αἰθέρα περιεδό-
B νουν, ἐλπίδας οὐ τὰς τυχούσας τοῖς ἐχθροῖς θέλοντες περιποιῆσαι. ὃ καὶ συνέβη· μίλια γὰρ ἓξ ὑποχωρῆσαι τούτους εἰς τοὐπίσω τινὰ κατορρωδοῦσι προσβολήν τε καὶ κύκλωσιν προσεγένετο. ὅθεν ἀδείας τυχόντες μικρᾶς οἱ περὶ τὸν βασιλέα, πόρρω που νυκτῶν φυγῇ χρησάμενοι τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύσαντο, καὶ πρὸς τῷ καταπροδόντι τοῦτον στρατεύματι καὶ τὰ νῶτα δόντι τοῖς ἐχθροῖς διεσώθησαν. μέμψεσι μὲν οὖν πολλαῖς ὁ βασιλεὺς τὸ προδεδωκὸς στράτευμα καθυπέβαλεν, χάρισι δὲ καὶ τιμαῖς διαφερόντως τοὺς περὶ τὸν Θεόφοβον ἐγέραιρεν. ὅθεν οἱ Πέρσαι ἔρωτι διαπύρῳ
C πρὸς τὸν Θεόφοβον ἐξεκαίοντο, καὶ θυμηδίᾳ τινὶ ἀρρήτῳ ἀναθαρρυνόμενοι μετ' αὐτοῦ τὸν κατ' Ἀγαρηνῶν ὑποδύεσθαι πόλεμον ἐλιτάνευον, καὶ τρέπειν τούτους ἐξ ἀηττήτου δυνάμεως ἐβεβαίουν· διὸ καὶ ὁ βασιλεὺς ἡγεμονεύειν αὐτῶν ἐβούλετο τὸν Θεόφοβον.

23. Τῷ δ' ἐπιόντι ἐνιαυτῷ ἔξεισι πάλιν μετὰ δυνάμεως ὁ Θεόφιλος, καὶ κατὰ τὸ Χαρσιανὸν πολλὰ ἐκ τῆς προτέρας νίκης τῶν Ἰσμαηλιτῶν ἀπαυθαδιαζομένων καὶ ἀλαζονευομένων, τούτοις συμπλακεὶς πολλούς τε χειροῦται τούτων, καὶ λείαν λαμβάνει ὡς τῶν πέντε καὶ εἴκοσι ἄχρι χιλιάδων, καὶ μετὰ νίκης λαμπρᾶς πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἐπανέρχεται. ἔτυχε γοῦν τις τῶν ἐπὶ χειρῶν
D εὐφυΐᾳ ὀνομαστῶν αἰχμάλωτον ληφθῆναι Ἀγαρηνῶν. τούτῳ με-

tibus nec eum prodere sustinentibus. nocte itaque superveniente, qui cum imperatore erant, simulata gaudii specie perstrepere manibus, conclamare, cinnyris, chordis, aliasque buccinarum sonitu aerem strepitu implere; quo nimirum ingentes sibi auctas spes novique subsidii opinionem conterrendis hostium animis ingererent. quod et ita contigit. hoc enim ipsum illi suspicantes, ac ne in ipsos hostes irrumperent ab eisque circundarentur, ad sex milia passuum recessere. imperator cum suis aliquantum periculo sublevatus fuga salutem expedivit, et ad exercitum qui prodiderat ac turpiter terga dederat incolumis evadit. ac quidem proditorem exercitum imperator acrius obiurgat, summam vero Theophobo suisque gratiam habet, praemiisque ac honoribus magnifice accepit. hinc Persae ferventi in Theophobum amore incensi, incredibilique gaudio animati, uno illo duce Agarenorum sibi bellum concredi postulant, invictaque animi vi certam sibi compressis hostibus pollicentur victoriam. quamobrem etiam imperator Theophobum Persarum ducem fore decrevit.

23. Insequenti anno Theophilus rursus copias adversus Ismaelitas educit, ac cum eis ex superiori victoria elatis ac ferocientibus ad Charsianum congressus, multis eorum subiugatis, captivos ad viginta supra quinque milia abducit; illustrique potitus praeda ad urbem Augustam redit. inter captivos Agarenos nonnemo fuit manuum agilitate celebri

γύλας τὰς κατὰ πόλεμον ἀρετὰς δι᾽ ἐγγράφων ἐγκωμίων ὁ τῶν σχολῶν προεστὼς ἐμαρτύρει, καὶ ἐβεβαίου ὡς εἴη τε δεξιὸς περὶ τὴν ἱππασίαν καὶ τὴν τοῦ σώματος ῥώμην γενναῖος, καὶ ὅτι δυσὶ δόρασι χρώμενος περὶ τὴν ἱππασίαν [μὲν] ἐντέχνως ἄγαν καὶ εὐφυῶς πρὸς τοὺς κατ᾽ αὐτοῦ διαβαίνει. ἐπεὶ γοῦν ἐν τῷ τῶν ἵππων ἁμιλλητηρίῳ ὁ τοῦ δομεστίκου θρίαμβος ἐτελεῖτο, προηγεῖτο δὲ οὗτος τῷ τοῦ σώματος μεγέθει καὶ τῷ τῆς ψυχῆς ἀναστήματι τοὺς περὶ αὐτοῦ λόγους ἐπισφραγίζων, ἐκέλευσέ πως ἰδὼν ὁ βασιλεύς, καὶ τοῖς ἐπαίνοις κλαπείς, ἵππον τε τὸν ἄνδρα ἐπιβῆναι καὶ P 72
δόρατα λαβόντα δύο τὴν εὐφυΐαν τούτου καὶ ἀριστείαν ἁπάσῃ τῇ πόλει ἐνδείξασθαι. καὶ δὴ τούτου γενομένου καὶ τοῖς ἀπειροτέροις τέρψιν παρέχοντος τῇ ὁράσει, Θεόδωρος ὁ Κρατερὸς οὕτω λεγόμενος, ὁ καὶ μετὰ βραχὺ ἀρχηγὸς τῆς τῶν ἁγίων μβ´ μαρτύρων φάλαγγος γεγονώς, πλησιάζων τῷ βασιλεῖ ἐξεμυκτήριζε τὸν Ἀγαρηνόν, ἀνδρεῖον οὐδὲν φάσκων οὐδὲ καταπληκτικὸν ἐνδεικνύμενον. ᾧ καὶ χαλεπήνας ὁ βασιλεὺς "ἀλλὰ δι᾽ ἰσχύος ἔχεις αὐτός, ὦ θηλυδρία καὶ ἄνανδρε, τοιοῦτόν τι ἐργάσασθαι;" καὶ ὃς αὐτίκα "δύο μέν, βασιλεῦ, μὴ μαθὼν οὐδὲ μεταχειρίσασθαι δόρατα δύναμαι· οὐδὲ γὰρ ἐν πολέμῳ τοιαύτης χρεία ἀδολεσχίας· ἑνὶ δὲ B
δόρατι χρώμενος τὴν εἰς θεὸν πεποίθησιν ἔχω βεβαίαν ὡς κρημνίσω τε τοῦτον καὶ τοῦ ἵππου καταβαλῶ." τὴν παρρησίαν γοῦν μὴ φέρων ὁ βασιλεὺς ἦ μὴν ἔφησε, κατὰ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ τὸν ὅρκον ἐπαγαγών, θανάτῳ παραδοῦναι τὸν ἅγιον, εἰ μὴ τοὺς λό-

hunc scholarum praeses bellica virtute eximium, eius scripto consignatis laudibus, perhibebat; asserebatque equitandi arte praeclare industrium ac corporis robore strenuum, eiusmodi denique qui in equis duplici solerter hasta hostem aggrederetur. quod igitur in circo domestici triumphus agebatur, inter captivos primo is loco incedebat, corporis ipsa proceritate animique superbia ac celsitate de ipso sparsum rumorem confirmans. videns itaque imperator, eiusque celebri fama motus, conscenso equo duplicique arrepta hasta artis suae ac solertiae specimen spectante coram tota civitate exhibere iubet. id cum fieret et rei spectaculum imperitiores afficeret, Theodorus cognomento Craterus (is qui non multo post sanctorum quadraginta duorum martyrum cohortis dux exstitit) ad imperatorem accedens Agarenum subsannare, nihilque eum quod fortis animi sit quodve stuporem iniicere debeat ea molitione praestare etiam atque etiam asserere. ad quem indignabundus imperator "num vero, effeminate tu et evirate, eiusmodi aliquid, qua polles fortitudine, possis praestare?" contra Craterus "duabus quidem hastis, o imperator, nec didici nec uti valeo: nam nec nugarum eiusmodi usus aliquis in bello existit: una vero arrepta, dei fretus auxilio, equo deiectum iri hominem ac excussum prorsus confido." tunc imperator dicendi illam libertatem non ferens, per caput suum iurare Cratero, se ei vitam erepturum, nisi

γους ὄντως εἰς ἔργον ἀγάγοιεν. ἵππον οὖν ἀναβὰς ὁ Θεόδωρος καὶ δόρυ λαβὼν ἐν χεροῖν θᾶττον ἢ λόγος ἐν οὐ πολλαῖς περιόδοις τὸν Σαρακηνὸν κατεκρήμνισε, καὶ μέγα τούτῳ φρονεῖν δέδωκεν οὐδα- C μῶς. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ᾐσχύνθη ἅτε δὴ καταβεβλημένον ἰδὼν τὸν Σαρακηνὸν ὑπ᾽ ἀνδρὸς εὐνούχου καὶ οὐ γενναίου τινός, πανοῦργος δὲ τέως ὢν καὶ τὴν ἀρετὴν αἰδούμενος τοῦ ἀνδρὸς ἐφιλοφρονήσατο μὲν λόγοις αὐτόν, στολάς τε καὶ περιβολὰς αὐτῷ τὴν πολιτείαν αἰδούμενος ἐδωρήσατο.

24. Ἄρτι δὲ πάλιν τοῦ ἔαρος ἱσταμένου καὶ τοὺς μαχητὰς κατ᾽ ἀλλήλων ὁπλίζοντος, ὁ Θεόφιλος δύναμιν πολλὴν ἠθροικὼς κατὰ τῶν Σαρακηνῶν ἔξεισι, καὶ τὸν ὅσιον Μεθόδιον τῆς εἱρκτῆς ἀναρρυσάμενος καὶ μεθ᾽ ἑαυτοῦ ἐπαγόμενος, οὐ νῦν μόνον καὶ πρῶτον ἀλλ᾽ ἀεὶ τοῦτο ποιῶν καὶ πλησίον που ἔχων αὐτόν, εἴτε D τοῦ ἀσαφῆ ἕνεκεν καὶ πολλοῖς ἄγνωστα διαλύειν καὶ γνώριμα τούτῳ ποιεῖν διὰ τὴν ἐνυπάρχουσαν αὐτῷ σοφίαν (καὶ γὰρ ἐτύγχανε τῶν ἀποκρυφῶν ἄγαν ζητητικὸς ὁ Θεόφιλος), εἴτε δή τινας ἐπαναστάσεις φυλαττόμενος παρ᾽ αὐτοῦ παθεῖν διὰ τὸν κατὰ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων πόλεμον. οὐ μικρῶς γὰρ ἐδόκει τιμᾶν τὸν ἄνδρα καὶ σέβεσθαι τὸ τῆς πολιτείας ἔκκριτον καὶ φιλόθεον· διά τοι τοῦτο ἄγειν μεθ᾽ ἑαυτοῦ ἀλλ᾽ οὐ κατόπιν ἀπολιμπάνειν ἐφαίνετο τούτῳ σεμνόν. καὶ δῆτα προσπεσόντων ἀλλήλοις τῶν στρατευμάτων, καὶ τῶν Ἰσμαηλιτῶν καθυπερτερούντων, συνέβη τὸν

1 ἀγάγοι? 12 καὶ πρῶτον] δὲ πρ. P

re ipsa quod verbis iactaverat impleret. mox ergo Theodorus conscenso equo arreptaque hasta manum conserens, dicto citius nec longo ambitu, Agarenum equo datum praecipitem altum sapere non sivit. puduit imperatorem, dum non a viro quodam magnifice strenuo, sed ab evirato prostratum Saracenum vidit. interim tamen, callido vafroque consilio, virique virtutem reveritus, amice verbis accipit, donatque vestibus honoris causa, civium animos offendere veritus, si quid homine aliter uteretur.

24. Iam vero rursum vere appetente ac bellatores viros inter se committente, Theophilus ingentibus contractis copiis contra Saracenos proficiscitur, educto e carcere sibique adiuncto sancto Methodio. neque vero tunc primum fecit, sed et semper factitabat, penes se virum habens, sive ut eius sapientiae vi obscura vulgoque ignota dissolveret eaque ipsi aperiret (erat enim Theophilus abstrusarum rerum operosus investigator), sive id cavens, ne quas is turbas se absente ob sacrarum imaginum amolitionem in urbe excitaret. praecipui enim civium, inque eis viri religiosi, Methodium pluris faciebant eumque impense colebant. idcirco una secum adducere, non post se relinquere, ex officii ratione Theophilo videbatur. itaque commissa utrinque acie ac Ismaelitis su-

βασιλέα πως περικυκλωθέντα ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν κινδυνεύειν περὶ ψυχῆς, ὅτε δὴ καὶ Μανουὴλ ὁ στρατηγέτης δεινὸν ἡγησάμενος καὶ πέρα τοῦτο δεινὸν δορυάλωτον βασιλέα γενέσθαι, τοὺς περὶ P 73
αὐτὸν ἀναθαρρύνας καὶ "ὦ ἄνδρες" εἰπών, "τὰς μελίσσας αἰδεῖσθε, αἳ τοῦ βασιλέως κατόπιν τῷ φίλτρῳ βαλλόμεναι πέτανται," εἰσῄει ὥσπερ τις λέων περὶ τῶν τέκνων βαλλόμενος, τὸν βασιλέα ζητῶν. ὡς δ' εὗρεν ἀποκαμόντα καὶ τὴν σωτηρίαν μὲν ὑπὸ δειλίας ἀπογνόντα, προφασιζόμενον δὲ ὡς μὴ βούλεσθαι τὸν λαὸν λιπόντα διαφυγεῖν, "ἄγε δή" ἔφησεν, "ὦ βασιλεῦ, ἀκολούθει μοι εὐρεῖαν τὴν φάλαγγα ποιοῦντι καὶ πολλοὺς ἀποσφάττοντι." ὡς B
δ' ὁ Μανουὴλ ἐξῄει καὶ τὸν ἑπόμενον δεδιότα πολλὰ καὶ κατεπτηχότα βασιλέα οὐκ εἶχεν, αὖθις ἐρρήγνυ μετὰ πολλῶν τὴν φάλαγγα, τοῦτον ἐξελέσθαι βουλόμενος. ὡς δ' ἡμάρτανεν αὖθις, καὶ τρίτον δὲ ἐκ στερροτέρας ψυχῆς τὴν συνέχουσαν φάλαγγα τὸν βασιλέα διέκοψεν, καὶ πλησίον ἐγεγόνει τούτου, ὡς καὶ ἱμᾶσι τὸν ἐπιφέροντα τοῦτον ἐπιδῆσαι ἵππον καὶ αὖθις ὑπεξερύσασθαι ἐτύγχανεν. ἱδρώθη τὴν ψυχὴν ὁ ἀνήρ, βασιλέα Ῥωμαίων αἰχμάλωτον γενέσθαι φοβούμενος καὶ τῶν ἐχθρῶν ὑποπόδιον· ὅθεν ταχυ- C
τέραν ἅμα καὶ δεξιωτέραν τὴν ὑποστροφὴν ποιήσας, καὶ θάνατον ἀπειλήσας αὐτῷ εἰ μὴ τούτῳ συνακολουθήσειεν, ὀψὲ καὶ μόλις τοῦ κινδύνου διέσωσεν, ὀλίγων τινῶν κατόπιν διακρουόντων τὸν

2 an δεινὸν ἡγησάμενος τοῦτο καὶ πέρα δεινῶν? cf. p. 103[b], 130[a], 451[b].

perioribus, contigit circumventum imperatorem in vitae periculum adduci. quando etiam exercitus ductor Manuel, grave prorsus omnique maius dedecore reputans, si Romanorum imperator ab hostibus caperetur, suorum animos concionis verbis recolligens, sicque eos allocutus, "eia viri, apes reveremini, quae suum regem, eius vi amoris percitae, pone volant," leonis instar catulorum causa dimicantis medios cuneos imperatorem quaesiturus irrumpit, animoque fatiscentem inventum, et ex ignavia salutem desperantem, ac causantem nolle se relicto exercitu eam fuga expedire, hortatus est ut se illi praeeunti ac multorum strage iter aperienti comitem daret. postquam vero erumpentem timens pavensque imperator e vestigio secutus non est, iterum cum multis aciem perrumpit, ut a periculo virum eruat. ac ne tum quidem voti compos effectus, tertio demum firmiori proposito cuneum imperatori undique affusum ipsumque coartantem dirimens, ad eum usque pervadit, adeo ut et equum, cui insidebat, loris alligare ipsumque rursus liberare contigerit. animo sancius erat, quo metu Romanorum imperatorem ductum iri captivum atque hostibus calcata cervice suppedaneum fore pertimescebat. idcirco velocius simul maiorique solertia repetitis vicibus reversus, mortem quoque minatus, nisi ille sequeretur, aegre tandem periculo exemit, paucis quibusdam a terge insequentem hostem reprimentibus, suisque incolu-

πόλεμον, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ ἐγκατέλεξε. διὸ τιμαῖς τε τοῦτον ἐφαμίλλως ἐδεξιοῦτο καὶ πρεπούσαις δωρεαῖς ἐθεράπευεν, εὐεργέτην καὶ σωτῆρα πολλάκις ἀποκαλῶν.

25. *Ἀλλ' ὁ φθόνος ἴσχυσε κατ' αὐτοῦ, καὶ ὁ κατὰ πολλῶν καὶ τοσούτων μυριάδων ἀνδραγαθήσας καὶ τῶν ἐχθρῶν διασώσας τὸν βασιλέα ὑπ' ὀλίγων οἰκείων κατεπαλαίετο. ὅθεν εἰς*
D *καθοσίωσιν καὶ ἐπιβουλὴν παραλόγως ἐκ λοιδορίας ἐγκληθείς, καὶ πολὺν εἶναι τὸν φθόνον τὸν κατ' αὐτοῦ ἐνιδών, ἐπεὶ διά τινος πιστοῦ ἀνεμάνθανεν, δούλου μὲν πρότερον ὄντος τοῦ Μανουήλ, τότε δὲ ἐκ χαρίσματος οἰνοχοοῦντος τῷ Θεοφίλῳ καὶ ἐξυπηρετοῦντος, ὡς μέλλοι τοῦτον ἀποτυφλοῦν καὶ ὀφθαλμῶν ποιῆσαι χωρίς, ἀποστασίαν τολμᾷ καὶ πρὸς Ἀγαρηνοὺς μετατίθεται, μέγας παρ' αὐτοῖς ὀφθεὶς καὶ τιμαῖς ταῖς μεγάλαις τιμώμενος. ἐνέκειτο γοῦν κατὰ τῶν πλησιαζόντων αὐτοῖς ἐχθρῶν, οἳ οὕτω δὴ Κορμάτοι καλοῦνται, πολύς, καὶ νίκας οὐ τὰς τυχούσας ἐποίει ἅτε δὴ καὶ*
P 74 *πείρᾳ καὶ συνέσει διαφέρων πολλῶν. καὶ τὸ δὴ κρεῖττον λόγου, ὅτι μετὰ τῶν αἰχμαλώτων Ῥωμαίων καὶ καθειργνυμένων ἐν φυλακαῖς ταῦτα εἰργάζετο, πίστιν αὐτοῖς δοὺς ὑπὲρ αὐτῶν ὡς οὐ φεύξονται· ὅτε καὶ τὸ Χορασὰν λέγεται κατασχεῖν καὶ τῷ ἀμεραμνουνῇ ὑποτάξαι οὐ τῷ διαφέρειν μόνον εἰς ἀνδρίαν αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ τῷ καινῶς πως καὶ παρηλλαγμένως ὀφθῆναι αὐτοῖς· ἥ τε γὰρ τῶν σχημάτων μεταβολὴ καὶ ἡ τῶν φωνῶν παρὰ δόξαν μεταλλαγὴ εἰς*

mem reddidit. idcirco pari in eum benevolentia Theophilus ipsum honoribus accipiebat, benefactoremque ac servatorem suum vocitans congruis muneribus colebat.

25. Ceterum maior in eum vis invidiae fuit; ac qui tot milibus armatorum unus obstiterat exque mediis hostibus imperatorem liberaverat, paucorum aulae familiarium suaeque gentis hominum malis artibus superatur. maiestatis ergo ac insidiarum per summam improbitatem ex calumnia reus agitur; summamque vim invidiae advertens, ac a fidelissimo quodam, qui olim quidem servus illius fuerat, tunc vero principis gratiam meritus Theophilo a poculis erat eique ministrabat, certior factus fore ut ab eo oculis orbaretur, defectionem molitur seque ad Agarenos transfert, a quibus vir longe spectabilis habitus magnisque honoribus donatus est. itaque vicinos Agarenis hostes (Cormatas dicunt) graviter infestabat, nec leves strages illorum victor dabat, ut qui bellicae rei peritia ac solertia supra communem vulgique usum praestaret. quodque nec satis dici sermone possit aut ratione pensari, tanta haec facinora per Romanos captivos, ac qui vincti in carceribus essent, ei militantes exsequebatur, data Agarenis fide minime ab eis fugituros. quando etiam Chorasan cepisse ferunt ac ameramnunae subiecisse. isthaec vir tantus conficiebat non insigni tantum fortitudine sua, sed et quod novam quandam nec usitatam rationem inire videretur: ordinum enim et aciei alia aliaque compositio tesseraeque ac vocum inopinata mutatio in animi an-

δειλίαν ἐμπίπτειν ἠνάγκαζε τοὺς πολεμίους. οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ πολλῶν ἀτιθάσσων θηρίων κατασινομένων αὐτοὺς καὶ βλαπτόντων ἐλευθερώσας, καὶ μεγάλων αἴτιος καλῶν αὐτοῖς γεγονώς, διαφε- B ρόντως ἠγαπήθη αὐτῷ τε τῷ ἄρχοντι καὶ τῇ γερουσίᾳ αὐτοῦ.

26. Ἀλλ' ἐπεὶ μετάμελον τῷ βασιλεῖ ἐνεποίησε ταῦτα διακούοντι καὶ λύπης αἴτιος κατέστη πολλῆς, πάντα κάλων ἐδόκει τούτῳ κινεῖν ὡς ἂν τὸν ἄνδρα μετακαλέσοιτο καὶ παλινδρομῆσαι ποιήσειεν. ὅθεν οἱ μὲν εἰρηνικὰς σπονδὰς διὰ τοῦ μοναχοῦ ποιῆσαι τοῦτόν φασιν Ἰαννοῦ, πρὸς καιρὸν τοῦ κατὰ τὰς φυλακὰς διαλλαγίου, καὶ πρὸς τὰ ἴδια μεταγαγεῖν, ὅτε καὶ χρυσοβούλλιον τούτῳ καὶ ὅρκους ἀπαθείας δι' αὐτοῦ τε καὶ ἑτέρων προτέρων C πολλῶν ἐξαπέστειλεν. οἱ δὲ δι' αὐτοῦ μὲν τοῦ Ἰαννοῦ, οὐ μὴν οὕτως διὰ φανερᾶς ἐντεύξεως καὶ συντυχίας, κρυπτῆς δὲ καὶ ἀδήλου πολλοῖς, ἣ τὸν Ἰαννὴν γνώμῃ τοῦ Θεοφίλου ἀφ' ἡμῶν μεταστήσασα καὶ μεταμφιάσασα καὶ τοῖς ῥακοδυτοῦσιν Ἴβηρσι καὶ μοναχοῖς τοῖς πρὸς τὰ Ἱεροσόλυμα μετὰ λιτῆς φοιτῶσιν ἐξομοιώσασά τε καὶ συγκαταμίξασα τῷ ἐν ᾧ διῃτᾶτο οἴκῳ ὁ Μανουὴλ κατὰ τὸ Βαγδᾶ ἐγκατέστησεν ἐπαιτεῖν τε προσποιησάμενον καὶ τὴν τοῦ βασιλέως μετάνοιαν ἀναδιδάσκοντα. καὶ μάρτυρας τῶν εἰρημένων τό τε τοῦ βασιλέως ἐγκόλπιον καὶ τὸ χρυσοβούλλιον ἐδίδου, D συμπάθειάν τε καὶ παντελῆ τῶν κακῶν ἀμνηστίαν εὐαγγελιζόμενα· ἃ καὶ λαβὼν εἰς χεῖρας ὁ Μανουήλ, καὶ οἱονεὶ τὴν ψυχὴν ἀνακαείς, τὴν οἴκαδε ἐμελέτα ἐπάνοδον. ἐπεὶ γοῦν ἔκ τε τοῦ χρόνου

gustias ac pavorem hostes coniiciebat. nec solum adversus hostes strenue egit, verum etiam a feris bestiis regioni vastitatem afferentibus eos liberavit, multorumque eis bonorum auctor, principi pariter eiusque proceribus summe carus fuit.

26. Verum cum eius percrebescente fama Theophilum rei paeniteret, nec levis dolor inde eum incessisset, nullum non funem movendum statuit, ut virum ad se revocaret ad seque redire compelleret. unde alii quidem per Iannem monachum, quo tempore missus est ad commutandos captivos, pacis eum foedera iniisse ac Manuelem ad se revocasse ferunt, quando etiam literas et securitatis fidem iureiurando firmatam per eum pluresque illo priores misit. alii eiusdem quidem Iannis opera rem peractam malunt, non tamen sic aperto colloquio, sed occulto ac vulgo obscuro, ita nimirum ut Iannes iubente Theophilo profectus sit, habituque mutato ac pannis indutus Iberis atque monachis Hierosolymam voti causa proficiscentibus, unum illorum simulans, sese adiunxerit, eoque habitu Manuelis domum Bagdae subierit. illic mendici ea specie ad eum aditum nactus imperatorem paenitere docuit, verbisque fidem fecit illius prolata collari cruce ac literis, quibus is securum redderet omniumque offensarum oblivionem sancte promitteret. acceptis in manus Manuel literis, incenso ardoribus animo, serio cogitat in patriam domumque reverti. quia igitur temporis ipsa longinquitate rebusque ad-

καὶ τῶν πρότερον ἡμῖν εἰρημένων αὐτοῦ κατὰ τῶν πολεμίων ἔργων ἡ πρὸς αὐτὸν πίστις οὐ μείωσιν αὔξησιν δέ τινα καθ' ἑκάστην ἐλάμβανεν, μηνύει τῷ ἀμεραμνουνῇ ὡς ἐφέσεως ἔχοι καὶ κατὰ τῶν Ῥωμαίων στρατεῦσαι, καὶ τοὺς ἐχθρούς, οἳ κατεῖπον αὐτοῦ πρὸς τὸν βασιλέα, ἀμύνασθαι, καὶ κατὰ τὴν Καππαδοκίαν τὰς οἰκήσεις ἔχοντας· καὶ σὺν αὐτῷ καὶ τὸν υἱὸν ἠξίου πέμπεσθαι τὸν
P 75 ἀμεραμνουνῆ εἰς πλείονα τῶν ὑπονοουμένων ἀσφάλειαν. κατανεύει τοῖς αἰτηθεῖσιν ὁ Ἰσμαήλ, καὶ κατὰ τῶν ὧν ἐπεθύμει ἐξέπεμπεν. ὡς δὲ πλησίον που τοῖς τῶν Ῥωμαίων ὁρίοις ἐγίνοντο, δῆλα ποιεῖται τὰ κατ' αὐτὸν τῷ Καππαδοκίας στρατηγῷ καὶ τὴν εἰσαῦθις πρὸς Ῥωμαίους ἐπάνοδον, καὶ ἅμα ἐδίδασκεν ὡς χρὴ κατὰ τὸν δεῖνα τόπον λόχον τινὰ καὶ ἐνέδραν γενέσθαι, ἵν' ὅταν ἐκεῖσε δὴ γένωμαι, τὰ μὲν Σαρακηνῶν κοῦρσα ἐπ' ἄλλον δή τινα τόπον ἐξελαύνειν ποιήσας μετὰ τοῦ λόχου δὴ γένωμαι καὶ πρὸς τὰ Ῥωμαίων ἤδη ἐπαναδράμω αὐτός. ὃ καὶ γέγονεν· ἄρτι γὰρ ἐκεῖσε δή που
B ἐπλησίαζεν, καὶ πολλὰ τὸν τοῦ Ἰσμαὴλ υἱὸν κατασπασάμενος "ἄπιθι" ἔφη "ὑγιής, ἄπιθι, τέκνον πρὸς τὸν πατέρα σου· ἐμὲ δὲ ἴσθι πορευόμενον οὐ πρὸς ἄλλον, πρὸς δὲ τὸν ἐμὸν ὄντως βασιλέα καὶ κύριον." διασωθεὶς δ' ἐκεῖθεν πρὸς τὴν βασιλεύουσαν εἰς τὸν ἐν Βλαχέρναις θεῖον ἐπεφοιτήκει ναόν, τὸν Θεόφιλον εἰδὼς οὐ τὴν τυχοῦσαν ἔχοντα πίστιν εἰς αὐτόν. ὅθεν καὶ μάγιστρος τιμᾶται, καὶ σύντεκνος ἔκτοτε χρηματίζει αὐτοῦ, καὶ δομέστικος προβιβάζεται τῶν σχολῶν. εἰσὶ μὲν δ' οἳ φυγῇ μὲν χρήσασθαι

7 τὸν τοῦ ἀμερ.? 9 δῆλα ποιεῖ? an δηλοποιεῖ? 23 δ'] δὴ? an τοι?

versus ameramnunae hostes, quas supra rettulimus, bello praeclare gestis suam illi magis ac magis in dies probarat fidem, nec ulla iam suspicione laborabat, significat hoc sibi animo constitutum, ut et adversus Romanos educat et inimicos (suos apud imperatorem delatores) ulciscatur, qui in Cappadocia sedes habebant. ac quo magis institutum celet, ipsum ameramnunae filium secum mitti rogat. annuit petenti Ismaelus, ac in quos expetierat hostes Manuelem emittit. ubi iam Romanos pene fines attigerat, Cappadociae praetorem de suis rebus monet, seque rursus ad Romanos redire significat, simulque certo loco locandas insidias docet, "ut cum" inquit "illuc venero, Saracenorum praedonibus alio dimissis, in Romanorum ipse cuneum incidam, atque ita ad patrios lares revertar;" uti etiam factum est. ubi enim prope iam ad locum accesserat, Ismaelis filium prolixe salutans ac osculans "abi" inquit, "abi, fili, incolumis ad patrem tuum; scito vero non ad alium me proficisci quam ad meum verum imperatorem ac dominum." salvus inde receptus Cpolim in sacram Blachernensem aedem venit, erga quam sciret Theophilum non vulgarem habere fidem. quocirca etiam magistri honore donatur, exindeque Theophili compater audit, et scholarum domesticus prafici-

τὸν Μανουὴλ φασι πρὸς τοὺς ἐξ Ἄγαρ, καὶ διὰ τὴν Θεοφίλου, ὡς εἴρηται, ἐπανελθόντα σπουδήν, οὐ μὴν καθοσίωσιν ἐγκληθέντα ἐπὶ Θεοφίλου φυγεῖν, ἐπὶ Μιχαὴλ δὲ τοῦ Τραυλοῦ τοῦ τούτου C πατρός, εἴτε καὶ μίσει τῷ πρὸς αὐτὸν φερόμενον, εἴτε δὴ καὶ παλαιὰν δεδοικότα μῆνιν αὐτοῦ.

Χειροτονεῖται δὲ καὶ Ἰαννὴς ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως κατὰ τὴν εἰκάδα πρώτην τοῦ Ἀπριλλίου μηνός, ἡμέρᾳ πρώτῃ, ἆθλον ἀσεβείας καὶ ἀπιστίας καὶ τοῦ μὴ τὰς θείας εἰκόνας προσκυνεῖν τὴν ἱερωσύνην ἀπενεγκάμενος.

27. Ζητητικῷ δὲ τῷ Θεοφίλῳ τυγχάνοντι καὶ ἄγαν ἐγκειμένῳ περὶ γνώσεως τῶν μελλόντων βασιλεύειν ἀνδρῶν, γύναιόν τι ληφθὲν ἐκ τῶν Ἄγαρ κατὰ τοὺς πολέμους τούτους Πύθωνος κατεχόμενον πνεύματι παρά τινων ἀνεμάνθανε. τοῦτο οὖν ἤγαγέ τε παρ' ἑαυτῷ ὁ Θεόφιλος, καὶ τίνες εἶεν ὧν ἡ βασιλεία διαρκέσει D ἐπὶ πολὺ ἐπυνθάνετο. ὡς δὲ σοῦ μὲν διάδοχον τὸν σὸν υἱὸν καὶ γαμετὴν ἀπεφοίβασέ τε γενέσθαι καὶ ἐμαντεύσατο, μετέπειτα δὲ τοὺς Μαρτινακίους ἐπὶ πολὺ τῆς βασιλείας κατασχεῖν, αὐτίκα τοῦτον τὸν Μαρτινάκην, καί τοί γε προσῳκειωμένον αὐτῷ πως κατὰ συγγένειαν, πρὸς τὸ μονάζειν ἀπέκειρεν, καὶ τὸν ἑαυτοῦ οἶκον θεοῦ καὶ μοναχῶν ἐναπέδειξεν ἐνδιαίτημα. οὐ τοῦτο δὲ μόνον ἀλλὰ καὶ πολλὰ τῶν μελλόντων τὸ γύναιον ἀπεθέσπισεν· τόν τε γὰρ Ἰαννὴν τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου πόρρω που γενέσθαι ἐνεσήμανεν, καὶ τὴν τῶν σεπτῶν εἰκόνων ἀναστήλωσιν κατεσάφησεν.

tur. non desunt qui dicant fugisse quidem Manuelem ad Agarenos, ac Theophili opera, uti dictum est, fuisse revocatum, non tamen maiestatis accusatum Theophilo imperante fugisse, sed Michaele Traulo eius patre, sive odio in illum defecerit, sive quod veteres eius inimicitias suspectas haberet.

Interim vero etiam Iannes Cpolitanus episcopus ordinatur, Aprilis vigesima prima, die dominica, impietatis praemium perversaeque fidei ac sacris imaginibus negati cultus sacerdotium consecutus.

27. Porro Theophilus dum curiosior est inquirendi studio, et ut futuram imperatorum successionem vaticinio condiscat operosius incumbit, mulierem quandam superioribus bellis ex Agarenis captam, Pythonico spiritu obsessam, quorundam relatione accipit. eam itaque accersit, ac quinam in longum tempus imperio potituri sint ex illa quaerit. ad quem vates, successurum eius filium cum coniuge, Theophilo respondit: postea vero fore ut Martinaciorum genus annos plures imperium teneat. illico itaque Martinacem hunc, etsi ipsi affinitate coniunctum, raso capite Theophilus monachum facit, eiusque aedes in domum dei ac monachorum domicilium redigit. neque hoc solum, sed et alia plura mulier vaticinata est, nempe Iannem patriarchali sede deiectum iri, sacrarumque imaginum revocandam religionem ac cultum. quare vehementi do-

οἷς τὴν ψυχὴν ὁ Θεόφιλος ἐπώδυνος γεγονὼς καὶ δυσαπόνιπτα P 76 ταῦτα φέρων ἀεὶ πολλὰ πολλάκις ἐπῇδε τῇ ἑαυτοῦ γαμετῇ, πρὸς δὲ καὶ λογοθέτῃ Θεοκτίστῳ παρῄνει καὶ πλήθει κατεδέσμει ὅρκων τοῦ μήτε τὸν Ἰαννὴν ὑπερορίας τυχεῖν μήτε μὴν τὰς εἰκόνας προσκυνήσεως. τοσοῦτον δὲ ἄρα τὰ περὶ τῆς βασιλείας ἠρεύνα τε καὶ ἐξιχνίαζεν ὡς καὶ παρὰ τοῦ Ἰαννοῦ ἐν λεκανομαντείᾳ τὸν μέλλοντα Βασίλειον τὴν τοιαύτην ὑπειληφέναι ἀρχὴν καθαρῶς ἐνιδεῖν. οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ Κωνσταντῖνον τὸν κατὰ τὸν Τριφύλιον τὰ αὐτῷ συμβησόμενα διετράνου τὸ γύναιον, πολλὰ λιπαροῦντα καὶ πυνθανόμενον· αὐτόν τε γὰρ καὶ τοὺς αὐτοῦ υἱεῖς κληρικοῦ σχῆμα ἐπὶ τοῦ Βασιλείου διαμειφθῆναι· ὃ καὶ γέγονεν. καὶ Γεώργιον B δὲ τὸν τὰς στρατιωτικὰς δέλτους ἐπειλημμένον ἐπὶ σφενδόνῃ τῇ κατὰ τὸν ἱππόδρομον ἀποκτανθῆναι, καὶ τὴν ὕπαρξιν αὐτοῦ τῷ βασιλικῷ ἀνειλῆφθαι ταμείῳ. καὶ ταῦτα μὲν ὧδέ πῃ κατὰ Πλάτωνα......

28. Τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει πρὸς τὸν κατ' ἀλλήλων πόλεμον οἵ τ' Ἀγαρηνοὶ καὶ ὁ Θεόφιλος ἐξελθόντες ἔμειναν ἄπρακτοι παντελῶς ἀλλήλους καταπτοούμενοι, καὶ πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἐπανέστρεφον. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν ὅ τε χαγάνος Χαζαρίας καὶ ὁ Πὲχ πρὸς τὸν αὐτοκράτορα Θεόφιλον ἔπεμπον πρεσβευτάς, τὸ κάστρον ὅπερ οὕτω Σάρκελ κατονομάζεται αὐτοῖς κτισθῆναι ἐξαιτούμενοι, ὅπερ ἑρμηνεύεται μὲν Λευκὸν οἴκημα, ἔστι δὲ καὶ κατὰ C τὸν Τάναϊν ποταμόν, ὃς τούς τε Πατζινακίτας ἐντεῦθεν καὶ αὐτοὺς διείργει τοὺς Χαζάρους ἐκεῖθεν, ἔνθα καὶ Χαζάρων ταξεῶται

lore concitus Theophilus, remque altius mente retinens, saepenumero Augustam, ad haec et Theoctistum logothetam monebat ac hortabatur multisque sacramentis adigebat, ne unquam Iannem patriarchali sede deiici autve imagines coli paterentur. tantam vero operam vestigandis istiusmodi imperatorum successionibus posuit, ut et Iannis ex pelvi divinatione Basilium imperii arcem suscepturum perspicue viderit. praeter imperatorem aliis quoque ex ea sciscitantibus mulier respondit. in his Constantino Triphylio, multum roganti ac enixe eventura quaerenti, praedixit fore nimirum ut ipse ac filii Basilio imperatore clericalem habitum induerent; quod et evenit. Georgio quoque militarium tabularum ac matricularum praefecto praedixit fore ut in Circi funda necaretur eiusque substantia fisco addiceretur. et haec quidem hactenus iuxta Platonem....

28. Anno sequenti Agareni et Theophilus expeditione utrinque suscepta, utrinque abs se metu re integra domum redierunt. eodem fere tempore chaganus Chazariae ac Pechus missa legatione imperatorem rogant ut castrum Sarcel nuncupatum, quod interpretatione nominis domus candida dicatur, ipsis aedificet. porro locus est ad Tanaim fluvium, quo hinc inde Patzinaces et Chazaritae disterminantur; ubi et Chaza-

καθέζονται τριακόσιοι κατὰ χρόνον ἐναλλασσόμενοι. ὧν τῇ αἰ-
τήσει καὶ παρακλήσει πεισθεὶς ὁ Θεόφιλος τὸν σπαθαροκανδιδά-
τον Πετρωνᾶν τοῦ ἐπονομαζομένου Καματεροῦ, μετὰ χελανδίων
βασιλικοπλωΐμων καὶ τοῦ Κατεπάνω τῆς Παφλαγονίας ἀπέστειλεν,
εἰς πέρας τὴν τούτων αἴτησιν κελεύσας ὑπαγαγεῖν. ὃς ἅμα τῷ
τὴν Χερσῶνα καταλαβεῖν τὰς μὲν μακρὰς νῆας ἐκεῖσέ που προσ-
ορμίσας ἐπὶ τῆς χέρσου κατέλιπεν, τὸν δὲ λαὸν ἐν στρογγύλαις
εἰσαγαγὼν ναυσὶ μέχρι τοῦ Ταναΐδος διεβιβάσθη, ἔνθα καὶ τὴν
πόλιν ἔδει τούτοις οἰκοδομεῖν. ἐπεὶ δὲ λίθων ὁ τόπος ἠπόρει, ἐκ D
μὲν τῶν μικρῶν καχλήκων τοῦ ποταμοῦ ἄσβεστον, ἐκ δὲ τῆς ὑπο-
κειμένης γῆς πηλὸν ἐγκαύσας διὰ καμίνων, καὶ βίσαλον ἐργασά-
μενος, τὴν ὁρισθεῖσαν αὐτῷ δουλείαν μόγις μέν, ἐπεραίου δὲ διὰ
πολυχειρίας λαμπρῶς, καὶ πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἐπανέστρεφεν.
ἐδίδου δὲ καὶ περὶ τοῦ Χερσῶνος τῷ βασιλεῖ γνώμην τε καὶ βου-
λήν, οἷς εἰς πεῖραν τῶν ἀνθρώπων ἦλθεν καὶ τῶν τόπων ὁμοῦ,
καὶ "οὐκ ἄλλως ἄρξεις τῆς χώρας καὶ τῶν τόπων ὁλοσχερῶς ἢ
στρατηγὸν προχειριζόμενος ἴδιον, ἀλλ' οὐ τοῖς ἐκείνων ἄρχουσί τε
καὶ πρωτεύουσι καταπιστεύων σαυτόν." οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἡμέτερός
πω τῆς ἐκείνων προνοούμενος ἐξαπεστέλλετο στρατηγός, ἀλλ' ὁ λε- P 77
γόμενος πρωτεύων μετὰ καὶ τῶν πατέρων τῆς πόλεως τὰ πάντα ἦν
διοικῶν. ἐπὶ τούτῳ ὁ βασιλεὺς Θεόφιλος οὐκ ἄλλον ἀλλὰ τὸν
εἰρημένον Πετρωνᾶν, ὡς ἔμπειρον κρίνας τοῦ τόπου, πρωτοσπα-
θάριόν τε ἐτίμησεν καὶ στρατηγὸν ἐξαπέστειλεν, τόν τε πρωτεύοντα

4 καπετάνῳ P: cf. p. 300°.   21 ἐκεῖ P

ritae praesidiarii trecenti, commutatis vicibus per tempus alii aliis substituti, stationem habent. horum postulatis annuens imperator Petronam Camateri (sic dicti) spatharocandidatum cum classe regia et Paphlagoniae capitaneo misit, rem praestituros quam illi rogaverant. ubi autem Chersonem appulsus est, longiores naves in terram subductas illic in statione relinquit, rotundis vero impositas copias ad Tanaim usque, quo loco exstruendum illis oppidum erat, traiecit. quia autem locus lapides non habebat, ex fluvii glarea calcem facit; exque subiecta humo lutum in lateres excoquens, ardua quidem molitione, laborantium tamen multitudine magnifice perfecto opere domum redit. reversus vero Petronas imperatorem de Chersone monet, ut qui gentis mores locique genium expertus didicerat, non aliter regionis oppidorumque pleno iure compotem fore, quam si proprium urbi gentique praesidem ducemque praeficeret; non indigenis proceribus ac primatibus res suas crederet. hactenus enim nemo regionem procuraturus Cpoli praeses mitti solebat; sed quem illi primatem vocant, una cum patribus civitatis cuncta gubernabat. imperator approbato consilio ipsum quem diximus Petronam, usu regionis peritum iudicans, protospatharii dignitate auctum praesidem

καὶ τοὺς ἄλλους θεσπίσας ὑπείκειν ἀνενδοιάστως αὐτῷ· ἐξ ὅτου περ καὶ μέχρι ἡμῶν ἐκράτησεν ἀπὸ τῶν ἐντεῦθεν εἰς Χερσῶνα προβάλλεσθαι στρατηγούς. οὕτω μὲν οὖν ἥ τε τοῦ Σάρκελ οἰκοδομὴ ἐγένετο καὶ ἡ πρὸς τοὺς Χερσωνίτας τῶν ἐντεῦθεν ἀποστολὴ στρατηγῶν.

29. Ἔξεισι δὲ πάλιν ὁ Θεόφιλος κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν ἐμ-
B βριθέστερος, τῆς πατρικῆς ἡττᾶσθαι τόλμης ἀνέραστος ὤν. ὅθεν καὶ πορρωτέρω πρόεισι τῆς Συρίας, ὁμοῦ μὲν κείρων τὴν γῆν καὶ πορθῶν, ὁμοῦ δὲ λαφυραγωγῶν αὐτὴν καὶ αἰχμαλωτίζων, καὶ πόλεις παραλαμβάνων ἄλλας τε δύο καὶ μέχρις ἐδάφους καταστρεφόμενος, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Σωζόπετραν ἐκπολιορκήσας πατρίδα τυγχάνουσαν τοῦ ἀμεραμνουνῆ, ὑπὲρ ἧς ἐγένετο ἐκεῖθεν διὰ γραμμάτων προτρέψασθαι ἀναχωρεῖν τὸν Θεόφιλον ἐκ τῆς πατρίδος αὐτοῦ, κἂν οὐκ εἶχέ πως τὸν ἀκούοντα. καὶ ταῦτα μὲν διοικησάμενος πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἐπάνεισιν ὁ Θεόφιλος, τῷ Θεοφόβῳ
C τὰ τῶν Περσῶν ἐνδιαθέσθαι προτρεψάμενος καὶ αὖθις διὰ ταχίων ἐπαναδραμεῖν πρὸς αὐτόν. ἀλλ' οἱ Πέρσαι συσχόντες αὐτὸν κατὰ τὴν Σινώπην βασιλέα καὶ ἄκοντα ἀνεκήρυξαν· ὃς αἰδοῖ τε καὶ φόβῳ πρὸς τὸν βασιλέα βαλλόμενος ἀνένευέ τε καὶ δεινὰ πείσεσθαι τούτους ἔλεγεν ἐπὶ τῷ τολμήματι. ὅθεν πλέον κατορρωδοῦντες αὐτοὶ τὰς ἐκ βασιλέως ἀπειλὰς εἴχοντο μὲν τῆς γνώμης αὐτῶν, εἶχον δὲ καὶ αὐτὸν ἐν μέσῳ παραθαρρύνοντες. ἀλλ' ὁ Θεόφοβος λάθρα τὰ τελεσθέντα δηλοῖ τῷ βασιλεῖ, καὶ ἐνωμότως πληροφορεῖ ὡς οὐκ αὐτὸς ἐκεῖνοι δὲ τῶν τολμηθέντων ὑπαίτιοι. ἀλλ' ἐκεί-

mittit, primario ac reliquis civibus imperans ut nulla tergiversatione misso praesidi obaudiant. hincque percrebuit ut praesides Chersoni praeficiantur. atque in eum modum tum praesidium Sarcel exstructum est, tum deinceps missi Byzantio Chersonem praesides.

29. Porro Theophilus maioribus rursum animis adversus Agarenos proficiscitur, paterna se minorem audacia videri aegre ferens. longe itaque in Syriam progressus obvia quaeque vastat depraedatur diripit, duasque captas civitates solo tenus diruit; quin et ipsam expugnat Sozopetram ameramnunae patriam, a qua ille ut recederet scriptis literis etiam atque etiam rogaverat; quanquam Theophilus ei minime obtemperavit. hisque adeo gestis Cpolim reversus est, relicto Theophobo cum mandatis ut res Persarum componeret iisque compositis festine ad eum rediret. at Persae eum Sinope detinentes, reluctantem sane, imperatorem consalutarunt. is partim imperatoris reverentia et cultu, partim metu deterritus, rem detrectabat, diraque passuros pro hac temeritate ausuque aiebat. quocirca illi minis territi obfirmatius haerere proposito, animosque Theophobo, quem medium habebant, facere. ille porro clam imperatori rem significat, iureiurando confirmans non se, sed Persas huius auctores facinoris esse. ac tum quidem Theophilus voluntatem

νου τε ὁ βασιλεὺς ἀσμένως ἀποδέχεται τὴν προαίρεσιν καὶ πρὸς τὰ βασίλεια εἰσκαλεῖ, τὴν ἀρχαίαν εὐκληρίαν ἀποδιδούς· συγγνώμην τε ἅπασι τοῖς ἄλλοις καὶ ἀμνηστίαν κακῶν δοὺς τῆς Σινώπης, D
εἴτε δὴ καὶ Ἀμάστριδος, ποιεῖ ἐκδημεῖν. καὶ ἐπείπερ εἰς πολυπληθίαν ἐνέδωκάν τε καὶ ηὔξησαν ὡς εἰς τρεῖς μυριάδας ἐληλακέναι, οὐ συμφέρον ἐδόκει τῷ βασιλεῖ τούτους ἐλευθέρους εἶναι καὶ ἀνειμένους, ἀλλὰ καλῶς σκεψάμενος ἑκάστῳ θέματι χιλιάδας δύο ἀπέσταλκεν, ὑπὸ χεῖρα τελεῖν τοῖς εἰς στρατηγίαν τεταγμένοις· ἐφ' ὧν καὶ τουρμάρχας ἐπιστατεῖν ἐξετίθετο. ὅθεν ἄχρις ἡμῶν τὴν προσηγορίαν Περσῶν αἱ τῶν θεμάτων τοῦρμαι κεκλήρωνται, ἐφ' οἷς διεσπάρησαν. τοῦτο γοῦν τὸ τόλμημα θρασύτερόν πως καὶ ἰταμώτερον δόξαν τῷ Θεοφίλῳ αὐτούς τε διασπαρῆναι καὶ διανεμηθῆναι ἐποίησεν καὶ τὸν Θεόφοβον μετ' οὐ πολὺ ἀπήγαγε P 78
τῆς ζωῆς. ἐγένετο δέ τι καὶ δεύτερον αἴτιον, ὃ δηλώσει πάντως ὁ λόγος κατὰ τὸν οἰκεῖον καιρόν.

30. Ὁ δὲ ἀμεραμνουνὴς τοσοῦτον ἐτρώθη τὴν ψυχὴν ἐπὶ τῇ καταλήψει τε καὶ πορθήσει τῆς πατρίδος αὐτοῦ ὡς πανταχοῦ θεσπίσαι τε καὶ κηρῦξαι πᾶσαν ἡλικίαν ἔκ τε Βαβυλωνίας καὶ Φοινίκης καὶ Κοίλης Συρίας Παλαιστίνης τε καὶ τῆς κάτω Λιβύης συναθροιζομένην ἐπὶ ταῖς ἀσπίσιν αὐτῶν ἐγγράψαι Ἀμόριον, τὴν κατ' αὐτοῦ διάβασιν μετὰ θρασύτητος αἰνιττόμενος. συνήγετο γοῦν καὶ κατὰ τὴν Ταρσὸν πολὺς ἐξ ὀλίγων ἐγένετο, μανίᾳ ἐπὶ B

5 ἐκδέδωκαν?

Theophobi approbavit, et in aulam revocato pristinam dignitatem restituit. Persis quoque delicti veniam dedit, iniuriarumque promissa oblivione eos Sinope, sive etiam Amastride, excedere iubet. et quoniam in ingentem iam multitudinem excreverant (nam summa eorum ad triginta milia assurgebat), haud e re visum Theophilo ut eos liberos atque solutos esse permitteret. utili itaque consilio bina milia in singula themata divisit, qui sub illorum ducibus forent, sub quibus etiam tribuni eorumque turmarum praefecti illis praeessent. hincque factum ut hactenus Persarum nomen cohortes illae ac turmae retineant, in quas dispersi fuere. audacius itaque ac procacius facinus visum Theophilo tum illos suspectos in eum modum dispersit, tum non multo post Theophobo necem attulit. quanquam alia quoque causa, quam omnino pro loci opportunitate narraturi sumus, accessit.

30. Ceterum ameramnunes ob expugnatam direptamque patriam tanto ictus animi dolore est sicque excanduit, ut undique ex Babylone et Phoenicia et Coelesyria Palaestinaque et inferiore Libya conscripto exercitu ingentibusque conductis copiis, clipeis omnium inscribi iusserit Amorium, susceptam a se contra id oppidum expeditionem illudque bello tentandum cum audacia innuens. collegit igitur copias; et apud Tarsum ex paucissimis ingens subito numerosusque apparuit, ob patriae

τῇ τῆς πατρίδος αἰσχύνῃ πυρπολούμενος τὴν ψυχήν. ἀντεπεξῄει δὲ καὶ ὁ Θεόφιλος κατὰ τὸ Δορύλαιον, τριῶν ἡμεροδρομιῶν πόρρω που τοῦ Ἀμορίου διακείμενον. πολλῶν οὖν συμβουλευόντων μετοικῆσαι τὸν ἐν Ἀμορίῳ οἰκοῦντα λαὸν καὶ τέως ὑπεκδραμεῖν τὴν ἄσχετον φορὰν τῶν Σαρακηνῶν (πολὺς γὰρ ηὔξητο καὶ λαὸν ἐπήγετο ἄληκτον), ἄτοπον μὲν ἐφαίνετο τοῦτο τῷ Θεοφίλῳ καὶ ἄνανδρον, καλὸν δὲ καὶ πρὸς ἀνδρίαν εὔοδον τὸ μᾶλλον ἐποχυρῶσαι
C αὐτὸ καὶ στρατηγοῦ γενναίου διασῶσαι βουλαῖς. Ἀέτιος ἦν οὗτος ὁ πατρίκιος καὶ τῶν Ἀνατολικῶν στρατηγός. ἐπεὶ δὲ καί τινος πολυχειρίας ἐδέετο, καὶ ταύτην ἀπέσταλκεν ὁ Θεόφιλος ὡς πανταχόθεν ἀντιστησομένου καὶ τὸν ἐχθρὸν ἐκνικήσοντος. ἐπὶ τούτοις ἐδίδου δὴ ἡγεμόνας καὶ ἄρχοντας τοὺς μετὰ βραχὺ μαρτυρήσοντας, Θεόδωρόν τε τὸν Κρατερὸν καὶ Θεόφιλον καὶ τὸν Βαβούτζικον· οἵτινες οὐ μόνον ἐκείνου τοῦ λαοῦ ἀλλὰ καὶ τῆς φάλαγγος τῶν τεσσαράκοντα δύο μαρτύρων γεγόνασιν ἀρχηγοί.

31. Ἐπεὶ γοῦν κατὰ τὴν Ταρσὸν ὁ τῶν Σαρακηνῶν ἐπέστη μετὰ φρονήματος καὶ λαοῦ ἡγεμών, οὐκ ἀθρόως τούτῳ μαντευομένῳ καὶ συμβουλευομένῳ ἐφαίνετο καλὸν χωρεῖν πρὸς Ἀμό-
D ριον, ἀπόπειραν δὲ πρότερον λαβεῖν τῆς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεως διὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ μέρος λαβόντος τοῦ στρατοῦ καὶ κατὰ τοῦ βασιλέως χωρήσαντος. "εἰ γὰρ οὗτος" φησί "νικήσειεν, ἕψεται πάντως ἡ νίκη καὶ τῷ πατρί· εἰ δὲ μή, καλὸν ἡσυχάζειν, οὐκ ἐπακολουθούσης μοι τῆς νίκης." λαβόντος γοῦν αὐτοῦ Ἄμερα τὸν τηνικαῦτα

suae ignominiam furore exaestuans. sed et Theophilus adversus illum profectus Dorylaeum pervenit, quod tridui itinere ab Amorio abest. fuere multi qui imperatori auctores essent ut Saracenorum, maiori vi quam quae inhiberi posset irruentium, impetum declinans Amorii incolas alio transferret. ingentes nimirum esse illorum copias immensumque exercitum. id enimvero infame parumque virile ratus Theophilus, praeclarum fortisque animi consilium putavit, ut urbem communiret ducisque strenui rationibus atque opera incolumem praestaret. electus in eam rem Aetius patricius ac Orientalium dux. quia vero etiam iustis copiis opus erat, has quoque Theophilus mittit, quo undique hosti obsisteret ac victoriam illi praeriperet. ad haec cohortibus illos praefecit qui paulo post futuri erant martyres, Theodorum cognomento Craterum et Theophilum ac Babutzicum. hi non modo missi tunc exercitus, sed et cohortis quadraginta duorum martyrum principes exstiterunt.

31. Postquam igitur Saracenorum princeps, ingentes ipse animos spirans ac exercitu potens, Tarsum venit, recte coniicit, habitoque cum suis consilio iudicat, haud e re sua esse ut statim Amorium petat. tentandum prius imperatoris exercitum, immisso in eum cum copiarum parte filio suo. "si enim filius" inquit "victor exstiterit, patrem quoque haud dubia sequetur victoria: sin autem secus contigerit, praestat quiescere, cum ipsa mihi victoria haud praesto sit, ac comes exspectanda." as-

διέποντα τὴν Μελιτηνὴν καὶ Τούρκους ὡσεὶ χιλιάδας δέκα, μετὰ
πάσης τῆς ἐξ Ἀρμενίων στρατιᾶς καὶ τοῦ ἄρχοντος τῶν ἀρχόντων,
κατὰ τὸν Δαζημόνα προσέβαλεν. ἀπῄει καὶ ὁ Θεόφιλος κατ᾽ αὐ- P. 79
τοῦ στρατόπεδον ἔχων οὐκ ἀγεννές, ἔκ τε Περσῶν καὶ τῶν δυτικῶν
καὶ τῶν πρὸς τὸν ἀνίσχοντα ἥλιον συνιστάμενον. ὡς δὲ κατὰ τὸν
Ἀνζὴν οὕτω χῶρον καλούμενον ἐγίνετο, ἰδεῖν ἐπεθύμει τὸ τῶν ἐναν-
τίων ἄθροισμα πρὸ τῆς προσβολῆς. ἐπί τινα γοῦν λόφον καὶ
τῶν ἄλλων ὑπερβεβηκότα χῶρον ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν λαβὼν
ἀνήνεγκεν Μανουήλ, καί πως ἐκ στοχασμοῦ βραχύτερον ἐδόκει
τὸ τῶν Σαρακηνῶν πλῆθος· οὐ μὴν πρὸς τοῦτο συντιθεμένου τοῦ
Μανουὴλ ὁ τῶν δοράτων ἴσος ἐδόκει ἐσμός. "ἀλλ᾽ ὦ" φησί "βα-
σιλεῦ, τὸ καρτερὸν στοχαζόμενος, τὸν ἐκ δοράτων καλαμῶνα ἀμ- B
φοτέρων διάθρει." ἐπεὶ γοῦν ἰσχυρότερός πως οὐχ ὁ ἴδιος ἀλλ᾽
ὁ τῶν ἐναντίων ἐδόκει στρατός, βουλὴν ἐδέοντο ἀρτύειν νεανικήν·
ἡ δὲ ἦν ἔκ τε Μανουὴλ συνισταμένη καὶ Θεοφόβου, νυκτὸς ἐπιτε-
θῆναι τοῖς πολεμίοις. ἀλλ᾽ ἕτεροι κρεῖττον εἶναι τὴν ἡμέραν ἀντ-
έφησαν, οἷς καὶ ὁ βασιλεύων ἐπέπειστο. ὡς δ᾽ οὖν ἔλαμψεν ἡ
ἡμέρα, μάχης καρτερᾶς γενομένης, ἐκθύμως τῶν βασιλικῶν ἀγω-
νισαμένων ταγμάτων, οἱ Ἰσμαηλῖται ἐνέκλιναν εἰς φυγήν, ἀφέντες
τὸ πολεμεῖν. ἀλλ᾽ οἱ Τοῦρκοι ἐπιμόνῳ χρώμενοι τοξείᾳ, καὶ τὸ
καταδιῶκον τῶν Ῥωμαίων ἀνακεκρουκότες, ἱστάναι ἀλλ᾽ οὐ φεύ- C
γειν ἔπεισαν τοὺς Σαρακηνούς· ὅθεν ἑαυτοὺς πάλιν συστησάμενοι,

9 Scylitzes et Cedrenus βαρύτερον. 21 ἑστάναι?

sumpto itaque amera tum Melitines praeside ac Turcorum decem milibus omnique Armeniorum exercitu ac praeside praesidum, ad Dazemonem castra posuit. contra hunc profectus Theophilus, non contemnendo ex Persis exque occidentalibus et orientalibus conflato exercitu. ubi autem ad locum sic nuncupatum Anzen venit, statuit Saracenorum copias quam numerosae essent dispicere, antequam acies congrederentur. Manuel itaque scholarum domesticus in tumulum locumque ceteris editiorem Theophilum duxit; quantumque coniectura assequi licebat, hostium copiae minores videbantur. tamen hastarum, consentiente quoque in hoc Manuele, cum par copia videretur, "sed, o imperator," inquit, "robur coniiciens utriusque exercitus densam hastarum segetem considera." postquam itaque robustiorem suo hostium exercitum Theophilus iudicavit, cogitabant quidnam strenui audaciorisque consilii molirentur. nempe suadebant Manuel et Theophobus noctu aggrediendos hostes: reliqui vero duces interdiu ineundam pugnam suaserunt, quibus ipse quoque imperator assensus est. hac ergo praelata sententia, prima statim luce acerrimum praelium commissum est. quo in praelio imperatoris ordinibus fortiter dimicantibus, Ismaelitarum acies in fugam inclinatur. verum Turcis assiduo sagittarum iactu atque grandine insequentes Romanos inhibentibus, facti Saracenis animi, ut fugam sistentes frontem verte-

καὶ τοῖς τόξοις δὴ γενναίως πόρρωθεν βάλλοντες, ἑτεραλκῆ τὴν μάχην ἐποίησαν. οἷς μὴ δυνάμενος ὁ τῶν Ῥωμαίων προσεγγίσαι στρατός, ἀλλ' οὐδὲ πόρρωθεν κατιδεῖν τῷ βάλλεσθαι καρτερῶς, νῶτα κλίναντες τὸν βασιλέα κατέλιπον. οὐ μὴν οἱ τῶν βασιλικῶν ταγμάτων ἔξαρχοι μετὰ τῶν Περσῶν τοῦτο δρᾶσαι ἢ ἐννοῆσαι τετολμήκασιν, ἀλλὰ περιστάντες τῷ βασιλεῖ σώζειν ἐβούλοντο, κύκλῳ τῶν ἐχθρῶν πάντοθεν περιστοιχησάντων αὐτοὺς καὶ βαλλόντων
D αὐτούς. κἂν ἀπώλοντο πανδημεί, εἰ μὴ νὺξ ἐλθοῦσα καὶ βραχύς τις ὄμβρος ἐπιγενόμενος τὰς μὲν νευρὰς χαλαρὰς εἰργάσατο αἷς ἠμύνοντο καὶ τὸ κράτος εἶχον οἱ ἐναντίοι, αὐτοῖς δὲ ἄνεσιν τὴν ἐκ βελῶν περιεποίησεν καὶ σωτηρίας μόλις ἐνέδωκεν ἀφορμάς. (32) βαθείας γὰρ ἤδη τῆς νυκτὸς γενομένης, ὡς ἠσχόλητο περὶ τὰς φυλακὰς ὁ Μανουήλ, γλώττῃ πως τῇ Σαρακηνῶν τὸν Περσῶν ὅμιλον σπένδεσθαί πως πρὸς αὐτοὺς διήκουσε, καὶ συνθέσθαι τούτους αὖθις τὸ στράτευμα τῶν Ῥωμαίων καταπροδοῦναι καὶ
P 80 πρὸς τὴν ἐξ ἧς ἀπέστησαν χωρεῖν κεφαλήν. δῆλα γοῦν τῷ βασιλεῖ λάθρα ποιεῖ, καὶ ἑαυτὸν σώζειν μετὰ λογάδων ἠξίου καὶ μὴ περιμένειν τὴν ἅλωσιν. καὶ "πῶς ἔσται τοῦ τοσούτου λαοῦ" ἐπερωτήσαντος τοῦ βασιλέως "ἡ σωτηρία, ἐμοὶ προσμεινάντων;" "σοί" φησί "μόνον ἔστω, βασιλεῦ, τὸ σώζεσθαι ἐκ θεοῦ· οὗτοι δὲ ταχέως τὰ κατ' αὐτοὺς διοικήσουσιν." ὀψὲ γοῦν κατὰ τὸ περίορθρον τοῦ βασιλέως φυγῇ χρησαμένου καὶ πρὸς τὸ Χιλιοκόκω-

11 ἐφορμάς P 22 Χιλιόκωμον?

rent. se ipsos itaque iterum colligentes, eminusque fortiter iacula contorquentes, pugnae sortem mutarunt. Romani propius accedere pedemque conferre non valentes, ac nec procul aspicere quos sagittis hostes configerent, terga vertunt relicto imperatore, praetorianarum legionum ducibus ac Persis nihil tale vel factitandum ac ne animo quidem cogitandum sibi indulgentibus; sed agmine imperatorem cingentes hoc satagebant, ut praesenti eum periculo eximerent, cum undique fusa hostium agmina iugi sagittarum imbre conclusos obruerent. omnesque ad unum cecidissent, nisi et nox ingruens tenuisque delapsus imber, arcuum nervis, quibus se hostes tuebantur ac superiores erant, relaxatis, a tanto illo sagittarum imbre Romanos tantisper securos praestitisset, ac aegre tandem parandae salutis illis occasio fuisset. (32) intempesta nocte cum Manuel agendis excubiis omni opera intentus esset, Persas audit cum Saracenis ipsa eorum lingua colloquentes ac paciscentes, nempe pollicentes Romanum se exercitum prodituros, atque ad eum, a quo defecerant, principem esse reversuros. rem ille statim imperatori secreto denuntiat, hortaturque ut cum delectis suae saluti consulat, nec exspectet dum in hostium manus veniat. quaerente illo "at qui fiat ut tanta militum turba, qui mihi adhaeserunt, incolumis abeat?" "tibi modo" inquit, "imperator, deus salutem praestet; reliqui mox suis rebus consulent." tandem ergo sub ipsum diluculum imperatore fuga elapso, et

μου διασωθέντος, οἱ λειποτάκται τῶν στρατηγῶν τῷ βασιλεῖ προσαπαντήσαντες ἀναξίους ἔφασκον εἶναι τῆς ζωῆς, βασιλέα ἐν πολέμῳ κατιπροέντας, καὶ ἅμα τοῖς ἑαυτῶν ἐγυμνοῦντο ξίφεσι καὶ B τοῖς ποσὶν ὑπετίθουν αὐτοῦ, δάκρυσι βρεχόμενοι παρειάς. ἀλλ' ὁ Θεόφιλος τρωθεὶς ἐκείνων μᾶλλον αὐτοῦ τὴν ψυχὴν τῷ παραδόξῳ τοῦ πράγματος, "εἰ ἐγώ" φησί "σέσωσμαι ἐκ θεοῦ, σωθήσεσθε καὶ ὑμεῖς ἀγωνιζόμενοι κατὰ τῶν ἐχθρῶν."

Τοῦτο οὖν τὸ παρὰ ἐχθρῶν στρατήγημα καὶ ἡ νυκτερινή πως λαλιὰ τῶν Περσῶν, ταὐτὸν δὲ καὶ σπονδὴ εἰπεῖν, τοῖς μὲν Θεοφόβου ἐχθροῖς καὶ θάνατον ψηφιζομένοις αὐτοῖ δευτέρα τις γέγονεν αἰτία καὶ ἀφορμὴ εὔκαιρος εἰς διαβολήν, (33) τῷ δ' ἀμεραμνουνῇ ἀκηκοότι νίκης οὐ μικρᾶς καὶ κατὰ τοῦ Ἀμορίου καταδρομή. ἥνωτο γοῦν κατὰ τὴν τοῦ βασιλέως πατρίδα ἀμφότερα C τὰ στρατόπεδα, αὐτοῦ τε τοῦ ἀμεραμνουνῆ καὶ τοῦτο δὴ τὸ προπολεμῆσαν σφοδρῶς τοῦ υἱοῦ, καὶ χάρακα περιέβαλλον καὶ τῆς πολιορκίας ἀπήρχοντο. καὶ τέως ἀπόπειραν ἐποίει ἀποστραφεὶς κατὰ Δορύλαιον ὁ Θεόφιλος τοῦ δώροις αὐτὸν ἐκεῖθεν ἀποστῆσαι καὶ πρὸς τὰ οἰκεῖα ποιῆσαι παλινοστῆσαι. ἀλλ' οὐ πείθεται, ἐνδομυχοῦσαν φέρων τὴν τῆς πατρίδος αὐτοῦ ἅλωσίν τε καὶ πόρθησιν. μᾶλλον μὲν οὖν ἐξουθένει καὶ ἀνδράποδον ἐκάλει τε καὶ δειλόν, μυκτηρίζων καὶ διακωμῳδῶν οἷς οὐ πρὸ τούτου τούτῳ ἀλλὰ νῦν ἐπὶ ξυροῦ ἑστῶτι ἐπείθετο. εἶχε μὲν οὖν καὶ τοὺς ἀποσταλέντας D

cum ad Chiliococomum evasisset, quos desertis ordinibus terga dedisse duces commemoravimus, occurrentes indignos se vita profitebantur, qui imperatorem in pugna prodidissent; iamque suis ipsi gladiis pectora nudabant, atque ad eius se pedes oppleti lacrimis provolvebant. verum Theophilus, inaudito rei spectaculo prae illis animo saucius, "cum ego divina ope" inquit "incolumis evaserim, evadetis et vos, si cum hoste fortiter pugnaveritis."

Hoc ergo hostium stratagema Persarumque nóctu cum eis collocutio (idemque est ac si foedus dicas) Theophobi inimicis eiusque necem machinantibus altera ad calumniam ac opportuna occasio fuit. (33) porro ameramnunes audita suorum non levi victoria, nihil iam cunctatus Amorium aggreditur. coniuncti itaque ad Theophili patriam ambo exercitus, ipsius scilicet ameramnunae et filii, qui iam fortiter dimicaverat, valloque ducto coepta obsidio est. interim imperator Dorylaeum reversus ameramnunae animum muneribus tentabat, num his delinitum ab expeditione revocare posset et ad sua remittere. haud vero ille paret, alto pectore dirutae patriae ac vastatae iniuriam ferens. quin immo legationem spernit, mancipium vocat ac ignavum, graviterque subsannat ac ludibrio habet, quod non ante ipsi morem gesserit, sed modo cum in novaculae acie res posita sit. retinet vero etiam quos ille legatos mise-

πρέσβεις αὐτόθι που, τῶν δρωμένων ἐπόπτας καὶ μάρτυρας. (34) καὶ δὴ χρόνου παρῳχηκότος διέφυγεν ἂν ἡ πόλις τὸν ὄλεθρον, τῷ πᾶσαν ἰδέαν πολιορκίας τῶν μὲν ἐνδεικνυόντων τῶν δὲ καταβαλλόντων, καὶ πολλῶν ἀνῃρημένων ἐξ ἀμφοτέρων ἀνδρῶν, τῶν μὲν ἀμυνομένων τῶν δὲ πολιορκούντων, ἀπράκτων δὲ τέως μενόντων τῶν Ἀγαρηνῶν καὶ τῆς πολλῆς ὀφρύος κατασπωμένων τῷ πλῆθος ἀνῃρῆσθαι λαοῦ. καὶ γὰρ ὡσεὶ χιλιάδες ἑβδομήκοντα·
P 81 ἐκλελοιπότες εὑρέθησαν μετὰ τὴν ἅλωσιν ἀριθμούμενοι. ἀλλ' οὐκ ἦν παρελθεῖν τὴν ἐκ θεοῦ μάχαιραν ἠπειλημένην ἄνωθεν, οἷς ὑβρίζετο τὸ θεῖον αὐξανομένης δὴ τῆς αἱρέσεως. διὰ τοῦτο ἀνήρ τις τῶν ὑποβεβηκότων (Βοϊδίτζης οὗτος ἐκαλεῖτο ὁ ἄθλιος) μέλλουσιν ἤδη πως ἀναχωρεῖν καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν μετ' αἰσχύνης παλινοστεῖν "τί" φησίν, "ὦ οὗτοι," γράμματα διὰ βελῶν πεπομφώς, "τοσοῦτον τεταλαιπωρηκότες μέλλετε ἀποφοιτᾶν, κεκμηκότες ἄπρακτα καὶ πεπονηκότες; ἔλθετε τοιγαροῦν κατὰ τοὺς πύργους ἐκείνους, ἔνθα μὲν βοΐδιον ἄνωθεν λίθινον ἔξωθεν δὲ λέων
B ἐκ μαρμάρου ἐφίσταται· κἀκεῖσέ μοι περιτυχόντες, τὰ ὑμέτερα δηλαδὴ φρονοῦντά τε καὶ διευθετοῦντα, καὶ ἄλλως ἀσθενεστέρων πεφυκότων ἔνθα δὴ τῶν ἐπάλξεων, ἐγκρατεῖς τε τῶν ἔσω γενήσεσθε καὶ ἐμὲ πολλοῦ ἄξιον κρίνετε." ἦλθον κατὰ τὸν λόγον ἐκείνου, καὶ εἰσῆλθον ἅμα τῇ προσβολῇ, παίοντες καὶ τιτρώσκοντες τοὺς καταλαμβανομένους. οὐκ ἦν δὲ ὅστις τῶν ἀποθνησκόν-

2 δὴ] τοι?

rat, quos ipsis oculis rerum inspectores ac testes adhiberet. (34) ac vero tempore praelabente evasisset urbs quoque excidium, dum hi nullam non machinam adhibent, quibus urbes expugnari solent, illi fortiter depellunt; multique desiderati, dum sic pugnaci contentione utrinque certatur. hactenusque Agareni irrito conatu laborant, multisque suorum peremptis ac longe diminuto ipsorum exercitu altos illos animos ponunt: ad septuaginta enim milia, censu habito, post captam urbem inventa illis desiderari. verum fieri non poterat ut transiret quem deus caelitus gladium intentaverat, ob contumelias quibus haeresi in dies augescente ab eis excipiebatur. idcirco plebeius quidam exque populi faece (Boiditzes misello nomen erat) illis iam recessuris et cum probro ad sua reversuris, inter missilia iactis literis, ita suggessit. "quid vos, amici, tantis exantlatis laboribus, re infecta aerumnis confecti recessuri estis? venite ergo ad eas turres, ubi superne lapideus bubulus, foris vero leo marmoreus impositus est, meque ibi invenientes, qui eadem vobiscum sentiam ac religionis cultu coniunctus existam; ac cum alioqui ea in parte imbecilliora sint propugnacula, compotes urbis efficiemini ac me plurimum coletis." veniunt itaque ut praemoniti erant, moxque aggressi ingrediuntur, trucidantes ac vulnerantes, si quos obviam habebant. qui

των οὐκ ἦν. πάντες δὲ ἀνῃροῦντο καὶ ἔπιπτον ποταμοὺς κινοῦντες ἐξ αἵματος. οὕτω μὲν οὖν αἱρεῖται τὸ Ἀμόριον καὶ χερσὶν ἀνόμων ἀνομωτέρως προδίδοται, ἐκείνων μόνον ζώντων τῶν μέχρι τοῦ Βαγδὰδ παραπεμφθέντων, τῶν κατὰ τὰ θέματα τελούντων μεγιστάνων τε καὶ κραταιοτέρων ἀνδρῶν, οἷς καὶ οἱ μβ′ μάρτυρες C συνηρίθμηντο. οἱ δ' ἄλλοι ἅπαντες μαχαίρας πολεμικῆς ἐγίνοντο τρόπαιον. οὐδὲ γὰρ οὐδ' οὕτως ἔπεισε τὸν ἐχθρὸν ὁ Θεόφιλος πρέσβεις δευτέρους ἀποστείλας, ἐπὶ κεντηναρίοις διακοσίοις ἐξωνήσασθαί τε καὶ τῶν ἐχθρῶν λυτρώσασθαι τὸν αἰχμάλωτον λαόν, εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ τούς γε τέως πρὸς γένος αὐτῷ πλησιάζοντας καὶ ἐπὶ συμμαχίαν αὐτῷ ἀποσταλέντας ἐκεῖ. ἀλλὰ μέγα μὲν οὖν γαυριῶν μέγα δέ γε φυσῶν ἐκείνους τε τοὺς πρώτους καὶ τοὺς δευτέρους τούτους ἀνταπέστειλε πρέσβεις, καταμωκώμενός τε καὶ πλύνων ὕβρεσι, "τοσούτοις μόνοις" φάσκων "ἐξωνήσασθαι βού- D λεσθε κεντηναρίοις, ἔνθα τῶν χιλίων μέχρι φιλοτιμίας ἕνεκα καὶ δωρεᾶς ὑμῖν κατανάλωται;" οἷς καὶ τὴν καρδίαν παθὼν ὁ Θεόφιλος, καὶ ὥσπερ ὑπὸ πυρός τινος ἀναζέων ἢ ἐλαυνόμενος, ἐδεῖτο τοῦ περιψύχοντος ὕδατος ἐκ χιόνος προσφερομένου. χλιαροῦ δέ πως τῷ τῆς καρδίας καύσωνι δοκοῦντος, συνέβη κἀκεῖνον ἐξ ἐκείνης τῆς πόσεως δυσεντερίας νόσῳ περιληφθῆναι καὶ ἄκοντα, καὶ τῇ νόσῳ ταύτῃ τοῦ γενέσθαι ἐκτός. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸ Ἀμόριον οὕτως.

10 γένους?

necem effugeret, nullus erat. caedebantur et cadebant omnes, ac cruoris rivi late diffluebant. sic itaque captum Amorium, maiorique scelere ac improbitate impiorum manibus proditum. illi tantum mortem effugerunt, qui Bagdad usque missi sunt, viri scilicet per themata ac legiones proceres fortissimique, quibus etiam connumerati sunt quadraginta duo martyres. reliqui omnes hostili gladio perempti sunt. nam nec secundis missis legatis, qui ducentis centenariis eos qui bello capti essent de exercitu ab hostibus essent redempturi, barbari animum Theophilus ullatenus inflexit; nec modo alios, sed ne eos quidem licuit liberare qui se affinitate contingerent illucque suppetias ab ipso missi essent. verum ille immensum glorians, fastuque tumens ac superbiens, utrosque tam primos quam secundos legatos prolixe derisos probrisque onustos ac complutos remisit, hoc unum adiiciens: "num tam paucis centenariis vultis redimere, qui munificentiae ac liberalitatis ostentandae causa ad mille usque centenaria expendistis?" ex his Theophilus cordis dolore affectus, ac velut igni quodam exaestuans, aquam ex nive expressam sibi afferri postulavit; quae in tanto illo pectoris aestu cum prope tepida illi videretur, imprudens dysenteriae morbo ex illa potione corripitur, eaque aegritudine moritur. hactenus ea quae spectant ad Amorium.

35. *Κατὰ δὲ τὴν οἰκείαν χώραν παλινδρομήσας ὁ Ἀγαρηνὸς τοὺς εἰρημένους ἀρχηγοὺς ἐν φρουρᾷ τινὶ σκοτεινῇ τῷ ξύλῳ* P 82 *ἀσφαλισάμενος καθεῖρξεν, βραχεῖ τινὶ ὕδατι καὶ ἄρτῳ τούτους ἐντειλάμενος ἀποζῆν. ἐν τοσούτῳ δὲ σκότει ἀσφαλείᾳ κατείχοντο ὡς μήτε κατὰ τὴν σταθερὰν μεσημβρίαν μικρόν τι αὐγάζεσθαι, ἀλλ' ἢ τῇ ἀλλήλων φωνῇ γινώσκεσθαί τε μόνῃ καὶ μόνων τῶν φυλάκων ἀπολαύειν, τῶν ἄλλων στερουμένους ἀνθρώπων, καὶ ὡς ἐν ἐρημίᾳ βαθυτάτῃ διάγειν. τούτοις τοῖς δεινοῖς ἐπὶ ἑπτὰ ὅλοις ἔτεσι προσεκαρτέρησαν. ἄρτι δὲ κατὰ τὴν πέμπτην τοῦ Μαρτίου μηνὸς ὁ τὸ Ἀμόριόν τε προδοὺς καὶ τὸν Χριστὸν ἀρνησάμενος Βοϊδίτζης κατὰ τὴν φυλακὴν γενόμενος, Κωνσταντῖνον ἄνδρα φρόνιμον καὶ σοφίᾳ ἐντεθραμμένον φωνήσας (Κωνσταντῖνος δὲ* B *οὗτος ἦν ὑπηρετῶν τῷ πατρικίῳ κατὰ τὴν ἐν λόγῳ γραφήν), οὐ χρῄζειν ἔφη τινὰ τῶν ἐντὸς παρεῖναί σοι καὶ τῶν ἐμῶν τυγχάνειν μυστηρίων ἀκροατήν. ὡς δ' οὐδένα παρεῖναι ὁ Κωνσταντῖνος καθωμολόγει, "ἄγε μοι" ἔφησεν, "ὦ φιλτάτη καὶ γλυκεῖα ψυχή (γινώσκεις γὰρ τὸν ἀρχῆθεν πόθον σου συμφυέντα μοι), βουλήθητι μετὰ τοῦ πατρικίου τῷ πρωτοσυμβούλῳ συνεύξασθαι καὶ μαγαρίσαι τὴν αὔριον, ἵνα μὴ παρανάλωμα γίνησθε μαχαίρας καὶ αἰκισμῶν. τοῦτο γὰρ αὐτῷ διὰ σπουδῆς ἔχοντι καὶ μελετῶντι συμφέρον ἡγησάμην σοι ὡς φίλῳ δηλοποιῆσαι πιστῷ. θέλησον* C *γοῦν αὐτῷ μὲν κατὰ τὸ φανερὸν συνεύξασθαι, θεῷ δὲ τὰ κρυπτὰ*

35. Agarenus porro ad suam regionem reversus, quos diximus proceres compedibus vinctos in tenebricoso quodam ergastulo inclusit, brevi aqua ac pane vitam sustentare iubens. tantis vero obsitus tenebris locus erat sicque arta tenebantur custodia, ut nec alto meridie lucis quicquam eis splendesceret. una vox erat, qua alter alterum dignoscebant: nulla eis cum aliquo, praeterquam cum custodibus, consuetudo: cum aliis penitus sublata; nec aliter quam in altissima eremo vitam agebant. tantis malis ad annos septem conflictati sunt. iam autem quinta martii Amorii proditor et a Christo apostata, Boiditzes, in carcerem veniens, vocato Constantino viro prudente et sapientiae studiis educato (hic namque Constantinus, ut historiae monumenta testantur, Patricio ministrabat in scribendis literis), "haud" inquit "opus est quenquam tecum intus esse, eaque audire quae tibi secreto commissurus sum." cumque Constantinus neminem adesse affirmasset, "age" inquit "carissima mihi ac dulcissima anima: scis enim quo te pridem desiderio medullitus prosequar. ne, quaeso, renuas in crastinum, adiuncto tibi Patricio, una cum protosymbulo comprecari ac Saracenorum more caeremoniari, ne utrumque gladio ac verberibus confici contingat. cum enim id ille imprimis velit ac moliatur, operae pretium putavi ut tanquam fido amico rem tibi manifestam facerem. velis ergo in manifesto una cum illo vota reddere oreque tenus orare: deo autem, qui occulta scrutatur, intus animo

ἐτάζοντι πίστευε κατὰ ψυχήν, καὶ τῆς αὐτοῦ οὐχ ἁμαρτήσετε αἰωνίου ζωῆς." τούτοις οὐ μαλακισθεὶς μηδὲ φρεναπατηθεὶς ὁ ἀήττητος "ἀπόστηθι" ἔφη "ἀπ' ἐμοῦ, ἐργάτα τῆς ἀνομίας, ἀπόστηθι." καὶ ἅμα τῷ λόγῳ ἀπεφοίτησεν, διηγησάμενος ἰδίᾳ τῷ πατρικίῳ τῶν λεχθέντων μὲν οὐδὲν φανερόν, ἵνα μή τις δειλανδρίας ἐναποτεχθῇ αὐτῷ λογισμός, μόνον δὲ ὅτι θανάτου ψῆφος ἐς αὔριον καθ' ἡμῶν ἐξενήνεκται. εὐχαρίστησεν ἐπὶ τούτοις τῷ θεῷ ὁ πατρίκιος, καὶ διαθέμενος τὰ κατ' αὐτὸν διὰ Κωνσταντίνου τοὺς συμπαρόντας ἅπαντας εἰς πάννυχον ὑμνῳδίαν ἀνίστησιν. D

(36) *ἕωθεν δὲ μετὰ σοβαρᾶς τις φαντασίας ἄρχων ἐξεληλυθὼς τοὺς προεξάρχοντας μόνους τῶν ἄλλων ἐξελθεῖν ἐπιτρέπει. καὶ δὴ ἐξίασιν ἄνδρες δύο καὶ τεσσαράκοντα, καὶ εὐθὺς κλεισθῆναι προστάττει τὴν φυλακήν. ἠρώτα γοῦν πόσον ἔτος αὐτοῖς ἐστὶν κατὰ τὴν φρουράν, καὶ ἄλλας ἐκίνει βαττολογίας, κατηκόους τούτους βουλόμενος τῶν αὐτοῦ ποιῆσαι φλυαριῶν. ἀλλ' οὗτοι τό τε ἔτος ἀποκριθέντες, ὡς ἕβδομον, καὶ πρὸς τοὺς ἐκείνων ἐκ τῆς θείας γραφῆς ῥωμαλέως καὶ μετὰ γενναίας ψυχῆς ἀντιταχθέντες λόγους, τὴν ἐπὶ θάνατον φέρουσαν κατεκρίθησαν. ὡς δὲ κατὰ* P 83 *τὸν Εὐφράτην ἐγένοντο, καὶ περὶ αὐτὸν ἡ πόλις αὐτῶν ᾠκοδόμηται Σάμαρα, ἐλέγχειν ἐπειρᾶτο τὸν Κρατερὸν Θεόδωρον ὁ ἀλιτήριος, εἴ πως ἀλλὰ τούτῳ γε πείσει τὸν θάνατον ἐξαρνήσασθαι. καὶ "πῶς" ἔφη "σὺ Θεόδωρε παρρησιαζόμενος διὰ θανάτου φοιτᾶν ἐλπίζεις πρὸς θεόν, οὗ τὰς σωτηρίας, ὡς φατέ, οὐκ ἠγάπησας*

crede; nec ab aeterna, cuius ille auctor est ac qua muneratur, vita excidetis." his nihil emollitus aut mente deceptus invictus pugil "discede a me" inquit, "operarie iniquitatis, discede." hisque dictis statim recessit, nihil eorum quae seorsum audierat Patricio locutus, ne qua illi timidior cogitatio obreperet. hoc solum ait, latam in eos in diem crastinum mortis sententiam. his auditis Patricius deo gratias egit; suisque rebus dispositis socios omnes Constantino adiutore excitat, ut totam noctem insomnem ducant in divinis laudibus ac canticis. (36) mane igitur quidam praeses superbo incessu fastuque egressus eos duntaxat qui inter reliquos primores essent exire iubet. exierunt igitur viri quadraginta duo, moxque claudi carcerem praecipit. interrogat ergo quotum iam annum in carcere agant, aliaque inepta, eo animo ut suas illi nugas audirent. ad annum quod attinet, septimum respondere; robusteque ex divina scriptura fortique animi proposito confutatis Agarenorum sermonibus, mortis sententiam exceperant. cumque ad Euphratem venissent, ad cuius oram eorum civitas Samara exstructa est, Theodorum Craterum miser ille conatur coarguere, si qua illi ratione liceret defugiendam mortem suadere. "quonam vero modo" inquit, "Theodore, mortis compendio ad deum te evasurum confidis, certoque rem speras, qui salutaria

ἐντολάς; οὐδὲ γὰρ ἂν ἐξ ἱερατικοῦ κλήρου, ᾧ σὺ πάλαι ἐγκατελέξω, πρὸς σχῆμα ἦλθες τῶν λαϊκῶν· οὐδὲ χεῖρας ἀθώους οὔσας
B αἱμάτων σου νῦν ἐν πολέμοις ἐπλήρους πάλιν αὐτὰς τῶν μολυσμάτων τε καὶ μιασμάτων." καὶ ὁ Θεόδωρος οὐκ ἐμβραδύνας, μηδέ τινα χρόνον ἀναβαλλόμενος, "διὰ τοῦτο" ἔφη "καὶ τὸ ἐμὸν ἐκχέαι αἷμα οὐ κατοκνήσω, ἵνα μοι λύτρον τε καὶ λουτρὸν τῶν πεπλημμελημένων ἀναφανὲν τὴν βασιλείαν δώῃ αὐτοῦ, ἢ ἀποδράσας τίς σου τῶν οἰκετῶν καὶ αὖθις ἐπανακάμψας τήν σοι φίλην λειτουργίαν ἐκτελοίη, εἰς τὴν συγγνώμης χώραν ἀλλ' οὐκ ἀγνωμοσύνης χωροίη." καὶ ἅμα εἰς τὸ τῆς ἀθλήσεως εἰσῄει ὥσπερ τις Ὀλυμ-
C πιονίκης στάδιον, καὶ πρὸς τὸν πατρίκιον Κωνσταντῖνόν φησι, τὴν ὑφέρπουσαν ὥσπερ αὐτοῦ δειλίαν καὶ φόβον ἀποσοβῶν, "ἄγε δή, ὦ στρατιῶτα Χριστοῦ, τὸ πρόκριτος εἶναι πάντων ἡμῶν πρὸς τὸν ἐπὶ γῆς βασιλέα λαχών, πρῶτος καὶ τὸν τοῦ μαρτυρίου ἀναλάμβανε στέφανον." ὁ δ' ἱερὸς Κωνσταντῖνος "σοὶ μᾶλλον ὡς γενναίῳ καὶ κρατερῷ" ἔφη "τὸ τοιοῦτον προσῆκεν ἀξίωμα, ὅθεν ἀκόλουθον ἕξεις με, σαυτὸν πρῶτον εἰς θάνατον παραδιδούς." ἐπιρρώσαντες οὖν ἀλλήλους τοῖς παρακλητικοῖς, κατὰ τὰς κοσμικὰς ἀξίας πρὸς τὸν διὰ μαρτυρίου ἕκαστος ἐχώρει δὴ θάνατον, πάντων θαυμαζόντων τὴν μετὰ πεποιθήσεως καὶ γενναίας τούτων
D ψυχῆς ἄθλησιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον.

7 ἢ] ἢ εἰ?

eius mandata, uti vos vocatis, non dilexeris? nonne ex sacerdotali clero, cui pridem adscriptus fueras, laicorum habitum institutumque amplexus es? nonne manus, cum a sanguine insontes essent, nunc iterum inter praelia sordibus ac inquinamentis replebas?" ad quem Theodorus nihil cunctatus nullaque mora "haec ipsa" inquit "causa est cur neque sanguinem fundere recusem, quo nimirum pretium ille ac lavacrum mihi effectus illius mihi regnum conciliet, quemadmodum tu, si quis servorum fugerit, ac postea reversus, cui obsequio mancipare placuerit, illud recte exsequatur, venia dignum habueris, non quasi improbum castigabis." ita locutus certaminis stadium haud secus ac Olympicis certaminibus victor quispiam ingreditur, aitque ad Constantinum Patricium, subrepentem ei formidinem metumque velut depellens, "age, rogo, Christi miles, qui apud terrenum regem nobis omnibus maiores honores consecutus sis, primus quoque martyrii lauream accipe." ad quem sacer Constantinus "tibi potius velut strenuo exque nominis ratione κρατερῷ (victori scilicet et robusto viroque forti) ea convenit dignitas; unde me habebis comitem, cum primum te deo victimam obtuleris." sicque mutuo hortatoriis verbis sese confirmantes, pro eo ac quisque saeculari militia maiori dignitate fulserat, ad mortem per martyrium contendebant, cunctis eorum cum fiducia generoseque proposito certamen mirantibus. verum haec postea.

37. *Τότε δὲ ὁ βασιλεὺς Θεόφιλος οὐ φέρων τὴν ἐκ τῶν Ἀγαρηνῶν ἧτταν καὶ ἀδοξίαν, πατρίκιον Θεοδόσιον, ὃς οὕτως ἐλέγετο ὁ Βαβούτζικος, πρὸς τὸν ῥῆγα Φραγγίας ἐξαποστέλλει, στρατεύματα ἐκεῖ αἰτῶν γενναῖά τε καὶ πολυάνθρωπα. οὐδὲ γὰρ χειρῶν ἀσθενείᾳ ἢ ψυχῆς μαλακότητι τοὺς ἑαυτοῦ κέκρικεν ἡττᾶσθαι ποτέ, φυγομαχίᾳ δὲ καὶ ταὐτὸν εἰπεῖν προδοσίᾳ τοῦτο πάσχειν ἀεί. ἀλλὰ καὶ ἂν ἔλαβεν πεῖραν καὶ τῶν ὧν προσεκαλεῖτο ἐθνῶν δύναμιν καὶ ἰσχὺν [ᾔσθετο] (μετ' εὐφροσύνης γὰρ τὴν πρὸς βασιλέα ἐπικουρίαν ὁ ῥὴξ ἀπεδέδεκτο) καὶ αὖθις κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν* P 84 *ἐστράτευσεν ὁ δυστυχὴς Θεόφιλος (ταύτην δὲ τὴν προσηγορίαν ἐκ τοῦ ἀεί πως ἡττᾶσθαι κατὰ πόλεμον ἐκληρώσατο), εἰ μὴ ὁ ἀποσταλεὶς Θεοδόσιος ἐκ τοῦ βίου γενέσθαι προέφθασεν. ἐκείνου τε γὰρ ἡ ἀποβίωσις τὸν στρατὸν ἐκεῖνον πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἐλθεῖν οὐ πεποίηκε, καὶ τοῦ βασιλέως ἐπικρατήσασα ἡ τῆς δυσεντερίας νόσος θανατεῖν ἐποίει ἀλλ' οὐ πρὸς ὅπλα χωρεῖν.*

38. *Ὥρα δὲ καὶ τὰ τοῦ Θεοφόβου εἰς μέσον θεῖναι καὶ πᾶσι καταστῆσαι σαφῆ. ἔκ τε γὰρ τῆς εἰρημένης ἤδη κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν ἐν νυκτὶ τὸν πόλεμον συστήσεσθαι αἰτίας, ἀλλὰ καὶ* B *τῆς κατὰ τὴν νύκτα γενομένης λαθραίας ὁμιλίας πρὸς τοὺς Σαρακηνούς, ὡς ἔφαμεν, καὶ ἄλλοθεν δέ ποθεν κατ' αὐτοῦ λοιδορίαι καθοσιώσεως ἐπιφυεῖσαι καὶ αὐξηθεῖσαι μισητὸν εἰργάζοντο τὸν ἄνδρα καὶ φοβερόν. καὶ ἐπεὶ μὴ οἷός τε ἦν ἀντισχεῖν, εὐεξαπά-*

15 *θανατᾶν?* an *δυσθανατεῖν?*   18 *καὶ*] *δὲ* P

37. Tum vero Theophilus imperator, quam ab Agarenis cladem probrumque acceperat, animo non ferens, Theodosium patricium, cui Babutzicus nomen erat, ad regem Franciae mittit, fortes inde auxiliarios ac numerosas copias ad se mitti petens. existimabat enim suos nunquam virium imbecillitate aut molliore animo victoria cecidisse, sed pugnae detrectatione, seu (quod idem est) proditione, id illis semper accidisse. ac plane rem experturus erat, ac gentium, quarum auxilia rogaverat, sensisset potentiam, siquidem Francorum rex legationem libens habuerat, nec missurum se armatos abnuebat, novaque rursus acie infortunatus Theophilus (hoc enim ille sibi nomen asciverat, quod in praeliis semper victus exiret) in Agarenos expeditionem suscepisset, nisi quem ille miserat Theodosius prius in humanis esse desiisset. nam tum illius mors in causa fuit ne Francorum auxilia in urbem regiam venirent; tum dysenteriae invalescens morbus imperatori mortem attulit, non etiam resumendi arma facultatem fecit.

38. Porro tempus est ut et Theophobi res in medium producamus ac cunctis eas notas faciamus. ex ea enim, quam dixi iam, nocturna illi adversus Saracenos insinuata pugna, quin et ex nocturno clanculum cum Saracenis, quo de supra, habito colloquio, nec non aliis quibusdam orta in eum auctaque maiestatis crimina exosum virum reddebant et formidolosum.

τητον ὄντα εἰδὼς τὸν Θεόφιλον, φυγαδείᾳ χρησάμενος πρὸς τὴν Ἄμαστριν (πόλις δὲ αὐτὴ Ποντικὴ) μετὰ τέκνων ὁμοῦ χωρεῖ τε καὶ γυναικῶν καί τινων ἐκκρίτων ἀνδρῶν. ἀνήγετο οὖν στόλος εὐθὺς κατ' αὐτοῦ, καὶ πόλεμος σφοδρὸς ἐξηρτύετο ὡς πρὸς ἐχθρὸν C τοῦ βασιλέως κατάδηλον, καὶ τοῦ τοιούτου στόλου ἀρχηγὸς ὁ τῆς βίγλης δρουγγάριος οὕτως Ὠορύφας λεγόμενος. ἀλλ' ὁ Θεόφοβος τὸν τοῦ θεοῦ φόβον ἐν ἑαυτῷ συλλαβὼν οὐκ ἔφησε δίκαιον εἶναι Χριστιανὸν ὄντα αἵμασιν ἀνθρώπων χαίρειν πιστῶν· ὅθεν ὑπείκει τῷ βασιλεῖ ὅρκοις δελεασθείς, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐπανάγεται τοῖς ὅρκοις θαρρῶν. ἀλλ' ὁ Θεόφιλος τούτους θέμενος εἰς οὐδὲν νῦν μὲν εἱρκτῇ τινὶ καὶ φρουρᾷ τῇ κατὰ τὸν Βουκολέοντα τοῦτον τίθησι, φρουρεῖσθαι προστάξας· μιᾷ δέ τινι τῶν ἡμερῶν, ἐπεὶ ἔγνω ἑαυτὸν ἤδη ἀποβιοῦντα καὶ τὰ ἔσχατα πνέοντα, κελεύει ἐν νυκτὶ ἐξ αὐθεντίας ἀποτμηθῆναι οἷόν τι πικρὸν αὐτοῦ ἐντάφιον D καὶ λυπηρόν, καὶ πρὸς ἑαυτὸν τὴν ἐκείνου ἀχθῆναι κεφαλήν. ἐπεὶ γοῦν ἤχθη κατὰ τὸ πρόσταγμα, τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ τὴν ἐκείνου ῥῖνα λαβὼν "νῦν γε" ἔφησεν "οὐδὲ σὺ Θεόφοβος οὐδ' ἐγὼ Θεόφιλος." εἰσὶ δὲ οἳ τὸν θάνατον τοῦ Θεοφόβου τῷ Ὠορύφᾳ ἀλλ' οὐ τῷ βασιλεῖ διδόασιν, φάσκοντες ὡς ἅμα τῷ πιστεῦσαι τούτῳ αὐτόν, τὴν κεφαλικὴν ἐπαγαγεῖν τιμωρίαν αὐτῷ λάθρα διὰ νυκτός. ἐκεῖθεν οὖν διαβεβόηται μέχρι τοῦδε παρὰ Πέρσαις μὴ ὄψεσθαι θάνατον τὸν Θεόφοβον ἀλλ' ἐν ἀφθαρσίᾳ διαζῆν, τῷ κρύβδην ἀλλ' οὐκ ἀναφανδὸν τὸν ἐκείνου θάνατον γενέσθαι ποτέ.

et quia is non satis obniti poterat, cum Theophilum facilis ad calumniam ingenii non nesciret, fuga se cum liberis et uxoribus aliisque delectis viris ad Amastridem Ponti urbem recepit. mox ergo in eum missa classis, graveque omni armorum apparatu, tanquam adversus apertum imperatoris hostem, instructum bellum. classi praeerat excubiarum drungarius Ooryphas nomine. verum Theophobus pro nominis ipsa ratione, concepto intra semet ipsum dei timore, "iniquum," ait, "qui sit Christianus, fidelium cruore gaudere." cedit itaque Theophili iuramentis deceptus, iisque fretus ad eum reducitur. verum ille eorum spreta religione hactenus quidem in Bucoleonis carcere includi ac servari iubet: quadam vero die, cum se iam mori ac supremum spiritum agere cognosceret, noctu velut acerbam tristemque sepulcralem victimam ex potestate meroque arbitrio obtruncari praecipit exsectumque caput ad se deferri. ubi allatum pro eo ac mandaverat fuit, arrepto manu illius naso "nunc" ait "neque tu Theophobus nec ego Theophilus." non desunt vero qui Theophobi necem Ooryphae adscribant, non Theophilo; ac dicant, cum primum se ille ei dedidit, noctu ab eo ac secreto capitis poenam excepisse. hinc apud Persas fama percrebuit, non visurum mortem Theophobum, sed incorruptae vitae perennitatem consecutum esse, eo quod eius mors nunquam palam prodita est.

39. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν Κρῆτες παντὶ στόλῳ ἀράμενοι τὴν παράλιον ἐδῄουν τῶν Θρακησίων καὶ ᾐχμαλώτιζον. παρὰ τοσοῦτον δὲ αὐτῶν ἐχώρουν τὰ νεανιεύματα καὶ τὰ στρατηγήματα παρ' ὅσον οὐ τὴν αἰγιαλῖτιν μόνον ἐπειρῶντο καταδραμεῖν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν ἐν τῷ ὄρει, ὅπερ οὕτω καλεῖται Λάτρος, ἐνσκηνούντων καὶ τῶν μοναύλιον βίον ἀσπαζομένων γυμνῷ τῷ ξίφει χωρεῖν καὶ Μυσῶν λείαν τὰ ἐκεῖσε ποιεῖν. ἀλλὰ Κωνσταντῖνος ὁ κατὰ τὸν Κοντομύτην τηνικαῦτα τὴν πρόνοιαν τοῦ θέματος τούτου ποιῶν, ἐπείπερ ἔξω πρὸς τὴν χέρσον ἐγένοντο, ὡς δελφῖνας τούτους ἀπέσφαξε καὶ γενναίᾳ χειρὶ τῇ ἀφανείᾳ πάντας παρέδωκεν. καὶ κατὰ τὸν τῆς αὐτοκρατορίας δὲ χρόνον αὐτοῦ καὶ τὸν Ὀκτώβριον μῆνα, εἰς ἰνδικτιῶνα ὀγδόην, ὁ τῶν Ῥωμαίων στόλος ἐν τῇ νήσῳ τῇ Θάσῳ καταναυμαχηθεὶς ἄρδην ἅπας ἀπώλετο. καὶ κατὰ τὸ ἑξῆς δὲ τὰς Κυκλάδας νήσους, ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας, ὁ τῶν Ἰσμαηλιτῶν κατασύρων στρατὸς οὐκ ἐπαύετο. καὶ αὖθις ἐν Ἀβασγίᾳ ὅ τε Θεόφοβος καὶ ὁ τῆς Θεοδώρας ἀδελφὸς Βάρδας ἀποσταλέντες μετὰ στρατιᾶς ἰσχυρῶς ἐδυστύχησαν, ὀλίγων ἄγαν ἐκεῖθεν ὑποστρεψάντων. ἀλλὰ καὶ αὐχμοὶ καὶ πάλιν χειμῶνες ἐξαίσιοι καὶ ὅλως ἀνωμαλίαι καὶ δυσκρασίαι κατὰ τὸν ἀέρα γινόμεναι ἐκάκουν τὴν γῆν καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ, ἐξ ὧν σιτοδεῖαι καὶ λιμοὶ καὶ γῆς ἐκ σεισμῶν ἀνατιναγμοὶ οὐκ ἦν ὅτε μὴ ἐγίνοντο κατὰ τὴν αὐτοῦ ἅπασαν τῆς βασιλείας ἡμέραν.

P 85 · B · C

11 τὸν αὐτὸν τῆς?

39. Circa idem tempus Cretenses plena educta classe Thraciae maritima populari praedasque agere ac captivos abigere. eo usque autem processit illorum insolentia ac bellicus furor, ut non solum maritimam depraedari conarentur, sed et in eos qui montem sic dictum Latrus habitant, ac vitam monasticam agunt, strictis gladiis irruerent, eorumque omnem suppellectilem Mysorum, quod aiunt, praedam facerent. Constantinus tamen Contomytes eius tunc provinciae praefectus, quod relictis navibus longius in terram excurrerant, velut delphinos in continenti deprehensos iugulavit cunctosque strenua manu internecioni dedit. eodem quoque Theophilo imperatore mense Octobri, indict. 8, Romanorum classis in Thaso insula navali praelio expugnata tota penitus periit. deincepsque Cyclades insulas, quin et alias omnes, diripiendi ac populandi Ismaelitarum classis atque exercitus nullum finem fecit. iterum quoque Theophobus et Augustae frater Bardas cum exercitu in Abasgam missi infaustis adeo ominibus rem gesserunt, ut pauci admodum ex illa expeditione reduces fuerint. sed et nimii aestus ac rursus exuberantes pluviae prorsusque aëris inaequalitas intemperiesque terram ac colonos laedebant, indeque rerum penuria ac fames. vix quoque vel unum diem, quandiu ille rerum potitus est, terra motibus quati destitit.

40. Ἐπεὶ δὲ ὅλην ἐκκενώσας τὴν τοῦ σώματος οὐσίαν τῇ
τῆς γαστρὸς διαρροίᾳ καὶ φθόῃ, ὡς μηδαμοῦ στῆναι τῆς ψυχῆς
ἔτι δυναμένης ἀλλ' ἀποπτῆναι αὐτῆς ζητούσης καὶ ἀποστῆναι, ἐδε-
δίει [δὲ] περὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ γαμετῆς, ἐν τῇ Μαγναύρᾳ
πάντας ἐκκλησιάσας [ὅτε] καὶ μόγις κλίνης ὑπὸ τῶν ἐπιτηδείων
D κουφισθεὶς καὶ ἀρθείς, καὶ πολὺ ἀθροίσας πνεῦμα ἐν στεναγμῷ,
"ἄλλος μὲν" ἔφη "ἀπολοφυρόμενος ἐν τοιαύτῃ νόσῳ καὶ καταιγίδι
τὸ τῆς νεότητος ἄνθος ἐξετραγῴδησε καὶ τὴν τοσαύτην εὐδαιμο-
νίαν, αἷς ὁ ἐξ ἀρχῆς φθόνος ἐπιβασκαίνων με δεινῶς τὰ νῦν ἐπο-
φθαλμίζει καὶ ἐξ ἀνθρώπων με ποιεῖ. ἐγὼ δὲ τὴν τῆς γαμετῆς
μου χηρείαν προορῶν καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ δυσποτμίαν καὶ ὀρφανίαν,
πρὸς δὲ καὶ διακόνων ἤθεσι καλοῖς ἐντραφέντων καὶ θεραπείαις
καὶ τῆς ἐμῆς συγκλήτου καὶ γερουσίας τὴν στέρησιν, ἀνακλαίομαι,
ὦ παρόντες, καὶ ἀποδύρομαι οἷς τε ὑμᾶς χειροήθεις ὄντας καὶ
πραεῖς καταλιμπάνων πρὸς ὃν οὐκ οἶδα πορεύομαι βίον, καὶ ἀλ-
P 86 λάσσομαι δόξαν ἀνθ' ἧς οὐδ' ὅλως ὅ τι μοι προσαπαντήσεται
ἔγνωκα. ἀλλὰ μέμνησθέ μου τέως τῆς ἧς οὐκέτι γλώττης ἀκού-
σεσθε καὶ ἣν ὅτε πικρὰ τοῦ πρέποντος ἕνεκεν καὶ συμφέροντος·
καὶ τὴν μετὰ θάνατον εὔνοιαν εἴς τε υἱὸν καὶ γυναῖκα διαβαίνου-
σαν ταμιεύσασθε, ἐκεῖνο πάντως προσενθυμούμενοι, ὡς ὁποῖός
περ ἕκαστος τῷ πέλας τούτου γενήσεται, τοιοῦτον καὶ αὐτῷ τὸ
πρὸς τὸ μέλλον συμβήσεται." τοιούτοις ῥήμασι τῆς βασιλικῆς

10 τῆς om P

40. Quia vero corporis omnem substantiam ventris diarrhoea taboque exhauserat, nec usquam iam anima sisti poterat, sed avolare ac abscedere quaerebat, de filio atque uxore sollicitus eorumque securitati cavens communem omnium conventum ad Magnauram indicit. ibi aegre sublevantibus lectoque tollentibus necessariis, copiosum cum gemitu ducens spiritum, "alius" inquit "istiusmodi affectus aegritudine, tantoque quatiente turbine, iuventutis florem dire lamentaretur tantamque hanc felicitatem; quibus iam olim insidiatus livor, nunc quoque graviter obtuens, humanis me rebus extrudit. at ego uxoris futuram viduitatem praevidens filiique orphani sortem miseram, ministrorum item atque servorum qui probis moribus ac obsequiis innutriti sunt, mei denique senatus ac procerum privationem, vehementius defleo atque deploro, o vestra praesentium concio, quod vos mansuetos mitesque relinquens ad eam quam nescio vitam proficiscor, gloriamque commuto, cuius loco quid mihi eventurum sit ignoro. verum hactenus meae memores linguae estote, quam nunquam amplius estis audituri; quae et acerba, pro eo ac honesti atque utilis ratio exposcebat, quandoque locuta est, nuncque cum e vivis excessero, benevolentiam in filium uxoremque recurrentem reponite, istud omnino cogitantes, fore ut qualis quisque in proximum suum exstiterit, tale ei quoque in futurum contingat." verbis eiusce-

πάντας καταχηλούσης γλώττης καὶ ἡμερούσης, οὐκ ἦν ὅστις ἀδά-
κρυτος ἦν, οὐδ' ἦν εἰκάσαι τὸν ἀναπεμφθέντα ἐκ τῶν παρόντων
στεναγμόν τε καὶ ὀδυρμόν.

41. Μικρὸν οὖν ἔτι ἐπιβιώσας κατὰ τὴν εἰκάδα τοῦ Ἰα- B
νουαρίου μηνὸς τὸν βίον μετήλλαξεν, τῆς βασιλείας γενόμενος ἐγ-
κρατὴς μῆνας τρεῖς ἐπὶ δώδεκα ἔτεσιν, πολλὰ τοὺς τῆς ὀρθοδόξου
πίστεως περιεχομένους παρ' ὅλον αὐτοῦ τὸν βίον μυσαττόμενός τε
καὶ χειμῶνα πάντα κατὰ πᾶσαν ὥραν καιροῦ ἐπάγων αὐτοῖς ἀφει-
δῶς, ἀνθ' ὧν ἕνεκεν καὶ τὸ δυστυχὴς ὄνομα παρὰ παντὸς ἀνθρώ-
που ὥσπερ τινὰ κλῆρον ἐπήγετο, μηδέποτε τρόπαιον στήσας κατὰ
τῶν ἐχθρῶν βασιλικόν τε καὶ ἀξιέπαινον, μήτε μὴν τὴν προτέραν
ἧτταν ἀναμάχεσθαι δυνηθείς, καίτοι γε ὀκτωκαίδεκα πολέμους
παρ' ὅλην αὐτοῦ τὴν ζωὴν κατὰ τῶν ἐχθρῶν συστήσας, καὶ τοσαυ- C
τάκις αὐτοῖς συμπλακεὶς καὶ πρὸς παρατάξεις χωρήσας οὐκ ἀγεν-
νεῖς. ἀλλὰ τοῦτον μὲν οὕτω καταστρέψαντα τὸν βίον ἐνταῦθα
καταλιπόντες ἐπὶ τὰς καταλοίπους οἰκοδομὰς αὐτοῦ που περὶ τὰ
ἀνάκτορα οὔσας βαδιούμεθα, ἀξιολογωτάτας οὔσας καὶ μνήμης
τυχεῖν ἱκανάς.

42. Εὐθὺς γοῦν ἀπὸ τοῦ Κυρίου εἰσιὼν κατὰ τὸ πρόσω-
πον ὑπαντώσας εὑρήσεις αὐτάς. ὅ τε γὰρ Καριανός, ὃς οὕτω
φέρει τὴν κλῆσιν διὰ τὸ ἀπὸ τῆς γραδώσεως ἔχειν ἀπὸ λίθου Κα-
ριανοῦ οἷόν τινα πλατὺν ποταμόν, ὃ καὶ χρηματίζων σήμερον βε- D

16 περὶ] ἐπὶ P 21 ἐπὶ?

modi imperatoris lingua concionem omnem deliniente atque mulcente, in ea qui lacrimas teneret nullus erat, maiorque omnium pectore erumpens gemitus ac eiulatus quam ut ullus satis coniectura assequi queat.

41. Paucos hinc dies vitae superstes vigesima die Ianuarii naturae debitum solvit, imperio potitus annos duodecim menses tres. adversus rectae fidei professores per omnem vitam odium implacabile gessit, nullumque non turbinem omni hora ac quavis occasione nulla eis venia indulgentiaque adhibuit; quo factum est ut infortunati nomen apud omnes velut hereditario quodam iure reportarit. nunquam pro imperii maiestate ac laude dignum adversus hostes tropaeum erexit, ac neque acceptam cladem resarcire unquam satis potuit, idque cum octodecies per omnem vitam suscepta adversus hostes expeditione toties cum illis signa contulerit, nec contemnendas copias pugnam commissurus duxerit. verum Theophilo sic vita functo a nobis relicto, ad reliqua eius aedificia exstantia in palatio procedamus, utpote praemagnifica dignaque memoria.

42. Statim itaque a Cyrio ingredienti aedificia illa in faciem incurrent. nam et Cariani domus, sic dicta quod a gradibus quandam velut fluminis planitiem Cariano strata lapide exhibeat, quae et hacte-

στιάριον τῶν ἀποθησαυριζομένων πέπλων [ἐκ] σηρικῶν, τῆς ἐκεί-
νου προνοίας ἔργον ἐστίν, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ὁ γείτων αὐτοῦ κε-
χρυσωμένην ἔχων ὀροφὴν Τρίκογχος, ἐκ τοῦ σχήματος τὴν κλῆσιν
λαχών· τρισὶ γὰρ κόγχαις μετεωρίζεται, μιᾷ μὲν κατὰ τὴν ἀνατο-
λὴν συνοικοδομούμενος, ἣ καὶ ἐκ τεσσάρων κιόνων Ῥωμαίων ὑπο-
στηρίζεται, δυσὶ δὲ ἐγκαρσίαις, κατὰ ἄρκτον καὶ μεσημβρίαν
φημί. τὸ πρὸς δύσιν δὲ τοῦ οἴκου μέρος ὑπὸ δύο μὲν κιόνων ἀνέ-
χεται, τριῶν δὲ πυλῶν τὴν ἔξοδον δίδωσιν. τούτων ἡ μέση μὲν
P 87 *ἐξ ἀργύρου κατεσκεύασται, αἱ ταύτης δὲ ἑκατέρωθεν ἐκ γεγανω-*
μένου χαλκοῦ. ἡ ἔξοδος εἰς τὸ καλούμενον οὕτω Σίγμα ἐξάγει,
ἐκ τῆς πρὸς τὸ στοιχεῖον ὁμοιότητος τὴν ἐπωνυμίαν λαβόν, ὃ ἴσην
τε καὶ ὁμοίαν τοῦ Τρικόγχου τὴν εἰς τοὺς τοίχους ἐπανθοῦσαν
ὡραιότητα φέρει· ἐκ γὰρ λακαρικῶν παμποικίλων τοῦτό τε κἀκεῖνο
μαρμάρωται. ἀλλὰ τοῦτο μὲν τὴν ὀροφὴν ἔχει στερράν τε καὶ
λαμπράν, ὅτι καὶ πεντεκαίδεκα κίοσιν ἥδρασται ἐκ λίθου δοκιμί-
νου· διὰ στύρακος δὲ πρὸς τὸν θεμέλιον αὐτοῦ κατιὼν τὴν αὐτὴν
ἔχοντα τοῦ σχήματος εἰκόνα τε καὶ ὁμοίωσιν εὑρήσεις, ἐννέα πρὸς
B *ταῖς δέκα κίοσιν διαβασταζόμενον, καὶ τὸν περίπατον ἔχοντα κατ-*
εστρωμένον ἐκ λίθου πιπεράτου. τούτου δὲ πλησίον τοῦ περι-
πάτου, ἐνδότερόν που καὶ ἀνατολικώτερον, Τετράσερόν τι ὁ τεχνί-
της ἐξήγειρεν, τρισὶ καὶ αὐτὸ κόγχαις διειλημμένον κατὰ τὴν εἰ-
κόνα τοῦ ἐπικειμένου αὐτῷ Τρικόγχου. ἀλλὰ τὴν μὲν μίαν πρὸς
τὴν ἀνατολήν, τὰς ἑτέρας δὲ δύο μίαν μὲν πρὸς τὴν δύσιν θατέ-

nus sericarum vestium penus est, ac vestiarium vocatur, illius curae opus est. sed et illi vicinum Triconchum, auro obductum tectum habens, cui ex figura nomen est. triplici enim concha assurgit, una ad Orientem exstructa, quae et quattuor columnis Romanis (porphyreticas vocant) fulcitur, duplicique obliqua ad aquilonem et meridiem. ea porro domus pars quae ad occidentem spectat, duabus columnis sustinetur tribusque portis exitum praebet. harum media argento conflata, utrinque illi adiacentes aere splendent. exitus ad locum ducit Sigma appellatum, ab eius elementi affini figura. parem Sigma Triconcho in parietibus effulgentem venustatem praefert: utrumque enim varii coloris marmoribus incrustatum est. quod autem Sigma vocant, tectum firmum habet ac praemagnificum, quindecim columnis ex lapide Docimino fultum. hinc per styracem ad eius fundamentum descendens eandem cum superioribus figuram habere invenies ac compositionem, novemdecim columnis subnixum, constructa porticu piperato lapide. prope hanc porticum, paulo interius magisque ad orientem, aliud quidpiam Tetraserum excitavit artifex, ipsum perinde triplici concha comprehensum, ad similitudinem imminentis illi Triconchi; quarum una quidem ad orientem spectat, duarum vero aliarum alteram ad occidentem, alteram ad meridiem compre-

ραν δὲ πρὸς τὴν μεσημβρίαν συμπεριείληφεν. τὸ δὲ ἀρκτῷον μέ-
ρος ἐκ δύο κιόνων ἀληθινοπιπέρων ἔχει διανειργόμενον Μυστή-
ριον· οὕτω τὴν κλῆσιν ἔχει τοῦτο κατάλληλον. καὶ ἡ αἰτία ὅτι
καθάπερ τὰ ἄντρα συνεπηχῶν ἀβλαβῆ τὴν ἠχὼ διαπέμπει πρὸς
τοὺς ἀκούοντας· καὶ εἴ τις τῷ τοίχῳ πλησιάσας τῆς ἀνατολικῆς C
κόγχης εἴτε δὴ καὶ δυτικῆς ἐν μυστηρίῳ τι εἴπῃ καὶ καθ' ἑαυτόν,
ἐκ διαμέτρου τε καὶ ἀντιπέρας ἱστάμενος ἕτερος, εἰ τὸ οὖς τῷ
τοίχῳ ἐπιθῆται, τῆς ἐν μυστηρίῳ λαλουμένης ἐκείνης φωνῆς αὐτή-
κοός πως γενήσεται. τοιοῦτόν τι περὶ αὐτὸ θαῦμα ἐγγίνεται.

43. Τούτῳ δὴ τῷ οἴκῳ παρεπεπήγει πως καὶ συγκατ-
εσκεύασται ὁ τοῦ Σίγμα περίστυλος, ὁ πρότερον ἡμῖν εἰρημένος.
ἐκ δὲ τούτου ὕπαιθρόν τι καὶ ἐξάερον κέχυται, μέσον μὲν φιάλην
ἔχον χαλκῆν, ἐξ ἀργύρου τὸ χεῖλος ἔχουσαν ἐστεμμένον· ἣ διά-
χρυσον στραβίλιον ἔχουσα οὕτω κατωνόμασται, μυστικὴ τοῦ Τρι- D
κόγχου φιάλη, ἔκ τε τοῦ πλησίον ᾠκοδομημένου Μυστηρίου καὶ
τοῦ τρικόγχου οἰκήματος ἐπωνυμίαν λαβοῦσα. ἐκ δὲ ταύτης αὐ-
τοῦ που πλησίον καὶ ἀναβάθραι ἑστήκασιν ἐκ Προικοννησίου λί-
θου λευκοῦ, καὶ μέσον τῶν εἰρημένων ἀναβαθμῶν τροπικὴ ἐκ
μαρμάρων, ὑπὸ δύο λεπτοκαλάμων κιόνων ἐστηριγμένη. αὐτοῦ
που παρὰ τὴν πλευρὰν τοῦ πρὸς τὸ εὖρος Σίγμα καὶ δύο χαλκᾶ
λεοντοχάσματα ἐπεπήγεισαν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕδωρ ἐκφέροντα
τὸ κοῖλον ἅπαν τοῦ Σίγμα ἐπλήρουν τοῦ νάματος, τέρψιν οὐ μι-

4 συνεπηχοῦν?

hendit: quae autem pars ad aquilonem vergit, duplici columna veropiperina discretum Mysterium habet, sic rite pro rei ratione nuncupatum, eo quod haud secus ac specus resonans repetitum sonum omnem (is Echo dicitur) ad audientes transmittit: sic, sive quis ad orientalis sive ad occidentalis conchae parietem accedens silentio ac secum ipse loquatur, exque diametro ac ex adverso recta alius stans parieti aurem admoveat, vocem silentio dictam, ac si in aurem quis locutus esset, distincte audit. tale nimirum est quod ibi miraculum exhiberi contingit.

43. Huic aedi adiunctum unaque constructum eius, quod dicebamus, Sigma peristylium. post haec subdivale quoddam atrium effunditur, mediam habens phialam aeream, cuius labrum argento coronatum. haec auream habens cochleam sic appellata est, mystica Triconchi phiala, ex vicino scilicet utroque aedificio, mysterio ac Triconcho, nacta ut sic vocaretur. eodem prope loco iuncti exstant gradus ex Proeconnesio candido lapide; mediaque eorum, quos diximus, graduum marmorea apsis, duplici ordine graciliorum columnarum fulta. sunt et ibi, ad latus orientale Sigma, aerei leones duo hiantibus faucibus erecti. hi aquam evomentes, mediamque omnem aream Sigma latice compluentes, non exiguam

κρὰν παρέχοντα· ἡ δὲ δὴ φιάλη κατὰ τὸν καιρὸν τῶν δοξίμων,
P 88 πιστακίων καὶ ἀμυγδάλων, ἀλλὰ μὴν καὶ κουναρίων πεπληρωμένη, κονδίτου ἐκ στροβιλίου ἐκδιδομένου, πᾶσιν ἐκίρνα καὶ παρεῖχε τρυφᾶν τοῖς ὅσοι δι' ἐφέσεως εἶχον τῶν ἑστηκότων ἐκεῖ, πᾶσι μὲν ἀναντιρρήτως τοῖς ἐκ θυμέλης, πλέον δὲ τοῖς ἐξ ὀργάνων ψάλλουσι καὶ τὸ σύντονον. κατὰ μὲν δὴ τὰς ἀναβάθρας ὁ δῆμος ἅπας ἱστάμενος καὶ τὸ πολίτευμα μετὰ τῶν περατικῶν ταγμάτων τὴν τάξιν ἐπλήρουν τὴν βασιλικήν, μέσον αὐτῶν δηλαδὴ κατὰ τὴν εἰρημένην μαρμάρινον τροπικήν, εἰ μὲν τύχοιεν, ἔχοντες καὶ τὸν δομέστικον τῶν σχολῶν μετὰ τοῦ ἐσκουβίτου καὶ τῶν δύο δημάρ-
B χων, τοῦ τε πρασίνου τοῦ τε βενέτου, πλησίον μὲν τοῦ δομεστίκου ἱσταμένου τοῦ τῶν βενέτων δημάρχου, πλησίον δὲ τοῦ ἐσκουβίτου τοῦ τῶν πρασίνων, εἰ δὲ μὴ τύχοι ἐνίοτε δομέστικος καὶ ὁ ἐσκούβιτος, ἀλλὰ τέως τούς γε δημάρχους ἔχοντες. τούτων ἔφορος ἦν ἁπάντων ὁ βασιλεύς, καὶ θυμηδίας ἁπάσης πληρούμενος, ἐν χρυσῷ διαλίθῳ θρόνῳ καθήμενος, καὶ μὴ πρότερον ἐξανιστάμενος, ὡς καὶ τακτικὰ βιβλία καὶ βασιλικὰ διαγορεύουσιν, ἢ τῶν σκιρτημάτων ἐκείνων ἐπαπολαῦσαι διὰ τῆς θέας καὶ τῶν πολιτικῶν ἐξαλμάτων. οὕτω μὲν ταῦτα καὶ διὰ τοῦτο τῷ Θεοφίλῳ κατεσκευάσθησαν, τοσοῦτος δὲ ἔρως ἦν τούτων αὐτῷ ὡς καὶ τὰς συνήθεις τῶν πραγμάτων ἀντιλήψεις καὶ καθ' ἡμέραν προελεύσεις ἐν
C αὐτῷ δὴ Τρικόγχῳ ἐκτελεῖν. οὗ καὶ κατὰ πρόσωπον τῆς ἐξ ἀρ-

7 ὑπηρετικῶν margo. 11 μὲν] δὲ P 21 καθ'] μεθ' P

praebent voluptatem. phiala autem, quo tempore nuces et amygdala frugesque aliae ac poma esui apta sunt, condito plena, se ex cochlea effundente, quisquis astantium vellet, miscebat praebebatque delicias, cunctis quidem haud dubie thymelicis, iis tamen amplius qui ex organis contentiusque psallebant. in gradibus consistens omnis populus et magistratus una cum officialibus imperatoris comitatum implebant, medium habentes, in ea scilicet quam dicebam marmorea apside, si quando adesse contingeret, etiam scholarum domesticum cum excubito et duobus factionum, Prasinae scilicet atque Venetae, tribunis, ita ut Venetae quidem factionis tribunus staret iuxta domesticum scholarum, Prasinae vero tribunus iuxta excubitum; sin autem quandoque domesticum excubitumque deesse contingeret, eos saltem habentes quos diximus tribunos. horum omnium inspector erat imperator, omni iucunditate repletus, in aureo gemmisque distincto sedens solio, nec prius surgebat, ut libris bellica ipsaque imperatorum domestica continentibus statutum est, quam gesticulationibus eiusmodi civiumque tripudio delectatus esset. ita haec, inque eum usum a Theophilo exstructa. tanto autem horum amore tenebatur, ut consuetas causarum lites in Triconcho ipso dirimeret et quotidie ad ipsum procederet: cui etiam a fronte portae argen-

γύρου κατεσκευασμένης τῶν πυλῶν ἀνεστηκυῖά ἐστιν ὀροφὴ τέσσαρσι κίοσι μετεωριζομένη ἐκ Θετταλικοῦ, τοῦ καὶ πρασίνου, λίθου. ἀντικρὺ δὲ ταύτης καὶ κατὰ μέτωπον, πλησίον δὴ τῶν εἰρημένων ἀναβαθμῶν, κατὰ τὸ πρὸς δυσμὰς μέρος τοῦ Σίγμα τρίκλινοι πεφυκότες τῷ Θεοφίλῳ ἐξῳκοδόμηνται· Πυξίτης ὄνομα τῷ ἑνί τε καὶ κατωτέρῳ, ἅτερος δὲ ἀνώνυμος μὲν ἀνώτερος δέ, καὶ αὐτοῦ τὸν βασίλειον κλῆρον ἐν ἑαυτῷ διαιτᾶσθαι λαχών. τούτου δὴ Πυξίτου κατὰ τὴν πλευρὰν στίχοι λελατόμηνται, ἀσηκρῆτις ὄντες γεννήματα Στεφάνου μὲν ἔχοντος τοὔνομα, οὕτω δὲ D τοῦ Καπετωλίτου προσαγορευομένου. οἱ δὲ κατὰ τὸν τοῦ Σίγμα περίδρομον ἐγκολαφθέντες τοῦ οἰκουμενικοῦ διδασκάλου (Ἰγνάτιος οὗτος ἐκαλεῖτο) τυγχάνουσιν. κατὰ τὸ εὐώνυμον δὲ μέρος, ὡς πρὸς ἀνατολὰς τοῦ Σίγμα, ἕτερός τις τρίκλινος ἐξήρτηται, ὃς Ἔρως μὲν ἐπικέκληται, ὁπλοθήκη δὲ αὐτῷ ἐχρημάτιζεν. ἐντεῦθεν οὐκ ἄλλο τι ἢ ἱστορημένας ἀσπίδας καὶ ὅπλα παντοῖα ἴδοι τις ἐν αὐτῷ, καὶ ταύταις τοὺς τοίχους διαμορφουμένας, ὡς τὸ εἰκός. καὶ τὰ μὲν ἐξ αὐτοῦ τοῦ Τρικόγχου ἄχρι δὴ τῶν δυσμῶν οὕτως ἔνεστιν ἰδεῖν τοὺς ἀνεγηγερμένους οἴκους ἐκεῖ· κατὰ δὲ τὸ πρὸς ἀνατολὰς μέρος ἴδοις μὲν καὶ τὸν Μαργαρίτην προσαγορευόμενον. P 89 τρίκλινος οὗτος ἐκ βάθρων τῷ Θεοφίλῳ ἀνεστηκώς, ὃς ὀκτὼ μὲν κίοσιν ῥοδοποικίλοις τὸν ὄροφον στηρίζεται, τοὺς τοίχους δὲ ζῴοις πεποικιλμένους παντοδαπῶς καὶ τὸ ἔδαφος ἔχει ἐκ Προικοννησίου λίθου καὶ συγκοπῆς ἅπαν κατεστρωμένον. ἴδοις δὲ καὶ τοῦ ἐν

20 ἐνεστηκώς· ὃ P   22 καὶ om P

teae sublime quattuor columnis Thessalici marmoris, quod est viride, tectum imminet. e regione autem illius et a tergo, haud procul ab iis quos diximus gradibus, ad Sigma occidentalem partem, quae exstant triclinia, Theophilo auctore sunt exstructa. Pyxites nomen uni ac inferiori: alterum, quod est superius, caret nomine, in quo etiam palatini clerici vestiri solent. ad Pyxitis latus insculpti sunt versus, Stephani a secretis Capetoliti vena producti: qui autem in Sigma porticu exstant exarati, Ignatii sic nuncupati universalis magistri, ingenii monumenta sunt. ad laevum latus, velut ad Sigma orientalem partem, aliud quoddam triclinium imminet, cognomento Eros; quod illi armorum penus erat. hinc non aliud quis in eo videat quam clipeos omnisque generis arma in parietibus depicta, inque illis, ut par est, coloribus manuque ac penicillo expressa. inque eum modum a Triconcho ad occiduas usque partes excitatas ibi aedes liceat conspicere: ad orientem autem etiam videas quam vocant Margaritam. est autem illa triclinium a fundamentis a Theophilo excitatum, cuius tectum columnae octo Rhodio marmore variae fulciunt: muri omnis generis pictis animalibus variegati, pavimentum omne Proeconnesio stratum lapide et tessellatum. videre etiam licet or-

αὐτῷ κοιτῶνος ἐκ τεσσάρων μὲν κιόνων Βαθυΐνων τὸν χρυσῷ κατάστικτον κύκλον τῆς ὀροφῆς ἀνεχόμενον, ἐκ τεσσάρων δὲ Θετταλικῶν τὰς στοὰς ἀνεγηγερμένας καὶ βασταζομένας, τοῦ τε ἀνατολικοῦ μέρους καὶ τοῦ μεσημβρινοῦ, τοὺς τοίχους δὲ καὶ τὸ ἔδαφος ὁμοίως τοῖς Μαργαρίτου κατεστρωμένα λαμπρῶς. οὗτος μὲν ὁ B κοιτὼν εἶχεν ἐν ἑαυτῷ διαιτώμενον τὸν Θεόφιλον ἀπὸ τῆς ἐαρινῆς μεσημερίας μέχρι τῆς μετοπωρινῆς καὶ αὖθις· ἄρτι δὲ τῆς χειμερινῆς γειτνιαζούσης τροπῆς κατὰ τὸν ἄλλον μετῳκίζετο κοιτῶνα τὸν κατὰ τὸν Καριανὸν τρίκλινον, καὶ αὐτὸν ὑπ' ἐκείνου ᾠκοδομημένον διὰ τὰς τῶν νότων ἰσχυροτέρας καὶ βιαιοτέρας πνοάς· ὃ καὶ νῦν τοῦ παππίου ἔστιν ἰδεῖν καταγώγιον. οὐχ ἧττον δὲ κατόψει καὶ τὸ ἐκεῖσε δὴ ἡλιακὸν ὑπ' ἐκείνου καταβεβλημένον κατὰ πρόσωπον τοῦ βορρᾶ, ἐξ οὗ δὴ ὡρᾶτο καὶ τὸ παλαιὸν τζουκανιστήριον, ἐκεῖσε τηνικαῦτα τυγχάνον, ἔνθα καὶ ἡ νέα ἔκτισται ἐκκλησία καὶ αἱ δύο φιάλαι εἰσὶν καὶ τὸ μεσοκήπιον ὑπὸ Βασιλείου C τοῦ ἀοιδίμου γενόμενα βασιλέως. καὶ πρὸς μὲν τὸ ἀνατολικὸν μέρος αὗται αὐτοῦ αἱ οἰκοδομαί· πρὸς δὲ τὸν νότον πρῶτον μὲν αὐτὰ τὰ ἡλιακὰ προτείνας, ὡς ἡμῖν πρότερον εἴρηται, καὶ τοὺς νῦν ὄντας κήπους ποιήσας κουβούκλεια προσεδείματο, τόν τε Καμιλᾶν οὕτω λεγόμενον καὶ τὸ πλησίον ἐκείνου κουβούκλειον δεύτερον καὶ τὸ τούτου πάλιν κατὰ τάξιν πλησίον τρίτον, ὃ καὶ νῦν τῆς Αὐγούστης ἐστὶ βεστιάριον. ἀλλ' ὁ μὲν Καμιλᾶς ἓξ κίοσιν ἐκ Θετταλικοῦ λίθου, τοῦ καὶ πρασίνου, τὴν χρυσοκατάστικτον ὀρο-

7 ἰσημερίας? μεσοπωρινῆς P

bem camerae cubiculi quod illic est, auro distinctum et quattuor columnis Bathuinis suffultum; quattuor item Thessalicis sustentatas porticus, tum orientalis lateris tum meridialis. eius parietes et pavimentum magnifice strata perinde ac Margaritae. versabatur in eo cubiculo Theophilus ab aequinoctio verno ad aequinoctium autumnale ac deinceps. iam autem appetente hiemali solstitio ad aliud cubiculum in Cariani triclinio commeabat, quod ipse construxerat; in quo ab australium ventorum vehementioribus flatibus se protegeret. cubiculum hoc nunc papiae domicilium est. nec minus videbis, quod illic exstat, sic dictum Solare ab eo ad aquilonem fundatum; ex quo conspiciebatur, quod tunc illic erat, vetus Sphaeristerium, ubi et nova exstructa ecclesia; suntque duae phialae et hortus interior, ab inclitae memoriae Basilio imperatore effecta. et quidem ad plagam orientalem haec sunt eius aedificia: ad austrum vero, productis primum Solaribus, uti superius diximus, hortisque, qui nunc sunt, constitutis, praeterea etiam cubicula exstruxit, quod Camilam vocant, alterumque illi vicinum; quodque iterum prope illud ordine tertium est: ac modo Augustae vestium penus (hoc est vestiarium) est. ceterum Camilas, sic dictum cubiculum, tectum quidem habet auro distinctum, quod columnae sex Thessalici lapidis (hoc est viridis) sublime

φὴν μετεωριζόμενος, τῶν δὲ τοίχων τὰ κάτω μὲν ἔχων ἐξ ὁμοίων
κατεστρωμένα πλακῶν, τὰ δ' ἄνω ἐκ χρυσοαυγῶν ψηφίδων ἀγάλ- D
ματά τινα τρυγῶντα καρπούς, ἔτι δὲ καὶ τοὔδαφος ἐκ λίθων
Προικοννησίων, συνῳκοδομημένον ἔχει καὶ εὐκτήριον, δύο περίε-
χον βήματα, ἓν μὲν εἰς ὄνομα τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης θεοτόκου,
θάτερον δὲ εἰς ὄνομα τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαήλ. ὑποβεβηκὸς δὲ
τούτου μεσόπατόν ἐστιν, ὃ τὴν μὲν σκοπιὰν διὰ μαρμαρίνου κλου-
βίου πρὸς τὸν Χρυσοτρίκλινον ἔχον εἰς βιβλιοθήκην ἀφώρισται
παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ φιλοχρίστου πορφυρογεννήτου βασιλέως·
οὗπερ τὸ ἀριστητήριον αὖθις ἐστιν ἐκ λίθων μὲν Βαθυΐνων τοὺς
τοίχους ἔχον λελαμπρυσμένους, ἐκ συγκοπῶν δὲ καὶ διαφόρων
χροιῶν τὸ ἔδαφος πᾶν. τὸ δὲ μετὰ τὸν Καμιλᾶν κουβούκλειον P 90
δεύτερον, τὴν ὀροφὴν ὁμοίαν τῷ προτέρῳ ἔχον καὶ ὑπὸ τεσσάρων
κιόνων ἐστηριγμένον δοκιμίνων, τὸ ἔδαφος ἐκ Προικοννησίου λίθου
κατέστρωται, τῶν τοίχων, ὡς τὸ πρότερον, τὸν μὲν ἀέρα ἐκ χρυ-
σοειδῶν ψηφίδων ὅλως κατηγλαϊσμένον φέρον, δένδρα δέ τινα καὶ
ποικίλματα ἐκ πρασίνων ἔχοντα τὸ λεῖπον ψηφίδων ἀναπληρού-
μενον. τὸ τούτῳ δὲ ὑποβεβηκός, ὃ καὶ Μεσόπατος λέγεται, εἰς
οἴκησιν τῶν τὴν γυναικωνῖτιν πεπιστευμένων καρτζιμάδων ἐστίν.
τὸ δὲ τρίτον μετὰ τοῦ κουβουκλείου, τὸ καὶ νῦν τῆς Αὐγούστης B
βεστιάριον χρηματίζον, ὁμοίαν ἔχει τούτοις τὴν ὀροφὴν καὶ τοὔ-
δαφος ἐκ λευκοῦ λίθου Προικοννησίου κατεστρωμένον, τοὺς τοί-

15 ὡς τὸ add Combefisius.

fulciunt. parietum inferiores quidem partes similibus marmoreis crustis constratae sunt; superiores vero exhibent statuas quasdam ex tessellis compositas, quae poma decerpunt. praeterea vero etiam pavimentum ex Proeconnesio lapide stratum. una quoque exstructum oratorium, duo continens altaria, alterum sanctissimae dei genitricis nomine, alterum Michaelis principis caelestis militiae. subiectus ei xystus, per clatrum marmoreum in triclinium Aureum adspectans, bibliothecae usui addictus a Christi amante Constantino Porphyrogenneto; cuius rursus cenaculum parietes quidem ex Bathuino lapide splendidos habet, pavimentum vero omne ex tessellulis marmoreis varii coloris compositum est. quod Camilam sequitur alterum cubiculum, tectum priori simile habet, Dociminis quattuor columnis subnixum, pavimentum Proeconnesio stratum lapide. parietum aërem (inferiores scilicet partes) quemadmodum primum cubiculum aureis tessellis ubique exornatum habet: reliquum vero, ubi deficiunt tessellulae, arbores quaedam versicoloresque figurae implent ex Prasino marmore. huic subiectum cubiculum, quod et medius xystus seu ambulacrum dicitur, exsectorum gynaeceo praefectorum domicilio addictum est. tertium denique, una cum cubiculo, quod nunc Augustae vestium penus est (id est vestiarium), simile his tectum habet. pavimentum candido lapide Proeconnesio stratum; parietes omnes, non tunc qui-

χους δὲ ἅπαντας ὑπὸ εἰκόνων ὕστερον ἀλλ' οὐ τότε καταγλαϊσθέντας ὑπὸ τοῦ υἱοῦ Μιχαήλ. τὸ τούτῳ δὲ ἡνωμένον καὶ συμπεφυκὸς κατώγεον ἑπτὰ μὲν κίοσι Καριανοῖς τὴν ὀροφὴν στηρίζεται, πέντε μὲν πρὸς μεσημβρίαν δύο δὲ πρὸς ἀνατολήν, τοίχοις δὲ δύο ὠχύρωται, ἐκ πλακῶν Ῥωμαίων καὶ Πηγανουσίων καὶ Καριανῶν,
C πρὸς δὲ καὶ πρασίνων καλλωπιζομένοις ποταμίων Θετταλικῶν· Μουσικὸς οὗτος κατονομάζεται διὰ τὴν τῶν μαρμάρων ἀκριβῆ συγκοπήν, ὅθεν καὶ τὴν τοῦ ἐδάφους λείωσιν ἐκ διαφόρων μὲν σχημάτων ἐκ διαφόρων δὲ καὶ ὡραίων λίθων ἐξηρτυμένην ἔχει. εἴποις ἂν αὐτὸ ἰδὼν λειμῶνα εἶναι διαφόροις ἄνθεσι βρύοντα. τούτῳ πρὸς μὲν δύσιν κατὰ πλευρὰν κουβούκλειον ἥνωται τὴν τῶν μαρμάρων ὡραιότητα κατὰ πάντα φέρον ἐφόμοιον, ἔτι δὲ καὶ κίοσι πέντε Καριανοῖς, τρισὶ μὲν πρὸς μεσημβρίαν δύο δὲ πρὸς δυσμάς,
D τὴν ὀροφὴν βαστάζουσιν. ἕτερον δὲ πρὸς πόδας τούτου ἐστίν, εἰς δύο μὲν δόμους διῃρημένον, τῷ Αὐγουστιακῷ δὲ πλησιάζον κοιτῶνι· ἔνθα καὶ Λέων ὁ φιλόχριστος βασιλεὺς εὐκτήριον τῆς ἁγίας Ἄννης ἐδείματο καὶ αὐτὸ ἐκ τεσσάρων μὲν κιόνων Βαθυΐνων τὴν ὀροφὴν ἀνεγειρόμενον, τὸ ἔδαφος δὲ ἐκ λίθου λευκοῦ Προικοννησίου, πρὸς τοὺς τοίχους ἐκ Βαθυΐνων πλακῶν διαμορφούμενον. ἀλλὰ τοῦτο μὲν τῷ τῆς Αὐγούστης πλησιάζει κοιτῶνι, ὡς ἔφαμεν· ἐκεῖνο δὲ τὸ πρὸς δύσιν τοῦ Μουσικοῦ τὴν μὲν κάθοδον ἐν τῷ προρρηθέντι ἔχει κοιτῶνι διὰ κλίμακος, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν
P 91 εἴσοδον· εἰσάγει δὲ καὶ πρὸς τὸ καινούργιον, κοιτῶνα καὶ τρίκλι-

23 κινούργιον P: cf. p. 204B.

dem sed postea, Michaele Theophili filio imperatore, pictis imaginibus egregie ornati. eius quod huic coniunctum cohaerensque diversorium est, tectum columnis septem Carianis fulcitur; quinque ex meridiali plaga, duabus ex ea quae ad orientem spectat, muro duplici munitur, quibus porphyretici Peganusiique et Cariani, necnon et Prasini, undulati denique Thessalici marmoris crustae ornamentum praebent. appellatur diversorium istud ac aula Musicus ob marmorum vario colore compositorum insignem elegantiam, unde et pavimenti faciem ex diversis figuris diversisque ac pulcherrimis lapidibus egregie concinnatam habet. dicas videndo pratum esse diversis floribus scatens. huic ad occidentale latus aliud cubiculum adhaeret, eadem marmorum elegantia instructum. ad haec tectum illius columnis quinque Carianis, tribus ad meridiem, duabus ad occasum, sustentatur. aliud vero est ad eius pedes, in duas aedes divisum, haud longe ab Augustae sacro cubiculo; ubi etiam Christi amans Leo imperator sanctae Annae exstruxit oratorium; cuius ipsius tectum columnis quattuor Bathuinis fulcitur, pavimentum ex Proeconnesio candido lapide, ad parietes Bathuini marmoris crustis distinctum. verum istud Augustae sacro cubiculo vicinum est, uti diximus: quod autem ad Musici occiduum latus est, ita consertum est ut ex illo per scalam in sacrum idem cubiculum descensus atque aditus pateat. inducit vero et

νον ὃν Βασίλειος ὁ ἀοίδιμος ἔκτισε βασιλεύς, καὶ πρὸς τὸν πόρ-
τικα τοῦ πέμπτου κουβουκλείου, ἐν ᾧ τὸ τοῦ ἁγίου Παύλου εὐ-
κτήριον ὑπὸ Βασιλείου τοῦ ἀοιδίμου ἵδρυται βασιλέως.

44. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς ἀνακτόροις κατά τε βορρᾶν καὶ
νότον ὑπὸ Θεοφίλου μὲν ἀνῳκοδόμηνται, ὑφ' ἡμῶν δὲ ἱστορίᾳ πα-
ραδίδονται, ὅτι μὴ βουλόμεθα τὰ ἐκείνου ἔργα, ὁποῖά ποτ' ἂν ᾖ,
λήθῃ παραδίδοσθαι, εἰς διάγνωσιν τῆς ἐκείνου περὶ τὸν βίον προ-
αιρέσεως. ἀλλὰ καὶ τοὺς τρικλίνους, τόν τε οὕτω καλούμενον Λαυ- B
σιακόν, προσέτι δὲ μὴν καὶ τὸν Ἰουστινιανοῦ, ἐκεῖνος τοῖς χρυσο-
ειδέσι ψήφοις ἐκόσμησε· καὶ τὴν καλάθωσιν ἐκ τῶν Βασιλίσκου
τοῦ τυράννου παλατίων μεταγαγὼν τῷ Λαυσιακῷ περιέθηκεν. καὶ
ἕτερον δὲ τρίκλινον μετὰ τεσσάρων κουβουκλείων σεμνῶν τε καὶ
λαμπρῶν, ὧν τὰ δύο μὲν πρὸς τὸ μεσόπατον τοῦ δευτέρου κουβου-
κλείου τοῦ μετὰ τὸν Καμιλᾶν, ὑπὸ τεσσάρων ἀψίδων τὴν χρυσοειδῆ
ὀροφὴν ἔχοντα, πρὸς τὴν Πορφύραν εἰσίν, ἥτις οὕτω λέγεται διὰ
τὸ τὴν δέσποιναν ἐκεῖσε ἔκπαλαι διανέμειν τὸ ὀξὺ ταῖς ἀρχοντίσσαις C
κατὰ τὸν τῶν βρουμαλίων καιρόν· ἕτερα δὲ δύο πρὸς τὸ μέρος τοῦ
Λαυσιακοῦ, ἐξ ὧν καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἔχει κατασκοπήν, εἰργάσατο
μέν, ἐκ λίθου Προικοννησίου τὰ ἐδάφη καταστρώσας αὐτῶν, καὶ
ἐκ χρωμάτων ἀλλ' οὐ μαρμάρων τοὺς τοίχους ὡραΐσας, ὑπὸ ἐμ-
πρησμοῦ δὲ ὅμως ἀφανείᾳ παρεδόθησαν. καὶ Θέκλα δὲ ἡ τούτου
πρώτη θυγάτηρ τὸ κατὰ τὰς Βλαχέρνας κουβούκλειον, ἔνθα καὶ

ad novae fabricae cubiculum tricliniumque, a Basilio inclitae memoriae imperatore conditum: ad porticum item quinti cubiculi, quo loco exstat sancti Pauli oratorium, ab inclitae memoriae Basilio imperatore excitatum.

44. Haec in palatio ad aquilonem et austrum a Theophilo constructa aedificia, nobis autem, qui nolumus aliquid eorum quae gessit, quicquid tandem illud sit, oblivioni tradi, quo nimirum eius animus demerendi cives neminem lateat, literarum monumentis tradita. sed et triclinia, tum cui Lausiaci nomen tum quod Iustiniani aedificatio est, auro rutilis tessellulis ornavit; capitula quoque ex Basilisci tyranni palatio translata Lausiaco adhibuit. aliud item triclinium cum quattuor splendidis ornatisque cubiculis, quorum duo versus mesopatum xystumque secundi cubiculi, quod est post Camilam, tectum auro rutilum quadruplici apside habentia, ad Porphyram dirigunt. palatii locus est ita dictus, quod illic more olim recepto Augusta nobiles matronas sub brumalium tempus coccino purpuraque impartiat. duo alia cubicula ad partes Lausiaci, ex quibus etiam in ipsum aspectum habet, exaedificavit, pavimento strato Proeconnesio lapide ac parietibus vario colore, quanquam non ex marmore, ornatis; quae tametsi talia erant, incendio perierunt. sed et Thecla eius filiarum natu maxima cubiculum, ubi et

τὸ τῆς πρωτομάρτυρος Θέκλης εὐκτήριον ἵδρυται, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἤγαγεν εὐμορφότατον· ἐκεῖσε δὲ καὶ τὸν βίον οὖσα κλινοπετὴς ἐξέλιπεν.

P 92

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΥ ΥΙΟΥ ΘΕΟΦΙΛΟΥ.

ministerio erat Carbeas quidam, protomandatoris officium gerens, eorum quos dicebam Paulicianorum fide glorians ac sectae socius. is cum patrem suum suspensum patibulo audisset idque facinus iniquissime ferret, ac suis ipse rebus prospiciens, aliis quinque milibus eiusdem secum religionis assumptis, ad Melitinae amerem profugit; indeque ad ameramnunem profecti, omnique honore ac cultu ab eo suscepti, dataque et accepta fide, paulo post communibus studiis Romanam dicionem invadunt, et ut ex ea, quod in maximam iam multitudinem excreverant, tropaea erigerent; urbesque condere aggrediuntur, quam vocant Argaum et quam Amaram; ac rursus multis eo confluentibus eadem haeresi laborantibus, tertiam quoque aedificare incipiunt, quam Tephricem vocant; unde multi uno quasi agmine acieque coniuncti prodeuntes, nimirum Melitines Amer (quem vulgo corruptis elementis Ambrum appellarunt) Tarsique praefectus Ales atque hic miser Carbeas, populandae ferociter vastandaeque Romanae dicionis nullum finem faciebant. verum Ales in Armeniorum quandam provinciam cum imperio missus citius illic periit quam vota ferebant, una cum importuno exercitu suo. Amer autem cum collega, cui Sclerus nomen (velut durum dicas), civili bello suscepto, sua in eum contentione res suas labefactans, cum uno illo, non cum aliis pugna de-

λοις πολεμεῖν ᾤετο δεῖν. εἰς τοσοῦτον δὲ τούτοις ἡ ἔρις ἐπηύξητο καὶ ἀλλήλοις ἀντεστρατήγουν, ἄχρις ἂν εἰς δέκα μόλις ἔληγεν χιλιάδας ἡ τούτων ἰσχὺς ἐκ πεντήκοντά που καὶ μικρόν τι πρός. ἐπεὶ γοῦν οὗτος τῶν ἐχθρῶν ὑπερίσχυσεν, ἔγνω αὖθις θρασύτητι καταστρατηγούμενος κατὰ τὴν Ῥωμαίων ὅπλα κινεῖν, τῷ Καρβέᾳ ἑνούμενος. ἀντεστρατεύετο δὲ αὐτοῖς Πετρωνᾶς, τὴν τοῦ δομεστίκου τότε ἀρχὴν διοικῶν· λόγῳ μὲν γὰρ Βάρδᾳ ταύτην διέπειν ἐδέδοτο, ἀλλ' ἐπεὶ σχολάζειν οὗτος ἠναγκάζετο ὡς ἐπίτροπος, τὸν ἀδελφὸν ἠξίου, στρατηγὸν ὄντα τῶν Θρακησίων, πράγματι ταύ- B την διέπειν καὶ διοικεῖν.

17. Πλὴν ἀνθορμᾶν κατὰ τῶν Ἰσμαηλιτῶν καὶ ἀντεπεξιέναι καὶ Μιχαὴλ ὁ βασιλεύς (ἄρτι γὰρ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν παραμείψας πρὸς τὴν τῶν ἀνδρῶν ἠπείγετο) ἐβούλετό τε καὶ δι' ἐπιθυμίας εἶχεν ἀεί. ἔγνω δέ πως ταῦτα βουλευόμενος ἀπὸ τῶν ἐμφυλίων πρότερον, ὡς οὐκ ὤφειλεν, ἐναπάρξασθαι, οὐκ οἴκοθεν οὐδ' ἀφ' ἑαυτοῦ, τῇ δὲ τοῦ ἐπιτροπεύοντος Βάρδα γνώμῃ τε καὶ βουλῇ. ὅθεν δὲ καὶ ὅπως, δηλώσει καὶ ταῦτα ἡ ἱστορία· C κωφὸν γὰρ τῷ ὄντι πως καὶ διάκενον τὸ σῶμα τῆς ἱστορίας, ὅταν ἐστερημένας ἔχει τὰς αἰτίας τῶν πράξεων. ἀλλ' ἔνθα μὲν καὶ ἡμῖν ὑπὸ τοῦ χρόνου καλῶς οὐ διέγνωσται, συγγνώμην πάντως οἱ φιλομαθεῖς ἀπονέμοιεν τοῖς ἀληθεῖς ἀλλ' οὐ πλασματώδεις γρά-

21 τοῖς] τοὺς P

cernendum putabat. adeo autem eorum aucta contentio est sicque mutuis se cladibus confecerunt, ut cum quinquaginta milia aut paulo plures essent, ad decem vix milia exercitus omnis redactus sit. amer itaque hostium victor arma iterum adversus Romanos, Carbea belli socio, movere ducis ferocitate decernit. contra hos expeditionem facit Petronas, domestici tum munus administrans. quae dignitas nomine quidem ac titulo ad Bardam spectabat; quia tamen ille, quippe imperatoris tutor, ab ea cessare functione necesse habebat, a Petrona fratre, Thracensium duce, hanc sibi vicariam operam praestandam rogaverat.

17. Ceterum Michael ipse imperator adversus Ismaelitas proficisci expeditionemque suscipere, quippe qui pueritia egressus viriles prope annos attigerat, omnino volebat, reique huius iugi desiderio flagrabat. is vero eum primo animus incessit inque eam mentem inductus est non a se suoque ipse genio, sed cognatorum, quod ne unquam fuisset, Bardae scilicet curatoris sententia ac consilio. undenam vero ac quomodo res contigerit, hoc quoque subiecta rerum declarabit narratio. plane enim mutum propemodum atque inane historiae corpus videatur, quam deficiant rationes ac causae eorum quae gesta conscribuntur. cum autem ne nos quidem ob longiores temporis moras perspectam satis rerum causam habebimus, veniam prorsus tribuant studiosi lectores, quibus animo constitutum sit ut veras duntaxat, non quae ficticiae sint

φειν ἐθέλουσιν, ὧν οὐδὲ τῷ τυχόντι ἀπορία καθέστηκεν· ὅπου δὲ γνώριμος, δηλοῦν δεῖ ταύτην καὶ σαφῆ καθιστᾶν τοῖς ἀναγινώσκουσιν, ὡς οὐκ ἄλλοθεν πάντως ἢ ἐκ τούτων χορηγουμένης τῆς ὠφελείας αὐτοῖς.

D 18. Ἐγένετο δὲ τούτῳ τῷ Βάρδᾳ ἔρως τῆς βασιλείας οὐκ ἀγεννής, καὶ ἔρως οὐ κατὰ τοὺς ἄλλους, νῦν μὲν αὐξανόμενος νῦν δὲ ταῖς τοῦ λογισμοῦ ὁρμαῖς προσεπικοπτόμενος, ἀλλὰ δύσερώς τις καὶ δυσαπάλλακτος. μᾶλλον δέ, ἵνα τὸν λόγον πορρωτέρω ἀγάγωμεν, ἐγένετο δὴ τῷ Μανουὴλ πρὸς τὸν Θεόκτιστον, ἀμφοτέροις ἐπιτροπεύουσιν καὶ αὐτοῦ που κατὰ τὰ ἀνάκτορα διαιτωμένοις, διαφορά τις, ἣ καὶ καθοσίωσιν ἐπεκάλει καὶ λάθρα ταχέως P 105 εἶχεν ὑπολαλούμενα αὐτῷ. ταύτην δὴ ὁ Μανουὴλ εὐλαβούμενος, καὶ τὸν φθόνον ἄμαχόν τινα καὶ δυσκαταγώνιστον ἐνορῶν, ᾠήθη δεῖν τοῦτον ἀκρωτηριάσαι καὶ καθελεῖν, εἰ μόνον γένοιτο πορρωτέρω τοῦ παλατίου. καὶ δὴ κάτεισιν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, κατὰ τὴν κινστέρναν τοῦ Ἄσπαρος ὄντα, ὃν εἰς σεμνείου τύπον ὕστερον ἐνηγάγετο καὶ τὸν χοῦν ἐκεῖσε κατέθετο. ἐκεῖθεν γοῦν ἑκάστοτε ἀφικνούμενος κοινωνὸς ἐγίνετο τῶν κατὰ τὰ ἀνάκτορα διοικήσεων. τοῦτον οὕτως οὐ δι' ἑαυτοῦ ἀλλὰ διὰ τοῦ Θεοκτίστου B ἀποσεισάμενος ὁ Βάρδας, ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν καὶ ἀποφορτισάμενος, καὶ τὴν τύχην λαβὼν πρὸς τὸ ἑαυτοῦ σπουδαζόμενον κοινωνόν, ἐβουλεύετο καὶ αὐτὸς οὐκέτι δι' ἑτέρου δι' ἑαυτοῦ δὲ διανύσαι τὸ

2 δεῖ om P   17 ἀνηγάγετο?

(quarum etiam cuivis e vulgo in promptu facile copia sit), rationes scribamus. ubi autem liquido ea occurrerit, operae pretium lectoribus declarare ac palam facere, quod nusquam aliunde sed inde omnis eis utilitas captanda sit.

18. Ingenti Bardas imperandi desiderio flagrabat. erat in eo is amor, non pro aliorum more, qui modo inaugesceret, modo vero animi rationibus compesceretur ac tantisper interquiesceret, sed amor perdite amans atque impotens. imo, ut paulo altius sermonem repetamus, discordiarum aliquid Manueli cum Theoctisto intercesserat, qui ambo curatores erant inque aula degebant. ex ea Manuel maiestatis insimulatur; nec deerant qui cito illi in aurem insusurrarent. id Manuel criminis metuens, vimque invidiae insuperabilem nulloque facile conatu expugnandam videns, eam amputandam ac amoliendam putavit, si modo a palatio paulo longius recederet. se itaque domum recipit, quae ad Asparis cisternam posita erat; quam postea in religiosae domus formam redegit, ibique pulverem (corpusculum scilicet) deposuit. inde quotidie veniens iis intererat quae a tutoribus in palatio administrabantur. Bardas vero, qui non sua sed Theoctisti opera Manuelem sic aula submovisset et ut ita dicam, onus excussisset, arridente votisque favente fortuna, non iam alterius ope sed sua ipse opera cuncta conficere statuit,

πᾶν, καὶ τέως τὸν Θεόκτιστον καθελεῖν, ἵνα μὴ τῆς ἐπὶ τὸ πρόσω φορᾶς τοῦτον ἔχοι ἐμπόδιον καὶ ἅμα τὸν πολὺν ὄνειδον τὸν ἐπὶ τῇ νύμφῃ αὐτοῦ (καὶ γὰρ ὠνείδιζε τοῦτον διηνεκῶς) ἀπορραπίσοι καὶ πορρωτέρω ποιήσεται. (19) ὑπῆρχε γοῦν τῷ βασιλεῖ Μιχαὴλ παιδαγωγὸς ἀνάγωγός τε καὶ πόρρωθεν τρόπων τῶν εὐγενῶν. τοῦτον ἠξίου ὁ βασιλεὺς αὐτόν τε καὶ Θεόκτιστον καὶ τὴν μητέρα ἀνωτέρω τῶν βασιλικῶν ἀξιωμάτων ἀναγαγεῖν καὶ μείζονα τούτῳ C ἐπιβραβεῦσαι τιμήν. οὐκ ἐπείθετο γοῦν τούτῳ ὁ Θεόκτιστος, οὐδὲ ταῖς αὐτοῦ ἀρέσκειν ἀρεσκείαις ἠβούλετο, ἐπαξίως λέγων καὶ οὐκ ἀναξίως τὰ τῆς βασιλείας δεῖν διοικεῖν. τοῦτον ὄργανον τὸν παιδαγωγὸν ὁ Βάρδας λαβὼν πονηρὸν οὐκ ἐπαύετο ζιζάνιά τινα περὶ τοῦ ἀνδρὸς τῇ ἑαυτοῦ ἐνσπείρων καὶ τῇ τοῦ βασιλέως ψυχῇ, ἄλλα τε πολλὰ περὶ τῶν κοινῶν διοικήσεων λέγων, ὡς οὐ καλῶς οἰκονομοῦνται, καὶ ὅτι σοὶ καταλειφθείσης ὡς κληρονομίας τῆς βασιλείας πόρρω σου ταύτην οὗτος ποιεῖ, γάμον μητρί σου ἢ τῶν D ταύτης θυγατέρων μιᾷ ἐμμελετῶν, καὶ σοῦ τοῦ ταύτης υἱοῦ πόρρω που ποιῆσαι τοὺς ὀφθαλμούς. ταῦτα γοῦν ὡς βέλη πήξας ἐν καρδίᾳ τοῦ βασιλέως διήγειρέ τε, καὶ ὅπως μὴ ταῦτα γένοιτο, συνετῆς ἔφασκε δεῖν καὶ ταχίστης βουλῆς. ὡς δὲ πολλάκις περὶ τούτου συνήρχοντο τοῦ πράγματος, μίαν ταύτην ἐκύρουν καὶ γνώμην ἀπέφαινον τοῦ ἐκ μέσου τὸν Θεόκτιστον ποιῆσαι δολοφονίᾳ τινὶ ἢ ὑπερορίᾳ. ἐδέδοκτο οὖν ταῦτα, καὶ πέρας ἔσπευδε τοῖς

20 ἐκύρουν γνώμην καὶ ἀπεφαίνοντο ἐκ?

atque interim Theoctistum, ne se is ab ulteriore progressu impediret, amovere, simulque ingens probrum ex nurus suae consuetudine (id enim ille continue ei exprobrabat) procul amoliri ac depellere. (19) nempe imperatori paedagogus erat, vir dissolutae vitae, et qui ab omni procul remotus esset morum ingenuitate. hunc Michael ex Barda et Theoctisto matreque maioribus in aula honoribus donari ac officiis poscebat. non parebat Theoctistus, nec ut illis eius votis morem gereret adduci se sinebat. aiebat enim, "quae sint imperii munera, ex meritorum ratione, non indignis esse conferenda." hunc ergo Bardas nequissimum nactus organum, zizania quaedam de Theoctisto in suo ipse imperatorisque animo seminandi nullum finem faciebat; aliaque complura praesenti rei publicae statui detrahebat. "non bene res administrari: relictum imperii heredem Michaelem Theoctisti opera a publicis longe muneribus arceri. nuptias cogitare cum Michaelis matre aut una filiarum; ipsum vero, qui filius sit, erutis oculis procul eiiciendum esse." his itaque velut spiculis alte imperatoris animo defixis eum proritabat, ac ne quid eiusmodi eveniret, prudenti promptissimoque consilio rem expediendam aiebat. saepius eam in rem cum convenissent, ea demum illis rata sententia, ac decretum est ut fraude aliqua doloque e medio tollendum Theoctistum aut certe exilio relegandum curarent. sic itaque visum consilio, urgebatque Bardas, ut quod ita animis sederat prompte exsequeretur.

P 106 βουληθεῖσιν ἐπάγειν· τὸ δὲ ἦν ἐν τῷ τοῦτον μέλλειν πρὸς τὸν Λαυσιακὸν ἐξέρχεσθαι μετὰ τὴν τῶν ἀναφορῶν διοίκησιν ἐπακολουθῆσαι μικρὸν τὸν βασιλέα, καὶ τοῦτο μόνον ἀνακραγεῖν τὸ "ἐπάρατε αὐτόν" τοῖς πραιποσίτοις. τότε ὁ Βάρδας ἐν τῷ Λαυσιακῷ συνεδρίαζεν. ὡς οὖν ὁ Θεόκτιστος προέκυπτεν ἐξιών, τὸ τοῦ Μιχαὴλ σύνθημα προτρέχον ἅμα καὶ προφθάνον τοῦτον ὁρῶν ἔγνω φυγῇ τὴν σωτηρίαν πραγματεύσασθαι. ἡ φυγὴ δὲ πρὸς τὸν ἱππόδρομον κατὰ τὰ ἀσηκρητεῖα· καὶ γὰρ ἐκεῖσε τότε τὸ τῶν ἀσηκρήτων ὑπῆρχε καταγώγιον. ἀλλ' ὑπὸ πολλῶν ὁ εἷς συλληφθεὶς B μένειν ἀλλ' οὐ φεύγειν κατηναγκάζετο· καὶ ξίφος ὁ Βάρδας γυμνώσας αὐτοχειρίᾳ τοὺς οἵτινες εἶεν διακωλύσοντες ἀμυνόμενος ἠπείλει, πρὸς τὸν φόνον τῶν ὑπὸ χεῖρα τινί. ἀλλὰ ψαῦσαι μὲν ἐτόλμησε τούτου τότε οὐδείς, ἀπήγετο δὲ πρὸς τὰ Σκῦλα, φρουρᾷ τέως παραδοθησόμενος, μέχρις ἂν τὰ κατ' αὐτοῦ ἀποφήναιντο. ὡς δ' οὐ ζῆν δέει τῆς Αὐγούστης αὐτὸν ἐβουλεύσαντο, ἵνα καὶ μὴ θᾶττον ἀπολυθῇ, τῶν καθ' ἑταιρείαν τινὰ ἐξαπέστειλαν γυμνὸν ἐπισείοντα ξίφος αὐτῷ. ὡς δ' οὖν εἶδε ξιφήρη τὸν ἄνθρωπον ἐπιόντα, κατὰ τοῦ σκάμνου οὗτος ὑπέδυ, τὰς λαβὰς βουλόμενος ἐκφυγεῖν· ἀλλ' ἔλαθε κατὰ γαστέρα πληγεὶς καὶ θανάτῳ C παραδοθείς, τῶν ἐγκάτων ἐκχυθέντων αὐτοῦ. ὅτε δὴ καὶ ὁ Μανουὴλ φοιβόληπτος ὥσπερ γενόμενος τῷ Βάρδᾳ καθαρῶς λέγεται ἀνειπεῖν

1 βουλευθεῖσιν? 12 προστάττων τὸν Combefis.

ea necis viro inferendae constituta ratio, ut Theoctistum referendi munere perfunctum, iisque quae aerarii erant expeditis ad Lausiacum exeuntem, brevi spatio imperator sequeretur; tumque his qui a sacro cubiculo sunt "tollendum hominem" inclamaret. considebat tunc Bardas in Lausiaco. Theoctistus vix pedem extulerat, cum Michaelis signum illud ipsi praeire ipsumque antecedere videns saluti fuga consulere conatur. fuga illi ad Circum, qua parte eorum qui erant A secretis, locus erat: tunc enim illorum ibi diversorium erat. verum unus a multis comprehensus gradum sistere cogitur ac fugam inhibere. Bardas stricto gladio ipse sua manu adacturum minatur, si quis opem ferre velit; simulque a quodam suorum satellitum eum interfici iussit. nemo tamen tunc ausus est ei manum iniicere. interim ad Scyla ducitur, sub custodia servandus, dum in illum sententia ferretur. cum tamen haud consultum putassent Augustae metu, ac ne citius liberaretur, ut diutius vivere eum paterentur, foederatorum cohortis unum aliquem mittunt, strictum ensem illi adacturum. ut autem sic stricto gladio invadentem Theoctistus advertit, ictus declinandi causa scamnum subiit. imprudens tamen, impacto in ilia gladio, effusis intestinis occubuit. tum quoque Manuelem velut numine actum sic clare Bardae denuntiasse ferunt,

"ξίφος γυμνώσας εἰς Θεοκτίστου φόνον,
ὅπλιζε σαυτὸν εἰς σφαγὴν καθ' ἡμέραν."

20. Ἀλλ' ὁ μὲν Θεόκτιστος οὕτω τὸ τοῦ βίου πέρας ἀπείληφεν, καὶ μετὰ τὴν αὐτοῦ σφαγὴν ὁ Βάρδας τὴν τοῦ κανικλείου φροντίδα καὶ τιμὴν εἰς ἑαυτὸν ἀνελάμβανεν· ἡ δὲ δὴ Θεοδώρα τούτων ὡς ᾔσθετο, λυσίκομος δὴ θέουσα, πολλὰ κατολοφυρομένη ἀνέκλαιεν καὶ ὀδυρμῶν τὰ βασίλεια ἐπλήρου, ἀραῖς ἀμφοτέρους καθυποβάλλουσα καὶ "ὦ ἀναιδεῖς καὶ παμμίαροι" λέγουσα "θῆρες, τί σὺ μέν, ἀχάριστον γέννημα, τὸν δεύτερόν σου πατέρα πονηρὰ D ἀντέδωκας ἀγαθῶν; καὶ σὺ βάσκανε δαῖμον καὶ πονηρέ," τὸν ἀδελφὸν ἐπιτραγῳδοῦσα, "τὴν ἐμὴν ἐμίανας ἀρχήν, καθαρὰν φυλαχθεῖσαν καὶ ἄχραντον; ἔστι θεὸς τῶν τολμωμένων ἔφορος, ὃς ἀμφοτέρους οὐκ ἀλλοίως ἀλλ' ὁμοίῳ θανάτῳ παραδώσει δήπου καὶ φονικῷ." καὶ ἅμα ἐπιθειάσασά πως, τὰς χεῖρας πετάσασα, "ἴδοιμι ἐπιπεσοῦσαν, κύριε, ἴδοιμι τὴν τοῦ ἀνθρώπου τούτου ἐκδίκησιν." ταύτης οὖν ἔκτοτε τὰς πυκνὰς ἀρὰς μὴ φέροντες καὶ ὀνειδισμούς, καὶ ἅμα τὴν κατ' αὐτὸν ἐλαύνων ὁ Βάρδας ὁδόν, ἔγνωσαν καὶ ταύτην ἐκεῖθεν ἀπώσασθαι καὶ γυμνῇ χωρεῖν πρὸς ἅπαν αὐτοῖς τὸ δοκοῦν κεφαλῇ. ὅπερ ἐκείνη καταφωράσασα (καὶ P 107 γὰρ ἦν ἰδεῖν καὶ στοχάσασθαι δυνατή) ἀντιπράττειν οὐκ ᾤετο δεῖν, φόνους τῶν ἀνθρώπων καὶ ὁμοφύλων βλάβας ἐκφεύγουσα· τὸν δὲ τέως πλοῦτον, τὸν σήμερον ἐν τοῖς ἀνακτόροις ἀποθησαυριζόμενον, ἔγνω τῇ συγκλήτῳ ποιεῖν φανερόν, τὸν υἱόν τε τῆς

17 ἐλαύνας P

"semel ense districto in Theoctisti necem,
quotidianam porro accingere ad necem."

20. Verum hunc quidem Theoctistus vitae finem accepit, Bardas vero caniclii curam ac dignitatem in se transtulit. Theodora vero ubi immane illud scelus cognovit, passis comis discurrere, multoque eiulatu ac fletu aulam implere, filiumque et fratrem diris devovere. et "o immanes" aiebat "impurissimaeque bestiae? quid tu quidem, ingrata soboles, alteri parenti tuo bonorum mercedem mala rependisti? quid vero tu, invide daemon ac pessime (tragice in fratrem exaggerans), imperium meum, quod purum intemeratumque constiterat, polluisti? est deus huius tanti inspector sceleris, qui ambos non dissimili exitu, sed pari tandem neci tradet." simulque divino furore correpta, passis in caelum manibus, "videam, domine, videam in viri huius caput irruentem vindictam." eius itaque extunc crebras diras probraque non ferentes, ac cum simul Bardas occoeptam viam insequi vellet, eam quoque aula movendam statuere, nudoque (quod aiunt) capite quicquid libuisset patrare. quo illa deprehenso, ut erat mulier sagaci ingenio, haud rata resistendum, eo quod hominum caedes civiumque damna formidaret, congestarum hactenus in regia pecuniarum vim senatui exponendam du-

ἀφειδοῦς δαπάνης κωλύουσα καὶ τὴν ἑαυτῆς κηρύττουσα ἀρετήν. καὶ δὴ εἰς ἐπήκοον στᾶσα ἐξεβόησεν ὡς πρὸς τοῖς ἐνενήκοντα χίλια μὲν χρυσοῦ τῷ βασιλικῷ ταμιείῳ κεντηνάρια ἐναπόκεινται, ἀργυρίου δὲ ὡσεὶ τριῶν, καὶ τῶν μὲν εἶναι τὸν ταύτης ἄνδρα θησαυριστήν τε καὶ ποριστήν, τῶν δὲ αὐτὴν μὴ καταναλίσκειν φιλούσης καὶ κατασπαταλᾶν.

B 21. Ἀλλὰ καίτοι τοσοῦτος ὁ βασιλικὸς ὢν θησαυρὸς εἰς οὐδὲν ἐχώρησε παντελῶς τῇ ἀπονοίᾳ τοῦ Μιχαὴλ καὶ ἀκαίρῳ φιλοτιμίᾳ. ταῖς γὰρ τῶν ἵππων ἁμίλλαις, εἴπερ τις ἕτερος, ἀγαλλόμενος, καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ἡνιοχεῖν (ὢ τῆς τότε ταπεινωθείσης τῶν Ῥωμαίων βασιλείας) οὐ παραιτούμενος, τῶν συμπαιζόντων αὐτῷ καὶ συνηνιοχούντων ἐκ τοῦ θείου βαπτίσματος τὰ τέκνα υἱοθετούμενος τὸν βασίλειον ἐξεκένου πλοῦτον, πεντήκοντα δὴ καὶ τεσσαράκοντα καὶ τὸ ἐλάχιστον ἑκάστῳ τριάκοντα χρυσίου λίτρας
C ἐπιχορηγῶν. ποτὲ δέ τινι πατρικίῳ (Ἱμέριος οὗτος ἐκαλεῖτο ὁ Χοῖρος, διὰ τὴν τοῦ προσώπου οὕτω κατονομαζόμενος ἀγριότητα) ἄλλως αἰσχρολογοῦντι κατὰ τὴν τράπεζαν καὶ ψόφον ἐκ τῆς βεβήλου αὐτοῦ γαστρὸς κατὰ πρόσωπον τοῦ βασιλέως καὶ τῶν συνδειπνούντων ἀφιέντι, ὡς καὶ τὸ φατλίον τὸ τούτους φωταγωγοῦν ἐκ τοῦ τηλικούτου ψόφου κατασβέσαι, τῷ παραδόξῳ τοῦ τοιούτου θαύματος χρυσίου λίτρας ἔδωκεν ἑκατόν. καὶ Χειλᾶ δὲ ἄλλοτε τοῦ σὺν αὐτῷ ἡνιοχοῦντος τὸν υἱὸν ἐκ τοῦ θείου λουτροῦ ἀναδεξάμενος ὁμοίως χρυσίου λίτρας δέδωκεν ἑκατόν. οὕτως ἐκεῖνος εἰς

xit, ut et filii profusionibus obstaret et suam administrationem probaret. vocato ergo in concionem senatu, in omnium auribus sic clare stans dixit: "auri centenaria mille nonaginta, argenti ad tria milia, in aerario fiscoque regio reposita sunt. haec partim a marito, partim etiam a me post eius obitum (quae inanes sumptus oderim ac luxuriam) congesta partaque."

21. Quamvis autem tantae erant opes regiae ingentique adeo thesauro repositae ac cumulatae, Michaelis tamen dementia absurdisque et immodicis largitionibus in nihilum prorsus cessere. cum enim aurigationibus, si quis alius, delectaretur, nec equos ipse agere in Circo a se alienum putaret (o quam protrita tum abiectaque imperii dignitas!), eorum qui secum ludere ac ludicro hoc certare solebant, e sacro baptismate suscipiendis liberis fiscum exhauriebat; qui videlicet quinquaginta ac quadraginta trigintaque ut minimum auri libras in singulos eorum conferret. aliquando Himerio cuidam patricio (dictus hic Choerus, quod est "porcus," ab oris vultusque rusticitate), cum inter convivia turpibus verbis scurriliter luderet ac impudenter in faciem imperatoris coetusque convivantium ex impuro ventre suo pederet, ita ut ventris crepitu prolucentem ipsam facem exstinxerit, sic inauditae rei miraculo centum auri libras concessit. alias quoque Cheilae unius e sociis aurigis, suscepto quondam ex sacro baptismate filio, auri totidem libras

οὐδὲν δέον τὰ δημόσια κατανάλισκεν. ἐπεὶ δὲ ἐντὸς ὀλίγου και- D
ροῦ τὸν τοσοῦτον πλοῦτον ταῖς τοιαύταις σκηνικαῖς καὶ ἀθέσμοις
κατανάλωσε πράξεσι, δεινὸς ἐραστὴς ὢν ἱπποδρομίας, ἦλθεν δὲ
ὁ τῆς διανομῆς τῶν βασιλικῶν δωρεῶν καιρός, καὶ χρημάτων
πόρος οὐκ ἦν δι' ὧν τὰ στρατεύματα φιλοτιμούμενα τὰς τῶν
ἐχθρῶν παρατάξεις ἀμύνονται, τήν τε χρυσῆν ἐκείνην καὶ πολυ-
θρύλητον πλάτανον καὶ τοὺς δύο χρυσοῦς λέοντας, πρὸς δὲ καὶ
τοὺς δύο γρῦπας ὁλοχρύσους ὄντας καὶ σφυρηλάτους, καὶ τὸ ὁλό-
χρυσον ὄργανον, ἀλλὰ καὶ ἕτερα ἔργα τῆς βασιλικῆς ἐκθέσεως,
ὁλκὴν ἔχοντα τῶν διακοσίων οὐκ ἔλαττον κεντηναρίων, χωνεύσας
χαράξαι δέδωκεν ἐν τῷ βασιλικῷ ταμιείῳ. καὶ στολάς δέ τινας P 108
βασιλικὰς καὶ αὐγουστιακάς, ἀλλὰ καὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς,
τὰς μὲν ὁλοχρύσους τὰς δὲ χρυσοϋφάντους οὔσας ἐν τῷ εἰδικῷ,
πρὸς τῷ τέλει, ἐκδέδωκεν ἐξαπορῶν, ὡς ἂν χαραχθῶσι. πλὴν
οὐκ ἔφθασαν χωνευθῆναι, καὶ ἐκεῖνος μὲν ἐξ ἀνθρώπων ἐγένετο,
ταύτας δὲ Βασίλειος ὁ ἀοίδιμος τὴν βασιλείαν λαβὼν καὶ καταλα-
βὼν ἔτι ἀλυμάντους ἀνεκαλέσατο, καὶ τὸ νῦν σενζάτον καλούμενον
χαραχθῆναι ἐκελεύσατο, ἐκ τοσούτου πλούτου μηδὲν ἕτερον εὑρη-
κὼς ἢ χρυσίου κεντηνάρια τρία, μιλιαρίσια δὲ σακκία ἐννέα, ἃ
καὶ δημοσιεύσας καὶ πᾶσι δῆλα ποιήσας ἀπωδύρετο τῆς συγκλή- B
του ἐνώπιον τὴν ὅθεν ἔμελλε ποιήσεσθαι τῆς πολιτείας διοί-
κησιν.

18 *ἐνεκελεύσατο?*

tribuit: sic ille nulla fruge pecunias publicas insumebat. cumque brevi tempore scenicis illis ac nequissimis actibus tantas illas opes prodegisset, Circensium amator perditissimus, diesque regiis largitionibus constitutus appeteret, ac parandae pecuniae ratio deesset, quibus donati milites adversus hostium valide acies decertant remque tuentur Romanam, famosam illam auream platanum duosque aureos leones ac totidem gryphes, ipsos quoque ex auro solido ductiles, organumque auro solido fabrefactum, nec non reliquam regiae magnificentiae supellectilem, auri pondo non minus quam centenaria ducenta conflans, ex illis pecuniam fisco inferendam cudi praecepit. quin et regias quasdam tam imperatorum quam Augustarum vestes, adeoque etiam senatorias, alias ex auro solidas aliasque auro intextas, in regio aerario privato positas, penuria tandem pressus conflandas exposuit. quanquam illis necdum conflatis Michael e vivis exemptus est. inclitus autem Basilius, ipse imperio potitus, cum integras adhuc ac incolumes repperisset, ipsas recepit, ac quam nunc vocamus senzatum monetam cudi iussit, e tantis divitiis nihil inveniens praeter auri centenaria tria et miliarensium sacculos novem; quibus etiam in concionem allatis inque omnium oculis productis, deploravit coram senatu, unde tantis illis angustiis procuranda ipsi res publica foret.

22. *Ἀλλὰ ταῦτα μὲν προϊόντος τοῦ χρόνου γεγόνασιν· τότε δὲ εἴθιστο Θεοδώρα κατὰ τὸν ἐν Βλαχέρναις θεῖον συχνῶς πως ἐπιφοιτᾶν ναόν, ὁμοῦ μὲν εὐχάς τινας ἀποδιδοῦσα θεῷ, ὁμοῦ δὲ καὶ τοῦ λουτροῦ μετέχουσα. ὡς γοῦν ὀψέ ποτε ἀφίκετο, τὸν Πετρωνᾶν ἀδελφὸν αὐτῆς ὄντα πέμψαντες ὁ Μιχαήλ τε καὶ Βάρδας ἀποκείρουσί τε ταύτην μετὰ τὰς θυγατέρας ὁμοῦ, καὶ τοῖς κατὰ τὰ Καριανοῦ ἀνακτόροις τότε μὲν περιορίζουσιν· ὕστερον δὲ οὐχ ἅπαξ μόνον ἀλλὰ καὶ δὶς ἀποστείλαντες εἰσεκόμισαν τὸν ἐνόντα* C *πλοῦτον αὐταῖς, καὶ κοινῶς πως καὶ ἰδιωτικῶς ἀλλ' οὐ βασιλικῶς εἴασαν ζῆν. ἀλλ' ἐκείνη μὲν μετ' οὐ πολὺ τῶν τῇδε μεθίστατο, καὶ βασιλεὺς ὁ ἀοίδιμος Βασίλειος αὐτῆς τε τὸν νεκρὸν καὶ τὰς αὐτῆς θυγατέρας πρὸς τὸ τῆς μάμμης ἔπεμπε μοναστήριον ἐνδιαιτᾶσθαι, οὕτω τῶν Γαστρίων κατονομαζόμενον, καὶ ὁσίως ζῆν τε καὶ πολιτεύεσθαι. αὕτη μὲν οὕτως ἀπεβίω, ὄνομα τῷ υἱῷ, οὐχ ὡς ἐκεῖνοι, πονηρὸν ἀλλ' ἀγαθὸν ἀπολιποῦσά τε καὶ σεμνόν. ἐδήλου δὲ καὶ ἡ πρὸ ταύτης βίβλος ὅθεν τε κἀκ τίνων ἐξέφυ καὶ* D *ὅπως ἦλθεν εἰς τὰ βασίλεια, καὶ τὰς αὐτῇ ὅσαι δὴ θυγατέρες ἐκ κοιλίας γεγένηνται· δηλώσει δὲ αὕτη συγγένειαν αὐτῆς τὴν λοιπήν. ἦσαν οὖν οἱ δηλωθέντες ἄρρενες δύο ἀδελφοί, ὅ τε Πετρωνᾶς στρατηγὸς κατὰ τὸ Θρακήσιον καὶ πατρίκιος τηνικαῦτα, καὶ Βάρδας ὁ δηλωθείς, ὃς καὶ παρὰ Θεοφίλου εἴς τι τῶν οὐ δεόντων καταληφθείς, τῆς συνήθους προελεύσεως ἱσταμένης, κατὰ τὸ ὡρολόγιον ἐτύφθη μαγγλάβια ἑξήκοντα. ἀδελφαὶ δὲ*

22. Verum haec postea contigerunt. tunc autem moris erat Theodorae, ut sacram Blachernensem aedem frequens adiret, tum ut vota quaedam deo redderet, tum vero etiam ut lavaret. cum itaque ex more quandoque eo se contulisset, Michael et Bardas misso Petrona illius fratre ipsam cum filiabus attonsam ad Cariani interim palatia relegant: postea vero non semel tantum sed et iterum missis ministris, illarumque fisco illata substantia, privatas, ac velut e vulgo feminas, non regio cultu vivere eas siverunt. verum haud multo post Theodora e vivis excessit. inclitus vero Basilius suscepto imperio, cum eius cadaver tum filias in aviae monasterium transtulit, quod Gastria vocant, ut illic morantes sanctae ac religiosae vitae institutis aetatem transigerent. sic quidem illa ex hac luce migravit, bonum nomen ac venerabile, non ut illi malum atque exosum, filio relinquens. ostendimus libro superiori undenam, et ex quibus Theodora orta parentibus, quomodo item in aulam venerit, quotque ex utero proles muliebris sexus fuderit: in hoc vero eius reliquum genus ac cognatos ostendemus. fuerunt itaque, quos diximus, duo masculi fratres, Petronas Thracensium dux ac tum patricius, Bardasque, de quo egimus. porro Petronas in quodam facinore a Theophilo deprehensus, cum consueta processio fieret, sexaginta verberibus ad horologium iussus est vapulare. sorores tres exstitere, quam

τρεῖς, ἥ τε εὐφήμῳ οὕτω καλουμένη ὀνόματι Καλομαρία καὶ Σο-
φία καὶ ἡ Εἰρήνη. ἀλλ' ἡ μὲν Σοφία εἰς κοίτην ἐδίδοτο Κωνσταν-
τίνῳ τῷ κατὰ τὸν Βαβούτζικον, ἡ δὲ Καλομαρία Ἀρσαβὴρ τῷ P 109
τηνικαῦτα μὲν πατρικίῳ ἔπειτα δὲ καὶ μαγίστρῳ, [ἡ δὲ Εἰρήνη]
τῷ Εἰρήνης τῆς μητρὸς τοῦ μετὰ ταῦτα τὸν πατριαρχικὸν θρόνον
ἀντιλαβομένου Φωτίου ἀδελφῷ· μεθ' οὗ καὶ δύο τεκνώσασα παῖ-
δας, Στέφανόν τε τὸν μάγιστρον καὶ Βάρδαν τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν
καὶ μάγιστρον, τὸν τοῦ πατρικίου Κωνσταντίνου καὶ στρατηγοῦ
Σικελίας, τὸν τοῦ Κοντομύτου γαμβρόν (ἐκεῖθεν γὰρ αὐτῷ καὶ
ἡ τοῦ Κοντομύτου ἐκληρώθη προσηγορία), τὴν συγγένειαν πρὸς
τὸν πατριάρχην ἔσωζε Φώτιον· ἐξάδελφοι γὰρ οἱ δύο μάγιστροι
οὗτοι τούτου ἐτύγχανον. αὕτη δὲ οὖν ἡ μήτηρ τῶν εἰρημένων,
ἐπεὶ τοῦ προτέρου ἀνδρὸς διὰ θανάτου ἡμάρτανεν, οὐχ εἵλετο B
καὶ δεύτερον ἰδεῖν μάτην ἀποβιοῦντα, ζῶσα δὲ χήρα καὶ τῇ ἑαυ-
τῆς συνοῦσα ἀδελφῇ κατὰ τὰ βασίλεια, αὐχμηρόν τινα καὶ τα-
πεινὴν ἐστολισμένη στολήν, ἔτι δὲ μὴν καὶ μέλαιναν, τὸν ὕπαρχον
ἀπολαμβάνουσα τῆς χειρός, οὐ μὴν δὲ καὶ τὸν τειχιώτην, ἀλλὰ
καὶ τὸν νούμερον συνεπαγομένη, κατὰ νουμηνίαν ἀπῄει βάδην τε
καὶ πεζῇ διὰ τῶν σχολῶν πρὸς τοὺς ἐν τοῖς δεσμωτηρίοις κατεχο-
μένους τῆς τε Χαλκῆς καὶ τοῦ Πραιτωρίου καὶ τῶν Νουμέρων,
τίνος τε χάριν ἀποκέκλεισται ἕνα ἐρωτῶσα καθ' ἕνα καὶ διοικοῦσα
τοὺς μὲν δι' ἑαυτῆς τοὺς δὲ διὰ τῆς πρὸς τὴν ἀδελφὴν ὑπομνή- C
σεως, ἑκάστῳ τῶν φρουρουμένων εὐλογίαν ἐπιχορηγοῦσα οὐ μι-
κρὰν καὶ ἐλεημοσύνην. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν γυναικωνῖτιν οὕτω.

5 τὸν om P 9 τὸν τοῦ] τοῦ καὶ?

sic honorifico nomine Calomariam vocabant, et Sophia ac Irene. ex his Sophia nupsit Constantino Babutzico: Calomariam duxit Arsaber tum patricius ac deinde magister: [Irene autem] Irenes matris Photii (eius qui postea patriarcha fuit) fratri nupta fuit; ex quo etiam duobus susceptis filiis, Stephano magistro et Barda illius fratre atque magistro, qui Constantini patricii et Siciliae praetoris (qui et Contumites) gener fuit (hinc enim haec illi appellatio haesit), cum Photio patriarcha affinitatem servavit. ambo enim hi magistri illius nepotes ac consobrini fuere. horum mater, priore viro morte amisso, ut alterum quoque frustra morientem videret in animum inducere noluit. vivens itaque vidua et cum sorore in aula agens, squalida quadam atque humili induta veste, praefectum manu tenens, unaque assumpto tichiote ac cohortali duce, mensis cuiusque initio lento gradu pedesque per scholas ibat, ad eos qui vincti in Chalce et in praetorio atque Numeris tenerentur; singulosque causam carceris interrogans, ac tum sua ipsa opera tum suggestione ad sororem iis prospiciens, haud exiguam cuique benedictionem ac eleemosynam tribuebat. hactenus quae spectant ad feminas.

23. Ὁ δὲ Βάρδας ἦν ὅλος τὰ τῆς βασιλείας ἐπιτροπεύων καὶ διοικῶν, καὶ τῶν λοιπῶν διαφερόντως ὡς συγγενὴς τοῦ βασιλέως ἀγαπώμενος· ἔνθεν καὶ τὴν κουροπαλάτου, οἷον ἆθλον ἐπὶ τῇ ἀδελφῇ, τιμὴν ἀναδέχεται, καὶ κατὰ τῶν Ἰσμαηλιτῶν καὶ τοῦ Ἄμερ, ὥσπερ εἴρηται, ἀντιστρατεύονται μετὰ τοῦ Μιχαήλ, ἄρτι τελοῦντος αὐτοῦ εἰς ἄνδρας ἐξ ἀγενείων, δυνάμει πάσῃ τε καὶ χειρί. ὡς δ' οὖν τῆς τῶν ἐναντίων ἐπέβησαν γῆς, κατὰ πόλιν
D Σαμόσατα λεγομένην, δυνάμει τε βρίθουσαν καὶ ἰσχύϊ, ἄγονται, καὶ ταύτην ἐπεχείρουν πολιορκεῖν. ἀλλ' ἐλελήθεισαν οὐ κατὰ Θεοδώρας αἴροντες χεῖρα, κατὰ δὲ πολυτρόπων ἀνδρῶν. ὡς μὲν γὰρ ἦν τρίτη τῆς ἐφεδρείας τούτοις ἡμέρα, ἡ πρώτη δὲ καὶ κυρία τῶν ἡμερῶν, ἔμελλον δὲ τὴν ἀναίμακτον μυσταγωγίαν ἐκπληροῦν ὡς ἂν τῶν ἁγίων μυστηρίων μετάσχοιεν, ἐξαίφνης, εἴτ' ἀφυλάκτως τελοῦντες αὐτά, εἴτε καὶ καταφρονητικῶς ἔχοντες πρὸς τὴν πόλιν δι' ἀπειρίαν ὡς μὴ πρὸς βασιλέα Ῥωμαίων ἄραι τολμῶντος χεῖρά τινος, κατὰ τὴν ὥραν ἐν ᾗ τῶν θείων ἔμελλον μετασχεῖν μυστηρίων, πάντοθεν μεθ' ὅπλων ἐκπεπηδηκότες τῆς πόλεως,
P 110 οὐκ ἦν ἰδεῖν τὸν ὅστις Ῥωμαίων οὐκ ἐχρῆτο φυγῇ. ἔνθα καὶ ὁ Μιχαὴλ μόλις που τὸν ἵππον ἀναβὰς φεύγων καθωρᾶτο, ἀλλ' οὐ προπολεμῶν· οὕτω που μόγις ἐκσέσωστο, σκηνὰς αὐτὰς καὶ τὴν ὅσῃ τούτοις θεραπεία προσῆν ἐκεῖ καταλελοιπώς. ἔνθα καὶ τὸν προμνημονευθέντα φασὶν ἀριστεῦσαι Καρβέαν τὸν τὴν Τεφρικὴν

23. Porro Bardas in procurando administrandoque imperio totus erat; ac velut qui imperatorem affinitate attingebat, prae reliquis illi carus ac dilectus erat. iccirco etiam velut in summotae sororis praemium curopalatae dignitate ornatur, unaque cum Michaele, qui efflorente iam lanugine annos viriles inibat, cum ingenti armorum apparatu ac exercitu adversus Ismaelitas et Amerem, ut supra dicebamus, proficiscitur. postquam itaque in hosticum progressi Samosata venerunt, urbem scilicet civium multitudine ac robore potentem, eius obsidionem aggrediuntur. nimirum non intellexerant non se adversus Theodoram levare manus, sed adversus vaferrimum hominum genus. tertia itaque obsidionis die, quae prima dierum ipsaque domina fuit, expleto iam fere incruento sacrificio, ut sacris mysteriis impartirentur, repente (sive incaute illa peragebant, sive etiam rei bellicae imperitia urbem hostesque contemnebant, nullumque fore arbitrabantur qui levare manum adversus Romanum imperatorem auderet) ipsa hora qua mysteriis impartiendi erant, undique ex urbe armati irruentes tantum eis terrorem incusserunt, ut nemo impetum sustinere, nemo non fuga salutem expedire conspiceretur. ipse Michael vix in equum evadens fugientis specimen, non viri fortis eiusque qui prior in acie staret, dedit. sic aegre tandem servatus est, suis omnibus castrorumque impedimentis in hostium potestate relictis. illic Carbeae (cuius supra meminimus, qui et Tephrices con-

οἰκοδομησάμενον, καὶ πολὺν οὐ μόνον τοῦ χυδαίου φθόρον λαοῦ
κατεργάσασθαι, ἀλλὰ καὶ τῶν μεγάλων δὴ στρατηγῶν ζωγρείᾳ
λαβεῖν τόν τε τζαγγότουβον τὸν Ἀβεσαλὼμ καὶ Σηὼν τὸν παλατῖ-
νον, καὶ ἑτέρους ὑποστρατήγους καὶ τουρμάρχας ἄχρι τῶν ἑκα-
τόν. ἐτηροῦντο οὖν οἱ δηλωθέντες στρατηγοὶ μετὰ τὴν τοῦ πολέ-
μου παραδρομὴν ἐν τῇ φυλακῇ· καὶ δὴ χρήματα ἱκανὰ τῷ Καρ- B
βέᾳ ἐδίδοσαν, οἴκοθεν μεταπεμψάμενοι, τὴν αὐτῶν ἀπολύτρωσιν
ἐξαιτούμενοι. ὡς δ' ἔλαβεν ἐπὶ χεῖρας ὁ Καρβέας, ἠρώτα τὸν
Σηὼν εὐθὺς εἰ πρὸς ἀφροδίσια ἔχοι ἐρωτικῶς καὶ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα
κίνησιν ἔχοι τὴν ἐμπαθῆ· ὡς δ' ἀπηγόρευσεν ὁ Σηὼν καὶ πάσχειν
τι τοιοῦτον ἀπέφησεν, ἠρώτα πάλιν τὰ ὅμοια τὸν Ἀβεσαλώμ.
ὁ δὲ τὴν αὐτοῦ φωράσας κακίαν καὶ μοχθηρίαν, εἴτε καὶ ἄλλως
ἀληθῶς, τοῦτό τε πάσχειν καὶ κίνησιν ὑπομένειν εἰπών, τούτῳ
μὲν "λυτροῦσαι" ἔφη "τῶν δεσμῶν," καὶ ἅμα ἀπέλυεν, τῷ δὲ C
Σηὼν "οὐ βούλεταί σε τὸ θεῖον λυθῆναι δὴ τῆς φρουρᾶς," καὶ
ἅμα ἐδίδου τούτῳ τὰ λύτρα τὰ δοθέντα αὐτῷ ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τῇ
φρουρᾷ ἐγκατέκλειεν ἄχρις οὗ τὴν ψυχὴν ἀπεστάλαξεν.

24. Ἐπεὶ δὲ δεύτερος ἤδη χρόνος παρέδραμε καὶ μυριά-
δας ἤκουε τρεῖς κατὰ τῶν Ῥωμαίων ἐκστρατεύειν, τὴν ἧτταν αὖθις
ὁ Μιχαὴλ ἀνακαλέσασθαι ἐπιθυμῶν, Θρᾳκάς τε καὶ Μακεδόνας
μέχρι τῶν τεσσάρων συναθροικῶς μυριάδων, ἐξῄει πρόθυμος κατ'
αὐτοῦ. ὡς δὲ κατά τι χορτοφόρον πεδίον Κελάριον οὕτω λεγό-
μενον κατεσκήνητο, ἄρτι δὴ Ἄμερ αὐτῷ καταστρατηγῶν πορρω- D

ditor fuit) egregie aiunt virtutem enituisse, ut non solum gregarios multos atque obscuros interfecerit, verum magnos quoque duces ceperit, nempe Tzangotubum Abessalonem et Seonem Palatinum, aliosque legatos atque tribunos haud pauciores centum. servabantur ergo hi, quos dixi, duces in carcere transacto bello; ac quam Carbeas exegerat, ingentem vim auri domo advectam, redemptionis pretio persolverunt. Carbeas pretio accepto Seonem interrogat, "num venereorum amore afficiatur, motusque libidinosos in corpore sentiat?" negante illo, ac asserente "nihil se iis affici;" eadem iterum ex Abessalone percontatur. Abessalon autem comperta hominis nequitia ac dolo, sive etiam quod sic re ipsa afficeretur, "ita secum agi ac carnis motus molestos ferre" respondit. tum ei Carbeas "tu a vinculis liber esto," simulque dimisit; Seoni vero "certe non vult deus ut a carcere libereris," simulque restituto, quod acceperat, redemptionis pretio, donec efflavit animam in carcere eum tenuit.

24. Quia vero alter iam annus a superiori clade effluxerat, audiens Michael triginta milium in Romanam dicionem factam irruptionem, ac iterum accepta damna ex victoria cupiens resarcire, collectis ex Thracensibus ac Macedonibus quadraginta milibus alacer eis obviam venit. ubi autem ad locum quendam pascuis uberem Celarium dictum fixa tentoria essent, Amer iam infestis in eos signis procurrens, longius digres-

τέρῳ τῆς τετριμμένης ᾔει ὁδοῦ, πρὸς τὸ Χωνάριον ἐπισπεύδων. ἐν δὲ τούτῳ ἐγγύτερόν τε γενόμενος καὶ χεῖρας δὴ προσβαλὼν καὶ πόλεμον συνάψας νεανικὸν φεύγειν ἀλλ' οὐ μένειν τὸν βασιλέα ἠνάγκαζεν. ἀλλὰ φεύγειν μὲν ἐπειρᾶτο, ἕως τὸν τῶν ἵππων ἀκμάζειν δρόμον ἀλλ' οὐ διακόπτεσθαι ὑπελάμβανεν. καὶ δὴ σταθερᾶς τε μεσημβρίας ἐνούσης καὶ καύματος οὐκ ὀλίγου θάλποντος ἐκ τῆς τοῦ ἡλίου φλογώσεως, κατά τινα ὀρεινὸν ἀναβαίνειν τόπον βιάζονται, Ἀνζῆν οὕτω λεγόμενον, δυσπρόσοδόν τε καὶ τραχέσι λίθοις οὐκ εὔοδον. ἐκεῖσε δὴ φεύγων ὁ βασιλεὺς ἐνηυλίζετο, καὶ
P 111 ἐκ ποδὸς ὁ Ἄμερ αὐτῷ ἐπακολουθῶν περικυκλοῖ, ὡς ἐν δικτύῳ θέλων λαβεῖν. κἂν ἔλαβεν αὐτὸν δορυάλωτον, ἀλλ' ἡ τῶν βασιλικῶν ταγμάτων ἰσχὺς καρτερῶς ἀπομαχομένη καὶ τὸ τοῦ τόπου ἀνεστηκός τε καὶ ὑπερέχον μικρόν τι τούτους διέσωσεν. ἔνθα καὶ τὸν περὶ ψυχῆς αὐτῶν κίνδυνον ἀγωνιζομένων καὶ δεδιότων, βουλὴν ἠνάγκαζε τὸν Μανουὴλ λέγειν ὁ Μιχαὴλ τὴν ἀμφοτέρους δὴ διασώσουσαν. ὁ δὲ τὰ δι' ὧν ἐστὶ φανερὸς ὁ βασιλεὺς ἀφελέσθαι συμβουλευσάμενος, καὶ ἰδιωτικὸν ἀναλαβόμενον σχῆμα μετὰ λογάδων ἀνδρῶν καὶ δυνάμει προεχόντων τὴν τῶν ἐχθρῶν ἔφη φά-
B λαγγα διαρρήξαντα ἔξω τούτων γενέσθαι περιφανῶς. ὡς δὲ καὶ περὶ τοῦ παραμένοντος ὄχλου τε καὶ στρατοῦ δεύτερον ἐπυνθάνετο, ὅπως δὴ σωθεῖεν, ὁ Μιχαήλ, "ἀλλὰ σὲ μὲν γένοιτο" φησίν, "βασιλεῦ, σώζεσθαι ἀβλαβῆ, θεῷ δὲ μελήσει περὶ αὐτῶν· οὐ γάρ ἐστιν ἐπ' ἴσης βασιλέα καὶ Ῥωμαίων τινὰ αἰχμάλωτον γενέσθαι ἐχθροῖς." ἀλλαξάμενος οὖν τὴν ἐσθῆτα ὁ βασιλεὺς καὶ

sus ab strata publica, Chonarium tendebat. ibi consistens, acieque in pugnam directa, ac acri commisso praelio, imperatorem impressioni imparem ad fugam cogit. ac vero tamdiu ille fugae institit, quamdiu equorum vigere cursum et non intermittere ac lassescere existimavit. iam itaque media occupante die, exque solis ardoribus permolesto aestu, editum quendam locum Anzen nomine, accessu difficilem ac lapidibus asperum, coguntur ascendere. illic imperator ex fuga receptus stabulabatur; e vestigio autem secutus Amer, locum cingit, velut scilicet indagine imperatorem capturus. ac certe captivum cepisset, nisi Palatinae cohortes fortiter dimicando locique ipsa celsitudo et arduitas momenti aliquid ad salutem ei contulissent. agebatur periculum animae, cunctisque nimium conterritis cogit Michael Manuelem consilium edere, quo ambo praesens discrimen possint effugere. ergo auctor est impêratori, ut depositis regiis vestibus plebeioque ac vulgari amictu assumpto, cum lecta fortium virorum manu, perrupto fortiter hostium cuneo inde omnino evadat. cum vero etiam de turba ac militibus ibi relinquendis iterum ille percontaretur, quonam modo illorum quoque saluti consultum foret, infit Manuel "te utinam salvum recipi contingat, imperator: illorum autem deo cura erit. non enim paris aleae est imperatorem capi et unum quem e Romanorum castris." imperator itaque commutato habitu,

περὶ τὸν Μανουὴλ ὅλος γενόμενος ἔσπευδεν ἐπακολουθεῖν, τούτου μεθ' ἑτέρων διαρρηξάντων τὴν φάλαγγα. ἀλλ' ὅτε δὴ κατὰ τὸ δεινὸν ἐγένοντο καὶ παρατάξεως πλησίον που τῶν ἐχθρῶν, ἔρημος τῷ φόβῳ δυνάμεώς τε γενόμενος καὶ χειρῶν ἐναπομένειν ἠγάπα, ἀλλ' οὐ προτρέχειν αὐτοῦ. ὡς δ' ὁ Μανουὴλ τὴν φά- C λαγγα διακόψας τε καὶ περισωθεὶς τὸν βασιλέα οὐκ εἶχεν ὁρᾶν, αὖθις τὴν κατόπιν ᾔει ὁδόν, τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ κίνδυνον δεδιώς. ὡς δὲ πάλιν ἐγένοντο συμβολαὶ καὶ πολὺς φόβος συνέπιπτε τῶν Σαρακηνῶν, ἔγνω δὴ πορρωτέρω χωρήσειν ὁ Ἄμερ, νάματά τινα καὶ χορτάσματα ζητῶν, σημήνας τὸ ἀνακλητικόν· ὅτε καὶ τυχὼν ἀδείας ὁ Μιχαὴλ μόλις που ἐκεῖθεν διεσέσωστο ἀδεῶς, καὶ πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἐπανήρχετο.

25. Δεύτερος οὖν μόλις που παρῆλθε χρόνος, καὶ αὖθις ἐκστρατεύσας ὁ Ἄμερ σὺν τεσσαράκοντα χιλιάσι στρατοῦ ὁμοῦ μὲν τὴν Ἀρμενιακὴν ὁμοῦ δὲ καὶ τὴν πρὸς θάλασσαν Ἀμισὸν ἐξε- D πόρθει τε καὶ κατεδουλαγώγει τῇ τοῦ κωλύοντος ἐρημίᾳ· ὅτε δὴ καὶ ταὐτὸν ἐκείνῳ τῷ ἄφρονι Ξέρξῃ λέγεται παθεῖν, καὶ κελεῦσαι ῥάβδοις τύπτειν τὴν θάλασσαν, ὅτι μὴ πορρωτέρω προκατεστόρεστο ἀλλ' ἐγγὺς αὐτὸν ληλατοῦντα καταλαμβανομένη κεκώλυκεν. ἐφ' οἷς ἀσχάλλων ὁ Μιχαὴλ καὶ ἀδημονῶν ἐκέλευσε τὸν Πετρωνᾶν, ἀδελφὸν τῆς βασιλίσσης τυγχάνοντα καὶ τῶν Θρακησίων τὴν στρατηγίδα διέποντα, παντὶ σθένει συμπαραλαβόντα τὰς τῶν Ῥω-

8 φόνος?

totusque Manuelis lateri haerens, perrupto una cum sociis hostium cuneo sequi conatur. sub ipso vero rei discrimine, ac cum prope iam tentanda hostilis acies esset, prae formidine deficiente eum omni virtute ac manuum robore, remanere malebat quam Manueli praeire. Manuel perrupto agmine, ac cum ipse liberatus esset, nusquam conspecto imperatore, redit iterum, illius capitis periculum formidans. iterum vero facta congressione ac Saracenis oppido territis, visum Ameri paulo longius recedere, fluentaque ac pabula quaerentem receptui canere; quo tempore aegre tandem Michael sumpta audacia tuto evasit, et ad regiam urbem reversus est.

25. Alter vix annus transierat, rursusque egressus Amer cum quadraginta milibus, simul quidem Armeniacum tractum simulque maritimam Amisum depopulabatur ac diripiebat, eo quod militum praesidia deerant, quibus illis tuto satis prospectum esset. quo etiam tempore imitatum eum ferunt illud Xerxis insipientis animi facinus, ac iussisse mare virgis caedi, eo quod non longius porro constratum esset, sed e vicino praedas agentem a conatu prohiberet. haec graviter ferens Michael, aegroque inde animo, Theodorae fratrem Petronam, qui tum Thracensibus praeerat, omni conatu una assumptis Romanis legionibus adversus

μαίων δυνάμεις χωρῆσαί ποι κατ' αὐτοῦ καὶ μὴ παρορᾶν ἐπὶ
P 112 πολὺ τὴν τῶν Ῥωμαίων καταληϊζόμενον γῆν. ὁ τοῦ Βάρδα τότε τῶν βασιλικῶν ταγμάτων τε καὶ σχολῶν ἦρχεν υἱός, παῖς ἔτι κομιδῇ περὶ δέκα ἢ ἐννέα ἔτη που ὤν· ὄνομα τούτῳ Ἀντίγονος. ὃ καὶ θαυμάζειν μοι ἔπεισιν, ὅπως ἀγχινοίας τε καὶ σοφίας, ὥς φασίν, ἀντιποιούμενος, ἑαυτῷ πάντα οἷον λαφύσσων καὶ προσαγόμενος, οὐχ ἑτέρῳ τὴν τοιαύτην ἐνεχείρει ἀρχὴν ἐν καιρῷ δεινῷ τε καὶ δυσχερεῖ. πλὴν ἐδίδου τὸ ταύτης προσωπεῖον τέως τῷ ἀδελφῷ. ὁ δ' ὡς τῶν βασιλικῶν ἤκουσε γραμμάτων πρὸς τὸν ἐχθρὸν αὐτὸν καθοπλιζόντων καὶ ἀνδραγαθεῖν παρακελευομένων,
B ἀλλοιωθείς τε καὶ περὶ τῶν πραγμάτων τὴν ὅπως ἕξουσι καλῶς βουλευόμενος ἐν τῷ κατὰ τὴν Ἔφεσον Ἁγίῳ ὄρει προσήδρευεν, εἴτ' ἀπολεγόμενος εἴτε καὶ τῆς ἄνωθεν ἐπικουρίας δεόμενος. ἐκεῖσε γοῦν αὐτοῦ τὸ τέως ἐνδιαιτωμένου, φήμη τις ἄγγελος προτρέχουσα Ἰωάννην ἐκεῖνον μοναχόν τε καὶ περιβόητον, μακρὸν ὄντα τὸ εἶδος, ἀνυπόδετον τοὺς πόδας ἀεὶ καὶ κατὰ τὸ Λάτρος ἐνδιατρίβοντα, αὐτομολοῦντα διήγγειλεν. τοῦτον ἡσυχάζοντα καὶ τοῦ ἑαυτοῦ κελλίου μήποτε ἐξερχόμενον ὁ χρόνος ἐκεῖνος ἐθαύμαζεν. ὡς δ' οὖν περὶ τοῦ ἀνδρὸς ὁ πατρίκιος διακήκοεν ὡς ὅτι που πλησίον ἐστὶν ὀνάριον ἐποχούμενος, ἀπήντα θέων τὸν μοναχὸν καὶ τοὺς πόδας
C αὐτοῦ κατελάμβανεν. ὁ δὲ μηδὲν μελλήσας "ἄπιθι" φησι "κατὰ τῶν Σαρακηνῶν τοῖς βασιλικοῖς πειθόμενος γράμμασιν, ἄπιθι· θεὸν γὰρ ἕξεις ῥυόμενόν σε καὶ προπορευόμενον, εἰ μόνον τὸν

eum proficisci iubet, nec ultra Romanam dicionem, quam sic hostis diriperet, despicere. Bardae tunc filius, praetorianorum ac scholarum dux erat, valde tum adolescens, novem aut decem circiter annorum, Antigonus nomine. quod et subit mirari, quomodo qui solertiae studere videretur ac prudens haberetur, sibi ipse omnia velut devorans ad seque trahens, non alteri eam praefecturam traderet, adeo praesertim molestis difficilibusque rei publicae temporibus. ceterum huius muneris personam interim fratri defert, et ut vicarias ipsi partes praestans domesticum ageret. auditis itaque ille imperialibus literis, quibus arma sumere adversus hostem iuberetur ac rem strenue agere, animo turbatus nutansque, atque ut bellum prospere gerere posset consilia agitans, in monte Sancto, qui Epheso adiacet, haerebát, sive despondens animum et quasi imperium detrectans, sive ut divinam opem imploraret. eo porro illic morante, rumor quidam praecurrens Ioannem illum monachum famaque celeberrimum, procera virum statura, nudis semper pedibus incedentem et in Latro domicilium habentem, ultro venire annuntiat. virum solitarium nec unquam cella exeuntem illa mirabatur aetas. audiens itaque de illo patricius, haud procul eum abesse asello invectum, festinus illi occurrit ac pedes eius complectitur. ad quem statim Ioannes "vade" inquit "contra Saracenos, imperialibus parens literis. vade: deum enim liberatorem tibique praeeuntem habebis, si modo omnis al-

*αὐτῷ ἠγαπημένον Ἰωάννην ἀντ' ἄλλου τινὸς φυλακτηρίου ταῖς
ἀσπίσι πάντων ἐγγεγραμμένον φέροις τρανῶς." καὶ ἅμα προσε-
τίθει ὡς οὐκ ἄλλου τινὸς ἕνεκεν ἢ τούτου τὴν ἐνταῦθα πορείαν
πεποίημαι. τούτου ταῖς εὐχαῖς καθοπλισθεὶς κατά τινα τόπον
οὕτω λεγόμενον Πόσοντα, φυσικήν τινα ἀσφάλειαν διὰ πετρῶν
ἔχοντα καὶ κρημνῶν, τὸν Ἄμερ καταλαμβάνει πανστρατιᾷ. τούτῳ
καὶ ποταμὸς παραρρεῖ ἀπὸ τὸ ἀρκτῷον πρὸς τὸ μεσημβρινὸν ἐλαυ-* D
*νόμενος, Λαλακάων ὀνομαζόμενος, καὶ λιβάδιον παράκειται Γῦριν
ἀγροικικῇ φωνῇ καλούμενον. ἔγνω γοῦν ὁ Πετρωνᾶς ἐκεῖσε τοῦ-
τον ἐναυλιζόμενον, καὶ πάντῃ ἔσπευδεν ἀδιεξόδευτόν τε καταστῆ-
σαι καὶ ἄφυκτον. καὶ δὴ τοὺς μὲν τὸ ἀρκτῷον μέρος καθέξοντας
στρατηγοὺς τῶν Ἀρμενιακῶν καὶ Βουκελλαρίων καὶ Κολωνείας
καὶ Παφλαγονίας ἐπέστελλεν αὐθωρόν, τὸ δὲ μεσημβρινὸν τὸν
Ἀνατολικῶν τὸν Ὀψικίου καὶ Καππαδοκίας στρατηγοὺς σὺν τοῖς
Σελευκείας καὶ τοῦ Χαρσιανοῦ κλεισουράρχαις· αὐτὸς δὲ μετὰ
τῶν βασιλικῶν τεσσάρων ταγμάτων καὶ τῶν Θρᾴκης καὶ Μακε-* P 113
*δονίας στρατηγῶν (καὶ γὰρ εἰρηνευόντων τῶν Βουλγάρων νόμος
ἦν αὐτοῖς μετὰ τῶν Ἀνατολικῶν συγκινδυνεύειν καὶ συστρατεύειν)
τὸ δυτικὸν μέρος κατείληφεν, ἔχων καὶ τὸ θέμα τῶν Θρακησίων
μεθ' ἑαυτοῦ. ὡς γοῦν οὕτω πάντοθεν περιφρουρεῖσθαι καὶ ὡς
θηρίον ἐναποκεκλεῖσθαι παρὰ Ῥωμαίων ὁ Ἄμερ ἀκήκοεν, ἔγνω
δεῖν οἰωνίσασθαι, καί τινα τῶν αἰχμαλώτων μετακαλεσάμενος
ἠρώτα τήν τε τοῦ τόπου προσηγορίαν καὶ τοῦ λιβαδίου τε καὶ τοῦ
ποταμοῦ. ὡς δ' ὁ ἐρωτηθεὶς αἰχμάλωτος μικρὸν παραγραμμα-*

terius amuleti loco, carissimum illi Ioannem in omnium scutis depictum palam gestaveris." adiecitque hanc unam nec aliam esse causam cur hoc iter susceperit. huius Petronas armatus precibus in loco quodam Poson nomine, ex rupibus petrisque praeruptis natura tutum, Amerem considentem invenit. hunc locum praeterfluit fluvius ab aquilone ad meridiem decurrens, nomine Lalacaon; pratumque adiacet, quod rustica voce incolae Gyrin dicunt. cognovit ergo Petronas illum ibi castra habere, nullamque non adhibet operam ut omnem illi exeundi ac salutem fuga expediendi viam praecludat. statim ergo Armeniacorum et bucellariorum, Coloniaeque ac Paphlagoniae duces mittit, qui ad Aquilonem positum latus teneant, duces autem Orientalium Obsiciique et Cappadociae cum Seleuciae et Charsiani clusurarum praefectis, qui latus Meridianum; ipse denique cum praetorianis quattuor cohortibus Thraciaeque ac Macedoniae ducibus (nam et lex erat ut Bulgaricis rebus pace compositis ipsi quoque Orientalibus bello socii accederent unaque pericula adirent) Occidentale occupat latus, secum etiam in armis Thracensium cohortem habens. ubi itaque Amer sic se undique vallatum ac ferae instar velut indagine cinctum a Romanis audivit, ad omina recurrendum putavit; accersitoque captivorum uno, ex eo interrogat loci nomen pratique et fluvii. captivus interrogatus paulum immutatis literis Ptoson-

B τίζων Πτώσοντα ἔφησεν ἀντὶ Πόσοντα, τὴν ἑαυτοῦ σημαίνειν πτῶσιν ὁ Ἄμερ διεσάφησεν, λαοῦ τε κάκωσιν παραφράζων τὸν ποταμόν, καὶ γυρισθῆναι δεινῶς αὐτοὺς παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἐκ τῆς τοῦ λιβαδίου συνεμπτώσεως, ὅπερ ἐκαλεῖτο Γῦριν. "ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀποκνητέον" φησίν, "ἀλλὰ διεγερτέον καὶ πρὸς τὸν αὔριον γενησόμενον πόλεμον ἀνδριστέον." καὶ ἅμα ὁπλίζεσθαι πάντας καὶ νεόσμηκτα δεικνύειν ὡς νεουργὰ τὰ ξίφη ἐκέλευσεν. ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἄρτι ἐξανατέλλουσα τὴν ὅπως περιγένηται τοὺς Ῥωμαίους ἀνοχὴν ἐπέφερεν, δεῖν ἔκρινε πρὸς μὲν τὸ ἀρκτῷον φυλάττοντας C τὴν ἔξοδον αὐτῷ ἐκζητεῖν, ὡς δ' ἥ τε τοῦ τόπου κακία καὶ τῶν ἐκεῖσε ταχθέντων στρατηγῶν εὐανδρία ἀπήντα τοῦτον καὶ διεκώλυεν, ἐπὶ τὸ μεσημβρινὸν ὁρμᾶσθαι ἐξεβιάζετο. ὡς δὲ κἀκεῖθεν τὴν ὁμοίαν εὕρισκεν τῶν ἐναντίων παράταξιν, ἔγνω δεῖν ὑπὸ τοῦ τόπου ἐφελκόμενος (καὶ γὰρ ἦν λεῖος καὶ εὐπρόσιτος) τῶν λοιπῶν κατ' ἐκεῖνον μᾶλλον χωρεῖν, ᾗ καὶ τὸν Πετρωνᾶν ἑώρα κατασκηνούμενον καὶ φυλάττοντα. καὶ δὴ κρότῳ καὶ βοῇ κατὰ τῶν πολεμίων ἐφαλλόμενος οὐδ' ὅλως εἴκοντας τοὺς Ῥωμαίους ἐφεύρισκεν, ἀλλ' ἰσχυροτέρους καὶ αὐτὸν ἀνδρικῶς ἀντικρούοντας καὶ μᾶλλον ἀνθισταμένους νεανικῶς· διὸ καὶ μικρὸν D συσταλεὶς καὶ εἰς ἑαυτὸν αὖθις γενόμενος ἐπιβάρει πάλιν μετὰ δυνάμεως, ἐκπόρευσίν τινα καὶ κάθοδον ἑαυτῷ πορίζόμενος. ἀλλὰ καὶ αὖθις τούτῳ οὐκ ἐνδόντες ἀλλ' ὑπαντήσαντες καὶ ἀνα-

9 μὲν] τοὺς?

tem Posontis loco dixit. Amer ruinam sibi significare exposuit; fluvium quoque exercitus contritionem paraphrasi indicare sensit, direque eos vertendos a Romanis, ex prati incursu, quod Gyris vocaretur. haud tamen animum despondendum monet, sed robur excitandum inque crastinum fortiter pugna dimicandum; simulque omnes arma assumere, ac recens tersos gladios velut recens cusos ac fabrefactos iubet ostentare. quia vero illucens iam dies indutias aliquas vincendi Romanos videbatur offerre, tentandum putavit exitum, disiecta, qua parte aquilonare latus servabant, Romanorum acie. at ubi loci difficultas ducumque illic stationem habentium strenua operâ conatum infregisset ac repressisset, ad meridianum latus impressionem facit. verum illic quoque pari adversariorum acie viam praecludente, statuit loci ipsa benignitate tractus (erat enim reliquis magis ad planitiem vergens accessuque facilior) illa potius parte irruere qua et Petronam videbat stationem habere. strepitu itaque ac clamore sublato in hostes irrumpens, ne minimum quidem cedentes, sed fortiores ipsumque strenue ex adverso comprimentes ac validiori manu resistentes, offendit. quamobrem etiam tantisper impetum cohibens, iterumque in se ipsum collectus, magna vi rursus impressionem facit, exitum aliquem inque plana descensum quaerens. ac ne tum quidem illi cedentes adversaque acie incurrentes ac retro cogentes, hinc

στρέψαντες τῷ συμπεφράχθαι, καὶ μέχρις τούτων τοῦτο ποιεῖν κατηνάγκασαν. ἐπεὶ δὲ πάντοθεν ἀναφανέντας καὶ ἄλλους ἄλλοθεν ἐκπηδῶντας τοὺς τὰ ἀρκτῷα καὶ μεσημβρινὰ μέρη κατοικοῦντας καθεώρακε, τότ' ἤδη τὴν σωτηρίαν ἀπογνοὺς καὶ τὰς φρένας ὥσπερ τινὶ κεραυνῷ βληθεὶς ἐχώρει κατὰ ξιφῶν, οὐδὲ προτέρων ἀμελῶν· ἔνθα καιρίαν πληγεὶς αὐτός τε πτῶμα γίνεται χαλεπόν, P 114
καὶ τῶν ἑαυτοῦ διασώζεται οὐδεὶς οὐδαμοῦ. ὡς δὲ τὸν τούτου υἱὸν μετά τινος φάλαγγος ἀποδρᾶναί που διήκουον, καὶ τοῦτον ὁ τοῦ Χαρσιανοῦ κλεισουράρχης καταλαβὼν οὐκ ἄποθεν χειροῦταί τε μετὰ τοῦ στρατεύματος καὶ τῷ στρατηγῷ φέρων δίδωσι Πετρωνᾷ. οὕτως μὲν οὖν ὁ Πετρωνᾶς τὰ κατὰ τοῦ Ἄμερ στήσας τρόπαια διὰ πολλῆς εἶχεν ἔκτοτε τὸν μοναχὸν αἰδοῦς καὶ τιμῆς, προφήτην ἄλλον ἀποκαλῶν. καὶ δὴ καὶ τὰ τῆς ψυχῆς τούτῳ ἀναθεὶς πρὸς τὴν βασιλεύουσαν εἰσελαύνει τοῦτον ἐπιφερόμενος, πρὸς τὸν βασιλέα καὶ τὸν Βάρδαν τὴν τοῦ ἀνδρὸς θειάζων καλῶς ἀρετήν. B
καὶ [ἀλλ'] ὁ μὲν Πετρωνᾶς τὸ τοῦ δομεστίκου οὐκέτι προσωπεῖον καθυπεκρίνετο, ἀλλ' αὐτὴν ἐλάμβανεν ἐκ βασιλέως τιμήν· καὶ ὁ μοναχὸς τὴν πρὸς θεὸν ἐκδημίαν παρ' αὐτοῦ διδαχθεὶς τὸν Πετρωνᾶν ἀνεδίδασκεν ὡς διὰ ταχέων μέλλων ἀποδημεῖν. "καὶ ποῦ με δὴ" ὁ Πετρωνᾶς "ἀπαίρων τὸ σὸν ἀρνίον, ὁ ποιμήν μου καὶ ἐραστά, βούλει καταλιπεῖν;" μετὰ κλαυθμοῦ ἐπυνθάνετο. "ἆρα τούτῳ τῷ βίῳ; ἀλλὰ δέδοικα μὴ πρὸς τὸν πρότερον ὄλισθον αὖθις παραρρυῶ καὶ γένωνταί μοι τὰ ἔσχατα τῶν προτέρων οὐ κρείτ-

5 πρότερον?

inde obseptum eum tenendo, rem postmodum tentare vetuerunt. undique igitur exstantes acies videns, atque hinc illincque, qui ad aquilonem quique ad meridiale latus positi erant, irruentes conspiciens, desperata tum salute, ac velut fulmine ictus, in medios se enses primumque obvios inserit; ubi letali accepto vulnere cum ipse tristi fato cadit, tum suos omnes, ne uno quidem cladi superstite, perdit. eius filium cum cohorte quadam fugam arripuisse ubi rumor percrebuit, Charsiani clusurarum praefectus pone assecutus cum exercitu manu capit ac Petronae imperatori tradit. sic ergo Petronas erectis de Amere tropaeis, magna deinceps veneratione ac cultu monachum prosequebatur, alium eum divinum vatem vocans. atque adeo conscientia sua illi deposita, eum adducens, urbem Augustam petit, amplissimo apud imperatorem ac Bardam viri virtutem praeconio iure merito efferens. ceterum Petronas non iam ultra domestici personam simulacro gessit, sed regio munere ipse ea dignitate augetur. monachus cum se ad deum emigraturum divinitus cognovisset, Petronam rei admonet. ad quem ille lugens "ubinam vero" inquit "tu pastor meus ac amator oviculam tuam humanis excedens vis relinquere? num in hoc saeculo? at vereor ne in priora prorsus delicta diffluam, mihique posteriora nihil meliora prioribus

τονα." "καὶ βούλει" φησὶν ὁ μοναχός "ἐμοὶ συνεπακολουθῆ- C σαι;" καὶ οὗτος "ναί, πάτερ"· ἔφη, "μεθ' ἡδονῆς." καὶ δὴ νόσῳ καὶ οὗτος βληθεὶς ἅμα τῇ οἴκαδε ὑποστροφῇ ἐδήλου τὰ συμπίπτοντα τῷ ἀββᾷ, καὶ ἀντεδηλοῦτο φάναι ὡς μετ' ἐμοῦ γενήσῃ μετὰ μικρόν, ὡς ᾐτήσω. καὶ δή τινων ἡμερῶν παρελθουσῶν ὁ μοναχός τε μετεκαλεῖτο πρὸς τὸν θεὸν καὶ οὗτος αὐθωρὸν ὡς ἐκ συνθήματος ἐπηκολούθει λαμπρῶς· καὶ τοσοῦτον ἦν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἀμφοτέρων ἡ ἐκεῖθεν ἀποδημία ὡς ἅτερος ἑτέρου, καίτοι γε μικροῦ τοῦ διαστήματος ὄντος, μὴ ἀκοῦσαι τὸν θάνατον. τοιούτῳ μὲν δὴ τέλει τοῦ βίου ὁ Πετρωνᾶς χρησάμενος λέ- D γεται, ἐτελεύτα δὲ καὶ πρὸ τούτου ὁ Μανουὴλ νόσῳ δή τινι κρατηθείς.

26. Μετέβαινε δὲ καὶ ὁ Βάρδας καὶ τὰς ἐκ βασιλέως ἤμειβε συνεχῶς τιμάς, ὥσπερ τις νέος γαῦρός τε καὶ φιλότιμος τὰς ποικίλας τῶν πρὸς τέρψιν στολάς. μετέβαινε γοῦν καὶ πρὸς τὴν Καίσαρος ἀνῄει δόξαν τε καὶ τιμήν, τοῦ Μιχαὴλ οὐ πρὸς ἕτερόν τι τῶν πολιτικῶν τοσοῦτον ἐπτοημένου ἢ θέατρα καὶ ἵππων ἁμιλλητήρια. καὶ τὸ δὴ χαλεπόν, οὐκ ἠγάπα μόνον θεατὴς εἶναι, εἴγε καὶ τοσοῦτον ἐσχόλαζεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἡνιοχεῖν ὁ τῆς τῶν Ῥωμαίων βασιλείας, θέαμα τυγχάνων καὶ παίγνιον πᾶσι δὴ καὶ P 115 κατάγελως. οὕτως ὁ Βάρδας τοῦ ἀδελφιδοῦ ἐπετρόπευεν, καὶ οὐδὲ ζῆν, ὡς ἔοικεν, ἠθέλησεν, εἰ μὴ τοῦτον μεταπείσει τὸ ἀνδράποδον. πλὴν διῴκει τέως αὐτὸς τὰ πολιτικά, καὶ τῆς βασι-

fiant." "num vero," inquit monachus, "tibi animo sedet, ut me sequaris?" "ita, pater," inquit, "lubentissime sequar." morbo itaque et ipse correptus, statim ac domum rediisset, ea narrat quae abbati evenerant; vicissimque refert dixisse monachum "ipsum quoque," uti petierat, "brevi morientem eum secuturum." ac sane paucis elapsis diebus, cum monachus ad deum evocatur, tum statim Petronas velut ex condicto magnifice sequitur, ita nimirum ut quamvis brevi sic intervallo dissiti erant, ambobus simul emigrantibus, alter alterius mortis nuntium audire nequiverit. moritur vero et illo prior Manuel, morbo quodam detentus.

26. Sed et Bardas nullo fixus munere alias ex aliis continue dignitates profusa principis largitate mutabat, haud secus ac iuvenis quidam ac ambitiosus vario ad luxuriam cultu mutat vestes. mutata itaque functione ad Caesaris dignitatem gloriamque ascendit, cum Michael nulla alia rei publicae cura teneretur quam ut theatris ludisque Circensibus vacaret. quodque adeo gravius, non solum illis lubens spectaculis intererat tantamque operam navabat, sed et ipse Romani arcem imperii tenens equos agebat, cunctisque se ridiculum ac spernendum praebebat. ita Bardas Nepotis curatorem agebat; cui nec vita, ut par est, in votis esse debuisset, nisi a servili vitae hoc instituto illum avocaret. interim tamen negotia publica administrabat, ac sibi ipse imperium animo desti-

λείας κατεστοχάζετο ὡς αὐτὴν εὐκαίρως περιληψόμενος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς τὸ μέλλον ἐταμιεύετο· τότε δὲ τῆς ἔξω σοφίας ἐπιμεληθεὶς (καὶ γὰρ ἦν τῷ τοσούτῳ χρόνῳ παραρρυεῖσα καὶ πρὸς τὸ μηδὲν ὅλως κεχωρηκυῖα τῇ τῶν κρατησάντων ἀγροικίᾳ καὶ ἀμαθίᾳ) καὶ διατριβὰς τῶν μαθηματικῶν κατὰ Μαγναύραν ποιήσας αὖθις ἀκμάζειν καὶ ἀνηβᾶν ταύτην ἐσπούδαζέ τε καὶ πεφιλοτίμητο. B καὶ τοῦτο τῶν ἔργων αὐτοῦ κάλλιστόν τε καὶ περιβόητον ὂν οὐκ ἴσχυσέ πως τὰς ἐνούσας ἄλλως κῆρας αὐτῷ ἀπονίψασθαι. ἦρχε δὲ καὶ τῆς τοιαύτης σχολῆς τὴν μὲν φιλοσοφίαν ἐξηγούμενος Λέων ἐκεῖνος ὁ μέγας τε καὶ φιλόσοφος, ὃς κατὰ συγγένειαν μὲν τοῦ ἐξαδέλφου τῷ πατριάρχῃ Ἰαννῇ ᾠκείωτο, τὸν θρόνον δὲ τῆς Θεσσαλονίκης κατέχων, ἐπειδὴ νῦν ἐκ καθαιρέσεως ἐσχόλαζεν, εἰς ταύτην προεβιβάζετο τὴν σχολήν, τὴν ἀμαθίαν πόρρω ποι ἀπελαύνων καὶ ἀποτρεπόμενος.

27. Ἄξιον δὲ μηδ' ὅπως εἰς γνῶσιν ἦλθεν ὁ τηλικοῦτος C ἀνὴρ τῷ τότε κρατοῦντι παραδραμεῖν. Θεόφιλος δὲ ἦν, ὁ τοῦ Μιχαὴλ σπορεὺς καὶ πατήρ. οὗτος οὖν ἐπεὶ τὴν τῶν μαθημάτων εἰς ἄκρον ἐπιστήμην ἐξήσκησεν, τοσοῦτον χωρήσας διὰ πασῶν, τῆς φιλοσοφίας καὶ τῶν αὐτῆς ἀδελφῶν, ἀριθμητικῆς τέ φημι καὶ γεωμετρίας καὶ ἀστρονομίας, ἀλλὰ καὶ τῆς πολυθρυλήτου μουσικῆς, καὶ εἰς ἄκρον αὐτῶν ἐλάσας ὡς οὐδεμιᾶς ἕτερος σπουδῇ τε πολλῇ καὶ βίῳ ἀπράγμονι καὶ μεγέθει φύσεως, εὐτελεῖ D τινὶ καταλύματι χρώμενος καὶ καταγωγίῳ τοὺς εἰς αὐτὸν φοιτῶν-

nabat, cuius quandoque sibi ipse compos fore videretur. ceterum haec quidem in futurum illi reposita: interim vero saecularis ac profanae sapientiae cura suscepta, cum iam plura lustra humaniores literae imperatorum barbarie ac inscitia obsolevissent ac prope exstinctae essent, mathematicarum disciplinarum scholis ad Magnauram constitutis, magnifice rursus florere ac velut repubescere eam fecit. nec tamen hoc Bardae facinus, quanquam summam praeferret honestatem gloriaque celeberrimum esset, eius noxas reliquas eluere valuit. praeerat huic scholae ac doctor philosophiae erat magnus ille ac philosophus Leo, sanguinis quidem prosapia Iannis patriarchae patruelis, gradu vero Thessalonicensis quondam episcopus. tunc autem cessare iussus atque amotus, quod iconomachorum haeresis cultor erat, huic negotio praepositus opera sua ac industria inscitiam procul abigebat atque fugabat.

27. Operae pretium autem videatur, ut et noverimus qua ratione vir tantus in eius qui tum rerum potiebatur notitiam venerit. erat is Theophilus Michaelis pater. hic ergo cum disciplinarum omnem scientiam perfecte excoluisset, sicque omnium disciplinarum, philosophiae eiusque germanarum (arithmeticae scilicet et geometriae, nec non astronomiae, quin et celebratissimae musicae) perfectionem nactus esset, tantumque in illis omnibus unus ipse profecisset quantum ne in una quidem quispiam alius, diligenti in eam opera, solitudinis tranquillo,

τας ἐπαίδευεν, ἐκδιδάσκων ἥντινα ἐπιστήμην καὶ βούλοιντο. ὡς δ' ἤδη χρόνος παρίππασεν καὶ τῶν μαθητῶν οὐκ ὀλίγοι κατὰ τὰς ἐπιστήμας προέκοπτον, συνέβη τινὰ νεανίαν τῶν ἑαυτοῦ φοιτητῶν, τῆς γεωμετρικῆς ἐπιστήμης ἄρτι τὸ πέρας κατειληφότα, ὑπογραφέα γενέσθαι τινὸς στρατηγίδα τάξιν διέποντος, καὶ προκοπῆς ἕνεκεν τοῦ βίου ἀγαπῆσαι τούτῳ ἀκολουθεῖν. ὡς δὲ κατὰ τὸν πόλεμον ἅμα τούτῳ ἐγένετο, ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν, οὐκ οἶδ' ὅπως, ζωγρεῖται καὶ τῶν ἐπιφανῶν τινὶ εἰς δουλείαν διὰ τὸ νέον τῆς P 116 ἡλικίας δίδοται. Μαμοῦν ἐκεῖνος οὕτω καλούμενος τηνικαῦτα μὲν τῶν Ἰσμαηλιτῶν ἐτέλει ἀμεραμνουνῆς, ἄλλοις τε μαθήμασι σχολάζων Ἑλληνικοῖς καὶ δὴ καὶ γεωμετρίας ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οὐκ ἀμελῶν. λόγου δέ ποτε παρὰ τοῦ τὸν νεανίαν ἔχοντος δεσπότου κινηθέντος περὶ τῆς σπουδῆς ἀμεραμνουνῆ καὶ τῆς τῶν μαθημάτων ἐπιμελείας, ὡς δὴ καὶ περὶ τῆς γεωμετρίας ἔλεγεν, ἀκοῦσαι τούτου εἶπεν ὁ νεανίας ἐπιθυμεῖν καὶ τῶν αὐτοῦ διδασκάλων, ὡς καὶ αὐτοῦ τινὰ ἔχοντος ἐπιστήμην γεωμετρικήν. ὡς οὖν ἀνέμαθεν ὁ ἀμεραμνουνῆς, μετὰ περιχαρείας εἰσκαλεῖται πολλῆς, καὶ τὸν αἰχμάλωτον ἐπυνθάνετο εἰ γνῶσιν τῆς τοιαύτης B κέκτηται ἐπιστήμης. καὶ ἐπεὶ τὴν συγκατάθεσιν ἐποιήσατο, ἔτι μὲν ἀπιστίαν πρὸς τοὺς ἐκείνου λόγους ὁ βάρβαρος κεκτημένος οὐκ ἔλεγεν ἑτέρους εἶναι ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τῶν ἐκείνου διδασκάλων ἐκτός. ὡς δ' ὁ νεανίας ἔλεγεν τούτων διακοῦσαι ἐπιθυμεῖν καὶ

5 στρατηγίδος P 13 σπουδῆς τοῦ ἀμ.? 21 ἀπὸ τῶν οὐρανῶν P

ingenii dexteritate, in vili quodam tuguriolo discipulos erudiebat; et, quam quisque mallet scientiam docebat. cum autem longum iam tempus transisset multique eo doctore non paenitendos progressus fecissent, contigit ut eius discipulorum iuvenis quidam, summam per eum nactus geometriae peritiam, uni ducum a secretis, rei per eum familiaris compendium facturus, ad bellum proficiscenti se ultro comitem daret; dumque illic versatur, nescio quo casu in Agarenorum potestatem veniret, ac quod viridi florentique iuventa erat, illustrium uni servus dederetur. Mamum nomine tunc Ismaelitarum ameramnunes cum Graecanicis aliis disciplinis operam dabat, tum praecipue geometriae deditus erat. accidit autem ut eius, de quo diximus, iuvenis herus de ameramnunis in disciplinis diligentia sermonem domi haberet; cumque et geometriae meminisset, "eum" ait iuvenis "eiusque lubens magistros, quippe ipse geometriae non omnino rudis, audirem." id vero ut audivit ameramnunes, ingenti gaudio ad se adolescentem accersit, quaeritque ex illo "num eiusmodi scientiae cognitione aliqua praeditus sit." ait ille; necdum tamen barbarus ut dictis fidem accommodet in animum inducit, neminem geometriae gnarum arbitratus praeter magistros suos, qui in aula agerent. dicente illo "libenter se auditurum eorumque doctrinam explora-

τῆς αὐτῶν διδασκαλίας, εὐθὺς οὗτοι παραστάντες ἀπήρχοντο ταύτης, καὶ διεχάραττον τὰ τρίγωνά τε καὶ τετράγωνα σχήματα, καὶ τοὺς Εὐκλείδου κανόνας προσέφερον, καὶ τὸ μὲν ὅτι ἐδίδασκον ἀνδρικῶς καὶ ἐπιστημονικῶς, τοῦτο λέγοντες τοιαύτην ἔχοι τὴν κλῆσιν καὶ τοιαύτην τὸ ἕτερον, αἰτίαν δὲ καὶ λόγον, καὶ διότι οὕτως τε ἔστιν καὶ κλῆσιν ἔχοι, κατάλληλον ἀπεδίδοσαν οὐδαμῶς, ἀμάθειαν καὶ ἄγνοιαν, ἀλλ᾽ οὐ στενότητα γλώττης πως ἔχοντες. C
ὡς οὖν τούτους γαυρουμένους ἑώρα καὶ μέγα φρονοῦντας ἐπὶ τῇ τῶν σχημάτων ὁ νεανίας καταγραφῇ, "τί" φησίν "ὦ οὗτοι, ἐπὶ παντὸς λόγου καὶ πράγματος τῆς αἰτίας τὸ κράτος ἐχούσης καὶ τοῦ διότι, ὑμεῖς τὴν ὕπαρξιν μόνον λέγοντες τοὺς τούτων παρατρέχετε λόγους ὡς οὐκ ἀναγκαίους, καὶ εἰς ταὐτὸν τὸν διδασκόμενον ἄγετε ὅπου καὶ τὸν μηδὲν παιδευόμενον μηδέ τι περὶ τούτων διαγινώσκοντα;" τῶν δὲ διαπορησάντων καὶ τὰς αἰτίας τούτων διευκρινεῖν καὶ διδάσκειν παρακελευομένων, ἐπεὶ διερμηνεύοντα καὶ σαφῶς λέγοντα ταύτας διήκουον, ὡς τοῦτο μὲν διὰ τόδε καὶ τοῦτο διὰ τόδε τὴν εἰρημένην ἔχει κλῆσίν τε καὶ γραφήν, D
καὶ ἅμα αὐτῶν ὁ νοῦς διηνοίγετο καὶ τῶν λεγομένων συνίεσαν, θάμβει λοιπὸν συσχεθέντες ἠρώτων ὁπόσους τὸ Βυζάντιον τοιούτους τρέφει ἄνδρας ἐπιστήμονας. ὡς δὲ πολλοὺς οὗτος ἔλεγεν καὶ ἑαυτὸν τῷ τῶν μαθητιώντων χορῷ ἀλλ᾽ οὐ τῶν διδασκόντων κατέλεγεν, περὶ τοῦ διδασκάλου τοῦτον αὖθις ἐπανηρώτων, οὐ ζῶσιν ἔτι ἠρίθμηται καὶ ὑπεράνω πέφυκε γῆς. ὁ δὲ "ἔστι τε",

4 ἔχει? 11 τοῦ] τὸ P 22 οὐ] εἰ?

turum," illi statim adstantes geometrica auspicantur, figurasque triangulas et quadrangulas describunt, atque Euclidis canones afferunt; factumque, ac sic se rem habere, strenue ac erudite docent, sic nimirum istud vocari, hoc illius esse nomen: causam vero et rationem adscripti nominis, ac cur se res ita habeat, nullam illius momenti afferentes, meram suam inscitiam ac ignorantiam, sola linguae angustia pro eius verbositate non pressi, prodebant. tum iuvenis elato animo ventosos ob eam figurarum descriptionem videns, "cum in omni doctrina" inquit "ac negotio rei causa eiusque assignata ratio primas teneat, cur vos, res solummodo esse dicendo, quasi nullius frugis rationes omittitis, inque eandem classem eum qui doctus sit et eruditus, ac qui earum rerum ignarus, redigitis?" haesitantibus illis, et ut ipse causas distincte ederet atque doceret rogantibus, ubi exponentem ac perspicue dicentem audiere, "istud nimirum in causa esse cur hoc istud sortitum sit nomen, hocque illud, hancque adeo delineationem;" eoque loquente eorum animus aperiebatur, sermonemque intellexerunt; porro hominem admirari ac cum stupore percontari, "quotos Byzantium viros eius generis sicque eruditos aleret?" respondente illo "longe plurimos, ac se ex discipulorum, non ex magistrorum numero esse," rursus de doctore quaerunt,

ἔφησεν "ὑπὲρ γῆς," καὶ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν ἐξεθείασεν, ἀκτήμονα βίον διάγειν λέγων αὐτὸν καὶ τοῖς πολλοῖς ἄγνωστον, ἐπὶ σοφίᾳ P 117 διαλάμποντα. γράμματα γοῦν εὐθὺς ὁ Μαμοῦν πρὸς ἐκεῖνον διαχαράττει, τόνδε τὸν νοῦν περιέχοντα, "ὡς ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον ἐπέγνωμεν, ἐκ τοῦ μαθητοῦ τὸν διδάσκαλον. ἐπεὶ γοῦν τόσος ὢν περὶ τὴν ἐπιστήμην τῶν ὄντων δι' ἀρετὴν καὶ γνώσεως βάθος ἄγνωστος εἶ τοῖς σοῖς συμπολίταις καὶ τῆς σοφίας καὶ γνώσεως οὔπω τοὺς καρποὺς ἀπείληφας, ὅτι μηδὲ τιμῆς ἠξίωσαι παρ' αὐτῶν, μὴ ἀπαξιώσῃς ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς καὶ τῆς σῆς διδασκαλίας μεταδοῦναι ἡμῖν. εἰ γὰρ οὕτω τοῦτο γένηται, τοὺς αὐχένας σοι κλινεῖ γένος ἅπαν τὸ τῶν Σαρακηνῶν, καὶ πλούτου καὶ δωρεῶν ἀξιωθήσῃ, ὧν οὐδεὶς πώποτε ἀνθρώπων ἠξίωται." ἐπιδοὺς οὖν B τὰ γράμματα τῷ νεανίᾳ, καὶ δώροις αὐτὸν φιλοφρονησάμενος, τὸν διδάσκαλον καταλαμβάνειν ἐκέλευσεν, καὶ τιμὰς εὐθὺς ὑπισχνεῖτο καὶ δωρεὰς καὶ αὖθις, εἰ βούλοιτο, τὴν εἰς οἶκον ἐπάνοδον, μόνον εἰ τοῦτον πείσειε τὴν τῶν Ῥωμαίων καταλιπεῖν γῆν. ὡς τὴν βασιλεύουσαν ἔφθασε καὶ τοῦ διδασκάλου πρὸς πρόσωπον ἕστηκεν, ἡ τούτου θέα ἀναφλέξασά τε καὶ οἷον θερμαίνουσα ὀλοφύρεσθαι κατηνάγκαζε, καὶ δάκρυσιν οὐ παρειὰς μόνον ἀλλὰ καὶ τράχηλον καὶ στέρνα διάβροχα ἐμποιεῖν. καὶ τὸ πρῶτον ἀφασία τῶν δρωμένων τὸν διδάσκαλον κατελάμβανεν, τίς τε εἴη οὐκ εἰδώς, C καὶ ὅτου ταῦτα ἕνεκεν διαπράττοιτο· ἥ τε γὰρ τούτου μορφὴ ἀλ-

17 τὴν] γῆν P

"num adhuc vivat ac superstes sit." respondet vero "omnino superstitem esse," virique magnifice virtutem laudat, dicens inopem vitam agere, ac vulgo ignotum sapientia clarere. statim ergo Mamum ad hunc literas in hanc sententiam scribit. "ex fructu arborem, ex discipulo magistrum agnovimus. ergo tu, qui tanta rerum praeditus scientia ob virtutem ac scientiae altitudinem civibus tuis ignotus es, necdumque sapientiae ac scientiae fructus percepisti (quippe nullum ab eis honorem consecutus), ne dedigneris venire ad nos, tua nos doctrina impartiturus. hoc si feceris, tibi cervicem gens omnis Saracenorum inclinans tanta munerum ac divitiarum vi cumulabit, quanta nemini unquam hominum obtigit." his ergo literis adolescenti traditis, eoque liberaliter donato, ad magistrum iubet proficisci; rursusque honores ac munera pollicetur; ac si velit, etiam facultatem facturum redeundi in patriam, si modo Leoni, ut ad eos transeat Romano relicto orbe, suaserit. ubi itaque in urbem regiam venit, ac coram magistro adstitit, eius incensus aspectu, velutque calore exaestuans, in gemitus cogitur, nec solum genas sed et collum et renes rigat lacrimis. ac primum quidem rerum incertus magister haerere, cum nec quis ille esset exploratum haberet, nec sciret cuius gratia haec agerentur. adolescentis enim longiore mora

λοιωθεῖσα τῷ χρόνῳ καὶ τῇ τῆς αἰχμαλωσίας κακουχίᾳ ἀλλοῖον τὸν νεανίαν ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνον εἶναι τὸν γνωριζόμενον ἀνεδίδασκεν. ὡς δὲ τὴν τούτου γνῶσιν κατὰ μικρὸν ἐδίδου, ὄνομα καὶ μαθήματα ἐπειπών, καὶ προσετίθει τὰ τῆς αἰχμαλωσίας καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἀπολυτρώσεώς τε καὶ ἀφίξεως, καὶ ἅμα εἰς χεῖρας ἐδίδου δὴ τὴν γραφήν, τότε δὴ κοινῇ τὴν τραγῳδίαν ἐπλήρουν καὶ θρηνῳδίαν. πλὴν οὐκ ἀκίνδυνον εἶναι λογισάμενος τὴν ἐκ τῶν ἐχθρῶν γραφήν, εἴ γέ ποτε κατάφωρος γένοιτο, τῷ λογοθέτῃ πρόσεισι (Θεόκτιστος οὗτος ἦν ὁ παρανάλωμα τῷ Βάρδᾳ γενόμενος) καὶ διηγεῖτο τὰ τοῦ αἰχμαλώτου πάντα καὶ μαθητοῦ, καὶ ἅμα δίδωσιν τὴν τοῦ ἀμεραμνουνῆ γραφήν. αὕτη ἡ αἰτία τῆς τοῦδε τοῦ D
ἀνδρὸς πρὸς τὸν βασιλέα γνώσεώς τε καὶ οἰκείωσις. οὗτος ὁ μαθητὴς καὶ τοῦτο τὸ γράμμα τήν τε τοῦ Λέοντος σοφίαν ἐν ὑπαίθρῳ γενέσθαι ἐν γωνίᾳ τέως οὖσαν ἐποίησεν καὶ τῆς εὐτελείας ἐκείνης καὶ πενίας ἔξω παρήγαγεν. τό τε γὰρ γράμμα ἐμφανίζει τῷ Θεοφίλῳ ὁ λογοθέτης, καὶ προσκαλεῖται τοῦτον αὐτός, καὶ πλουτίζεται καὶ ἐν τῷ τῶν ἁγίων μ' ναῷ διδάσκειν δημοσίᾳ παρὰ τοῦ βασιλέως ἐπείγεται. οὐ πολὺς γοῦν χρόνος, καὶ ἐπεὶ διέγνω ὁ Μαμοῦν μὴ βούλεσθαι τὸν φιλόσοφον τῆς οἰκείας τὴν ἀλλοτρίαν ἀλλάξασθαι, διὰ γραφῆς ἐκτίθησιν ἀπορίας γεωμετρικῶν τε καὶ ἀστρολογικῶν ζητημάτων καί τινων ἑτέρων δυσδιαγνώστων κεφα- P 118
λαίων, καὶ τὴν λύσιν τούτων κομίσασθαι ἀξιοῖ. ὡς δ' οὖν ἕκαστον προσηκόντως ἡρμήνευσεν ὁ Λέων καὶ τὰς τούτων λύσεις ἐξέθετο, προσεφήρμοσέ τε τούτοις καί τινα προγνώσεως ἐκπλήξεως

24 τινας προγνώσεις?

immutata species, malisque captivitatis detrita, alium existimari praebebat quam qui notus erat. at ubi paulatim sui notitiam fecit, nomenque ac disciplinas edidit, et captivitatem adiecit, causamque redemptionis ac cur venerit, simulque literas in manus dedit, tunc sane communi ambo luctu planctuque soluti sunt. cum tamen Leo haud sibi tutum intelligeret, si quando ab hoste clanculum literas accepisse deprehenderetur, ad logothetam accedit (Theoctistus is erat, cui Bardas necem conscivit) ac captivi verba omnia et discipuli exponit, simulque ameramnunis literas tradit. sicque virum imperatori innotescere contigit, inque illius necessariorum numerum cooptari. hic discipulus ac epistola, quae hactenus in angulo delituerat, Leonis sapientiam in apertum produxit, adiectaque illa eum per egestatem vitae sorte exemit. logotheta namque Theophilo literas ostendit; quem ille accersitum ditat, publiceque doctorem in sanctorum quadraginta martyrum sacra aede praeficit. ubi non multis exactis diebus, intelligens Mamum haud ex animo Leoni esse ut natali solo relicto se ad eum conferret, geometricas quasdam ac astronomicas aliarumque scientiarum difficiles quaestiones solertia mentis solvendas ac exponendas mittit. Leo ubi rite singulas interpretatus esset ac uniuscuiusque solutionem edidisset, quaedam etiam admirationis

ἕνεκα, τότε δὴ μεγάλως ἐπὶ χεῖρας λαβόντα αὐτὰ τὸν ἀμεραμνουνῆ
τρωθῆναι δὴ τῷ τούτου πόθῳ, καὶ μέγα ἀνακραγεῖν, τὸν ἄνδρα
τῆς φιλοσοφίας καὶ τῶν μαθημάτων ὑπεραγάμενος. ὅθεν εὐθὺς
οὐ πρὸς ἐκεῖνον πρὸς δὲ τὸν Θεόφιλον ἐπιστολὴν πέμπει, τὸν νοῦν
τοῦτον ἐμπεριέχουσαν, ὡς ἐβουλόμην μὲν αὐτὸς ἀφικέσθαι σοι,
ἔργον φίλου τε καὶ μαθητοῦ ἐκπληρῶν· ἐπεὶ δὲ ἥ τε προσανα-
B κειμένη μοι ἀρχὴ ἐκ θεοῦ καὶ ὁ πολὺς ὑπὸ τὴν χεῖρά μου τελῶν
καὶ ἐξουσίαν λαὸς τοῦτο οὐ συγχωρεῖ, ἀξιῶ τὸν ὃν ἔχεις ἐπὶ φιλο-
σοφίᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις ἐπιστήμαις περιβόητον ἄνδρα βραχύν τινα
χρόνον ἐπαποστεῖλαι, καὶ συγγενέσθαι μοι τοῦτον πεῖσαι, τρόπῳ
διδασκαλίας τῆς αὐτοῦ ἐπιστήμης μεταδιδόντα καὶ ἀρετῆς τῷ οὕ-
τως ἔχοντι ἐμοὶ πρὸς ἐκείνας ἐρωτικῶς. πάντως δὲ οὐκ ἀναβολή
τις γενήσεται ὅτι τε τῶν οὐχ ὁμογλώσσων ἐγὼ καὶ ὅτι τῆς πίστεως
ἀλλότριος· ἀλλ' ὅτι μᾶλλον τοιοῦτος ὁ ἀξιῶν, πέρας ἡ αἴτησις
λήψεται παρὰ φίλοις ἐπιεικέσι τε καὶ χρηστοῖς. χάρις δέ σοι κα-
C ταβληθήσεται ὑπὲρ τούτου χρυσίου μὲν εἴκοσι κεντηνάρια, εἰρήνη
δὲ καὶ σπονδαὶ ἀΐδιοί τε καὶ ἀτελεύτητοι. τοσούτοις μὲν ἐκεῖνος
τὴν αὐτοῦ ἐξωνεῖτο παρουσίαν καὶ ἄφιξιν· ἀλλ' ὁ Θεόφιλος ἀντα-
ποκρίνας καὶ ἄλογον τὸ οἰκεῖον δοῦναι ἑτέροις καλὸν καὶ τὴν τῶν
ὄντων γνῶσιν ἔκδοτον ποιῆσαι τοῖς ἔθνεσι, δι' ἧς τὸ τῶν Ῥω-
μαίων γένος θαυμάζεταί τε καὶ τιμᾶται παρὰ πᾶσιν, ἐκείνῳ μὲν
οὐκ ἐπένευσε, τοῦτον δὲ διὰ τιμῆς πλείονος σχὼν τὸν Ἰωάννην τοῦ

16 ἑκατὸν margo Combef. 19 τῶν om P

causa futura praedicendi signa adiecit. tunc ameramnunes acceptis in manus literis maiorem in modum viri desiderio animo affici altumque vocem tollere, eius philosophiae ac disciplinarum defixus admiratione. mox ergo non ad Leonem sed ad ipsum imperatorem literas scribit, hunc fere continentes sensum. "statueram, quod est amici discipulique officium, ipse ad te venire: sed cum creditum mihi a deo imperium tantaque haec subiectae plebis multitudo id non permittant, rogo ut quem virum philosophia aliisque disciplinis longe celebrem habes, ad breve tempus mittas ac mecum versari iubeas, ut me sua ille doctrina ac virtute, quarum tanto amore flagro, impertiat. neque ob religionis gentisque diversitatem praestare rem differas: sed magis quod talis est qui rogat, finem facile vota habebunt inter probos ac mites amicos. pro hoc autem munere auri centenaria viginti reddemus, pacemque ac foedus perenne componemus." tantis ille redimendam viri praesentiam putavit, et quod is illi utendum praeberet. at Theophilus dato responso, nec consentaneum ratus bonum proprium aliis tradere, rerumque scientiam gentibus prodere, cuius causa Romanum genus ubique gentium admirationem habet honorique ducitur, eius minime votis annuit: Leonem vero maiori porro in honore lubens, Ioanni patriarchalem tum sedem

πατριαρχικοῦ τότε θρόνου ἀντιποιούμενον κατὰ τὴν Θεσσαλονικέων μητρόπολιν, καὶ ὡς πλήρη σοφίας ὄντα καὶ ὡς οἰκειούμενον τούτῳ κατὰ συγγένειαν, χειροτονεῖν ἐγκελεύεται. (28) ὃς ἐπεὶ D μετὰ τὴν χειροτονίαν κατὰ τὴν Θεσσαλονίκην ἐγένετο, εἶχε μὲν ἅπαντας τὴν αὐτοῦ εὐλαβουμένους τε καὶ τιμῶντας ἀρετήν, εἶχε δὲ μᾶλλον τιμῶντας τοῦτον λαμπρότερον ἔκ τινος αἰτίας ἣν ὁ λόγος δηλοῖ. περὶ τὰς τῶν καρπῶν γονὰς στεῖρά πως τοσοῦτον ὡρᾶτο ἡ γῆ καὶ ἄτεκνος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ὡς καὶ θάνατον κατεπείγεσθαι. οὓς ἰδὼν τῷ τῆς συμπαθείας οἴκτῳ βληθεὶς μήτ' ἀθυμεῖν παρῄνει μήτε μὴν συμφοραῖς ἐπαπόλλυσθαι, εἴγε δὴ βούλοιντο τῆς τοῦ θεοῦ ἐπικουρίας καὶ αὐτοῦ γε τυχεῖν. περί τινα γοῦν καιρόν, ὃν ἐκ τῆς ἀστρολογικῆς ἐδιδάσκετο ἀστέρων τινῶν ἐπιτολαῖς τε καὶ φάσεσιν ἀπόρροιάν τινα καὶ συμπάθειαν τοῖς περιγείοις P 119 προσγίνεσθαι, τὰ σπέρματα τῇ γῇ κατεβάλλετο καὶ ὑπὸ κόλπους ταύτης ἐδίδου, ὧν τοσαύτην γενέσθαι συνέβη εὐφορίαν τε καὶ εὐκαρπίαν, ἐπεὶ τὸ ἔαρ ἀνέτελλεν καὶ ὁ τοῦ θέρους ἐφεστήκει καιρός, ὡς πολλοὺς ἐπαρκέσαι χρόνους αὐτοῖς καὶ εἰς τὸ ἑξῆς, πάντως οὕτω τοῦ θεοῦ τὸν ἄμητον πολύχουν ἐνεγκαμένου ταῖς τῶν ἀναγκαζομένων λιτανείαις ἐπιδόντος καὶ ἱκετείαις, ἀλλ' οὐ τῇ ἐκείνου περὶ τὰ τοιαῦτα ματαιοπονίᾳ. τοῦτο γοῦν τὴν ἐπὶ πλέον τῶν Θεσσαλονικέων ηὔξησε πρὸς τὸν ἄνδρα στοργὴν καὶ τὸ φίλτρον αὐτῶν διήγειρεν, ὡς εἰκός. (29) θαυμαζόντων δὲ πολλῶν B

administranti iubet ut eum Thessalonicensem metropolitam ordinet, virum scilicet sapientia ornatum, et qui sanguinis necessitudine ipsum contingeret. (28) ubi sacerdotio initiatus Leo Thessalonicam venit, omnium in se civium animos, ipsum pro virtute venerantium ac colentium, convertit. accidit vero etiam aliquid quod eam eius venerationem ac cultum magnificentius auxit. eo tempore tanta fuit terrae sterilitas omniumque frugum penuria, ut et mors iam immineret. visa autem Leo civium tanta miseria, miserantis animi affectu saucius, hortatur maestitiam ponere nec calamitatibus immori, si modo divinam opem consequi velint atque eius quoque auxilio iuvari. ad certum itaque tempus, quo ex astrologia didicerat ab stellarum quarundam exortu conspectuque benigniores quasdam e caelo influentias in haec inferiora demitti, sementem facere iubet inque terrae sinum iacere; quo facto tanta fertilitas frugumque ubertas appetente vere messisque tempore contigit ut in multos deinceps annos collecta annona suffecerit, ita plane deo uberem illam messem conferente, cum se facilem miserorum supplicationibus ac votis praebuisset, non quasi inanis illa astrologi observatio, tantae illius benignitatis causa exstiterit. ea tamen res Thessalonicensium erga Leonem amoris vim ac flammam, uti par est, maiorem in modum excitavit auxitque. (29) porro plerisque eius sapientiam mi-

περὶ τῆς αὐτοῦ σοφίας, καὶ ὅπως εἰς ἄκρον ἔφθασε πασῶν τῶν ἐπιστημῶν, λέγεται πρός τινα τῶν ἑαυτοῦ συνήθων φάναι "ὡς τὴν μὲν γραμματικὴν καὶ ποιητικὴν κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν διατρίβων κατώρθωσεν, ῥητορικὴν δὲ καὶ φιλοσοφίαν καὶ ἀριθμῶν ἀναλήψεις κατὰ τὴν νῆσον Ἄνδρον γενόμενος· ἐκεῖσε γάρ τινι σοφῷ ἀνδρὶ ἐντυχὼν καὶ τὰς ἀρχὰς μόνον καί τινας λόγους παρ' αὐτοῦ λαβών, ἐπεὶ μὴ ὅσον ἐβούλετο εὕρισκεν, τῇ χέρσῳ ταύτης περινοστῶν καὶ μοναστήρια καταλαμβάνων καὶ τὰς ἀποκειμένας C βίβλους ἀνερευνῶν τε καὶ πορίζόμενος, καὶ πρὸς τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων σπουδαιότερον ταύτας ἐμμελετῶν, πρὸς τὸ τῆς γνώσεως οὕτως ὕψος ἀνεβιβάζετο, ὅτε δὴ καὶ κόρον σχὼν τῶν μαθημάτων πρὸς τὴν βασιλεύουσαν αὖθις ὑπέστρεψεν, τὰ σπέρματα τῶν ἐπιστημῶν ταῖς τῶν βουλομένων διανοίαις καταβαλλόμενος." ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρότερον· καὶ νῦν δὲ ἐπεὶ μετὰ τρεῖς χρόνους (τοσοῦτος δὲ ὁ τῆς τοῦ θρόνου ἀντιλήψεως χρόνος) ἐκ τῆς καθαιρέσεως αὖθις ἐσχόλαζεν, τῆς κατὰ τὴν Μαγναύραν μὲν οὗτος ἦρχε φιλοσόφου σχολῆς, ὁ δὲ δὴ τούτου φοιτητὴς Θεόδωρος τοῦ τῆς γεωμετρίας διαιτητηρίου προΐστατο, καὶ Θεοδήγιος τοῦ τῆς D ἀστρονομίας, καὶ Κομητᾶς τῆς τὰς φωνὰς ἐξελληνιζούσης γραμματικῆς· οἷς ὁ Βάρδας καὶ δαψιλῶς ἐπαρκῶν καὶ ἐκ φιλομαθίας πολλάκις ἐπιφοιτῶν καὶ τῶν διδασκομένων τὰς φύσεις ἐπιρρωννύς, ἐντὸς τοῦ καθήκοντος χρόνου ὥσπερ πτερὰ τοῖς λόγοις διδοὺς πτεροφυεῖν ἐποίει καὶ προβαίνειν εἰς τοὔμπροσθεν.

rantibus, ac qua ille ratione ad omnium scientiarum apicem evaserit rogantibus, dixisse ferunt ad quendam sibi familiarem "grammaticam quidem ac poesin Cpoli morantem se didicisse, rhetoricam vero et philosophiam nec non arithmeticam in Andro insula versantem. illic enim cum docto quodam viro consuetudinem habuisse, ab eoque principiis duntaxat ac praeceptis quibusdam rationibusque imbutum, nec quantam desideraverat nactum eruditionis vim, vicinam continentem pervagando monasteriaque adeundo, atque in illis exstantes libros scrutando sibique comparando atque in montium iugis acri diligentia evolvendo et in eis meditando, ad tantae doctrinae fastigium evasisse. tumque abunde disciplinis expletum in urbem regiam rursus venisse, eorumque animis qui ipsius uti opera vellent scientiarum semina inspersisse." verum haec prius: modo autem, post tres annos (tot enim fluxerant ab arrepto sacerdotio) iterum cessare iussus ac gradu motus philosophiae scholam ad Magnauram regendam susceperat: Theodorus vero eius discipulus geometriae ludo praesidebat, Theodegius astronomiae, Cometas linguae Graecae grammaticae. iis Bardas dum large sumptus suppeditat, ac quo scientiarum desiderio accensus videbatur, saepe ipse quoque scholas frequentans discipulorumque animos confirmans, intra iusti temporis moras velut alas doctrinis addidit, eisque plumescendi (ut sic dicam) ac profectus maximi compendium fecit.

30. *Καὶ τοῖς τοῦ ἱπποδρόμου δὲ συνεχῶς ὁ Βάρδας ἑαυτὸν ἐδίδου κριτηρίοις, καὶ ἐραστὴς νομίζεσθαι ταύτης τῆς γνώμης φιλοτιμούμενος. ἔτυχε δ' ἂν παρὰ πολλοῖς, τοῦ χρόνου τὰ γεγονότα καλύψαντος· ἀλλὰ πάλιν τὰ τῆς ἐκκλησίας κυκήσας τε καὶ* P 120 *ἀναταράξας, καὶ ἀντὶ γαλήνης φιλονεικίας αὐτῇ καὶ κακώσεων [καὶ] ὀλεθρίων αἴτιος γεγονώς, εἰκότως οὐ τὴν κρείττω δόξαν ἀλλὰ τὴν ἐναντίαν ἠνέγκατο. ἄρτι γὰρ τὸν βίον Μεθοδίου μετηλλαχότος, τέσσαρας μόνους χρόνους τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον κεκρατηκότος, Ἰγνάτιον μοναχὸν ὄντα καὶ τῆς μονῆς ἡγούμενον τοῦ Σατύρου, τὸν Νικηφόρου μὲν τοῦ βασιλέως ἔκγονον, υἱὸν δὲ Μιχαήλ, τὸν ἐπ' εὐλαβείᾳ καὶ ἀρετῇ παντοίᾳ μαρτυρηθέντα πρὸς τὸν τῆς πατριαρχίας θρόνον ἀναβιβάζουσι καὶ τῆς οἰκουμένης τοὺς οἴακας ἐμπιστεύουσιν. οὗτος οὖν μετά τινας χρόνους τὸν Βάρδαν ἐπὶ τῇ τοῦ οἰκείου γυναίου ἀλόγως καὶ ἀναιτίως ἀποβολῇ τῆς αὐτοῦ δὲ νύμφης περιπλοκῇ τῆς ἐκκλησίας ἀπείργων,* B *ἐπεὶ μὴ τῶν θείων κανόνων ἠμέλει, τὴν ἣν ἐκείνῳ ἐδίδου ποινὴν τῆς ἐκκλησίας ἀποπεμπόμενος, ταύτην εἰσπράττεται παρ' αὐτοῦ. καὶ ἵνα τὸν λιμὸν καὶ τὴν δίψαν παρῶ καὶ τὰς ἐπὶ γῆς τοῦ ἀνδρὸς ἐκτάσεις τε καὶ ῥαβδισμοὺς καὶ τὰς καθ' ὅλον τὸ σῶμα ὠμοτάτας πληγάς, ἓν τοῦτο μόνον ἐγὼ εἰπὼν ἐπὶ τὰ συνεχῆ βαδιοῦμαι τῆς ἱστορίας.* (31) *παρεδίδου τὸν Ἰγνάτιον ὁ Βάρδας φρουρᾷ, καὶ φρουρᾷ ἀπηνεῖ τε καὶ χαλεπῇ· ἡ δὲ ἦν ἐν τῷ τῶν ἱερῶν ἀποστό-* C *λων τεμένει, οὐκ ἐν τῷ δὴ μεγάλῳ τε καὶ σεμνῷ, ἀλλ' ἔνθα οἱ*

30. Idem Bardas in iudiciis in Circo agitari solitis assiduus erat, animique iuris aequique tenacis laudem ambiens vulgo utique adeptus esset, tempore obscurante ea quae illi iam iniqua patrata erant: quia tamen iterum res ecclesiae miscuit ac turbavit, rixaeque ei et malorum ac exitii auctor exstitit, pro tranquillitate, qua fruebatur, hinc merito non gloriam sed probrum labemque reportavit. etenim Methodio, ubi annos solummodo quattuor sedem Cpolitanam rexerat, ex humanis sublato, Ignatium monachum ac monasterii Satyri tum praepositum, Nicephori imperatoris ex filia nepotem ac Michaelis filium, virum scilicet omni pietatis atque virtutis laude clarum, qui rerum potiebantur ad patriarchalem sedem provehunt, eique orbis gubernacula concredunt. hic itaque post annos aliquot, dum Bardam Caesarem, quod nulla legitima causa aut crimine repudiata uxore cum nuru sua commiscebatur, neglecti canonum iuris non indiligens vindex et ultor, ecclesia arcet; quamque illi poenam indixerat, eiiciendo ab ecclesia, eandem ab eo vicissim sustinuit. atque ut famem sitimque praeteream, humique distento corpore verbera ac saevissimas membris omnibus plagas taceam, ubi unum hoc tantummodo dixero, occeptam historiae seriem repetam. (31) traditur a Barda Ignatius carceri, idque immani funestissimoque. fuit ille in sanctorum apostolorum delubro, non in magna ac venerabili apostolorum

τάφοι καὶ λέγονται καὶ εἰσίν. ἐκεῖσε δὴ ἐναποκλείσαντες ἔν τινι τοῦτον τάφῳ τοῦ Κοπρωνύμου, ἐν κρυμῷ καὶ παγετῷ γυμνότερον ὑπέρου, τὸ τῆς παροιμίας, ἐν μετεώρῳ ἐπικαθίσαντες τὰ τοῦ κρυμοῦ καὶ χειμῶνος πάσχειν ἐξεβιάζοντο· τὰ δὲ ἦν ἡ δυσεντερία τε καὶ τῶν ἐντὸς ἀναγκαίων ἐκ τῆς τοῦ ψύχους ὑπερβολῆς διὰ γαστρὸς ἀπόρροια καὶ θάνατος ἐκ τούτου πικρός. ἀπεβίω δ' ἂν ἐκ τῆς τῶν φρουρούντων δεινότητος καὶ ὠμότητος (ἦσαν δὲ οὗτοι ὅ τε Γοργονίτης Ἰωάννης καὶ ὁ Σκουτελόπτης Νικόλαος καὶ Θεόδωρος
D ὁ Μωρός), εἰ μή τις οἴκτῳ βαλλόμενος (Κωνσταντῖνος ἦν ὁ Ἀρμενιακός) τῇ τούτων ἀπουσίᾳ ἐν τῷ μέλλειν σιτίζεσθαι ἐκεῖθέν τε τὸν ἄνθρωπον κατεβίβαζεν, καὶ οἴνῳ βραχεῖ, ἔτι δὲ καὶ ἄρτῳ καὶ μικρᾷ τινὶ περιθάλψει τὸ λυποῦν ἐπ' ὀλίγον παρεμυθεῖτο. ὡς δὲ τὸ τῆς τιμωρίας ἀρκούντως ἐδόκει αὐτῷ, τότε δὴ ὑπερόριον μὲν τὸν ἄνδρα τοῦτον κατὰ τὴν νῆσον Μιτυλήνην ποιεῖ· ἐπεὶ δὲ καί τινες τῶν ἐπισκόπων ἀντέλεγον καὶ τὴν δίκην πόρρω που δὴ οὖσαν καὶ ἀποφοιτήσασαν ἐπεκαλοῦντο καὶ οὐκ εἴ τι γένηται ἄλλον δέξα-
P 121 σθαι ἠπείλουν, ἀλλὰ τῆς ἐκκλησίας συναπορρήγνυσθαι, τὸν ἐκ τούτου τάραχον δὴ κατευλαβηθεὶς ἔγνω καὶ τούτους ἀπάτῃ περιελθεῖν καὶ ἀλωπεκῇ. ἰδίᾳ γοῦν καὶ κρυφῇ τούτων ἕκαστον μετακαλούμενος οὐ μικρόν τι καὶ ταπεινὸν ὑπισχνεῖτό τε καὶ ἐδίδου, εἰ μόνον ἀποσταῖεν τοῦ Ἰγνατίου, ἀλλὰ τὸν θρόνον αὐτὸν Κωνσταντινουπόλεως. ὡς δ' ἐνεδίδοσαν ἅπαντες καὶ τῆς μὲν δόξης ἡττῶντο, τοῦ

3 τὸ om P 7 οὗτος P

aede, sed ubi et dicuntur sepulcra et exstant. ibi in quodam sepulcro includentes, quod Copronymi fuerat, geluque ac frigore (pistillo, quod proverbio dicitur, nudiorem) conficiendum in eius superioribus statuentes, in ea incommoda morbosque, qui eam aëris intemperiem sequi solent, ipsum coniecerunt, dysenteriam scilicet, intestinorumque gelu frigorisque exsuperantia per ventrem deiectionem, indeque acerbam mortem. ac plane ex custodum immanitate et saevitia ea exstinctus esset (erant illi Ioannes Gorgonites et Nicolaus Scuteloptes et Theodorus Morus), nisi quis miseratione tactus (Constantinus scilicet Armeniacus) illis tum per cibi sumendi occasionem absentibus eum inde demisisset, modicoque vino ac pane necnon tantillo quodam fomento nonnihil dolorem mitigasset. ubi autem Bardas sat eum poenarum dedisse existimavit, in insulam Mitylenem exilio relegat. quia vero nonnulli episcopi adversabantur, iusque in eo profligatum ac procul valere iussum obiectabant, quicquid denique contingeret, nullum alium se recepturos minabantur, quin immo ab ecclesia pariter scissum iri, hinc rerum turbationem veritus Bardas hos quoque dolo ac vulpina adoriendos putavit, singulos itaque seorsum ac clanculum ad se accersens non exiguum aliquid, aut quod merito spernendum videretur, tum pollicebatur tum dabat, modo solum ab Ignatio discederent; sed ipsam sedem Cpolitanam. cunctis vero ce-

δὲ καλοῦ ἕνεκεν καὶ νομίμου ἀντέλεγεν οὐδείς, τότε δὴ τότε ὑπετίθει ὡς ὁ μὲν βασιλεὺς αὐτοῖς τὰς ὑποσχέσεις μὲν ἐκπληρώσειεν, αὐτοὶ δὲ τὸ εὔσχημον τηροῦντές τε καὶ σεμνὸν ἅμα τῷ πρὸς αὐτὸν κληθῆναι μὴ πρὸς τὰ διδόμενα κατανεύσητε, ἵνα καὶ αὐτός, φησί, B τῆς ὑμῶν εἴη ὑπεραγάμενος ἀρετῆς. οὕτως δὴ ἕκαστον οὐχ ὁμοῦ ἀλλ' ἰδίᾳ καὶ κατὰ μόνας πρὸς τὸν Μιχαὴλ προσκαλούμενος μὴ αὔθωρὸν ἐπιπηδᾶν τῇ τιμῇ ἀνέπειθεν. καὶ οὗτοι μὲν ἐκ μόνου προσρήματος ἀξιούμενοί τε καὶ ἀπαρνούμενοι ἔλαθον ἑαυτοὺς παραδειγματίσαντες· τῆς γὰρ ἀρετῆς ἐξέπιπτον τῷ τῆς δόξης νικώμενοι ἔρωτι, καὶ ταύτης αὖθις ἡμάρτανον, ὅτι μὴ καλῶς ἀλλ' ἐπιβούλως τὸν Ἰγνάτιον παρεδίδοσαν. (32) οὕτως οὖν ἐπεὶ καὶ οὗτοι ἄνθρωποι ὄντες ἐφάνησαν καὶ οὕτω δὴ ἠπατήθησαν, Φωτίῳ C ἐπὶ σοφίᾳ μὲν ὄντι γνωρίμῳ ἀνδρί, κοσμικῆς δὲ τάξεως ἀντιποιουμένῳ καὶ τὴν τοῦ πρωτοασηκρῆτις δεδραγμένῳ τιμήν, τὸν θρόνον ἐδίδου τῆς Κωνσταντινουπόλεως. καὶ ἵνα δὴ καὶ τὰ αὐτῶν κραταιότερα ἀποφήνωσιν, τοποτηρητὰς μὲν ἐκ Ῥώμης ἐπ' ἄλλαις προφάσεσι (κατὰ γὰρ τῶν εἰκονομάχων) σταλέντας μεταπεμψάμενοι, κατὰ δὲ Ἰγνατίου μετὰ τοῦ καιροῦ γεγονέναι παρασκευάσαντες καὶ συνεδριάσαντες, καὶ ἐν τῷ τῶν θείων ἀποστόλων τεμένει δεδημοσιευμένῃ καθαιρέσει τοῦτον καθυποβαλόντες, ἐπὶ τῆς ἐξορίας D μετεκαλέσαντο, πυγμαῖς τὰ πρόσωπα καὶ τοὺς ὀδόντας συνθλάσαντες, πᾶσαν σκοτόμαιναν κατὰ τῶν ἱερέων κακῶς, καὶ δεύτερος

22 Fort. κυκῶσι. margo Combef.

dentibus gloriaeque ambitu superatis, nec ut iuris aequique causa refragarentur ullam rationem habentibus, tunc nimirum singulos admonuit, impleturum quidem imperatorem quae erat pollicitus, illis tamen servandum quod ex decori honestique ratione existat; nec statim cum accerserit, acquiescendum ut oblata accipiant, "quo et ipse imperator vestrae" inquit "virtutis supra modum admirator existat." sic itaque singulis non simul sed seorsum vocatis, auctor est ne confestim in dignitatem involent. atque hi quidem ex sola salutatione rogati ac abnuentes, ipsi se ipsos imprudentes traducebant: gloriae enim amore superati virtutis fecere iacturam; nec gloriam sunt assecuti, quod non rite exque honesti ratione sed insidiose Ignatii causam prodiderant. (32) sic itaque his quoque humanum quid se passos ostendentibus, inque eum modum deceptis, Photio viro sapientiae laude claro, saeculari militia ac dignitate secretariorum principi, Cpolitanam sedem tribuit. atque ut gestis maius quid ad robur adiicerent, Romani antistitis vicarios, alia occasione Roma missos (adversus scilicet haeresim iconomachorum) accersentes adversusque Ignatium quaesita opportunitate coactoque concilio adducentes, in divinorum apostolorum sacra aede publicata sententia, Ignatium depositionis poenae subiiciunt; eique ab exilio revocato pugnis vultum contundunt confractosque dentes excutiunt, atrae noctis procellam adversus sa-

τῶν ὄντων ἐπὶ γῆς μηδέπω φανῇ. ἀλλ' ὅσα μὲν καὶ ἄλλα κατὰ πάντων ἱερέων ἐνεανιεύσατο, φυλακαῖς τε καὶ ὑπερορίαις καὶ ποιναῖς ὠμοτάταις ὁσημέραι παραδιδούς, ἵνα τῷ Φωτίῳ συγκοινωνήσωσι, βίβλοι τε πολλαὶ καὶ ὁ πᾶς οὐκ ἐπιλίποι χρόνος ἐκτραγῳδῶν.

33. Ἐντεῦθεν γοῦν τὰ μὲν τῶν Ῥωμαίων ἡ τῶν Ῥὼς ἑκά-
P 122 κου ἐπιδρομὴ (ἔθνος δὲ οὗτοι Σκυθικὸν ἀνήμερόν τε καὶ ἄγροικον), τόν τε Πόντον αὐτόν, οὐ μὴν καὶ τὸν Εὔξεινον, κατεπίμπρα καὶ αὐτὴν τὴν πόλιν περιεστοίχιζεν, τηνικαῦτα τοῦ Μιχαὴλ κατὰ Ἰσμαηλιτῶν ἐκστρατεύοντος. πλὴν ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν τότε θείας ἐμφορηθέντες ὀργῆς, Φωτίου τὸ θεῖον ἐξιλεωσαμένου τοῦ τῆς ἐκκλησίας τοὺς οἴακας ἔχοντος, οἴκαδε ἐκπεπόρευντο· καὶ μετ' οὐ πολὺ πάλιν τὴν βασιλεύουσαν πρεσβεία αὐτῶν κατελάμβανεν, τοῦ θείου βαπτίσματος ἐν μετοχῇ γενέσθαι αὐτοὺς λιτανεύουσα, ὃ καὶ γέγονεν.

B 34. Τὰ μὲν οὖν ἡ τούτων ἑκάκου ἐπιδρομή· τὰ δὲ ὁ τῆς Κρήτης στόλος ἀναγόμενος, ὡς κουμβαρίων ἄχρι εἴκοσι, ἑπτὰ γαλέας καί τινας σατούρας μεθ' ἑαυτοῦ ἐπαγόμενος, ἐληΐζετό τε καὶ κατεδουλαγώγει, νῦν μὲν τὰς Κυκλάδας νήσους περινοστῶν, νῦν δὲ ἄχρι Προικοννήσου τὴν παράλιον ἅπασαν. τὰ δὲ οἱ συνεχεῖς τῶν σεισμῶν ἐλυμαίνοντό τε καὶ πρὸς τοὔδαφος ἔβαλλον, νῦν μὲν καθ' ἣν ἡ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἀνάληψις ἑορτάζεται, τὸ πρὸς νότον τρίτον τοῦ Ἑξακιονίου πρὸς γῆν ἐδαφίζοντες, ναοὺς

8 μὴν καὶ] μὴν ἀλλὰ καί?

cerdotes miscentes, cui similis nulla unquam in terra exstiterit. quae vero quantaque alia Bardas adversus sacerdotum omnem coetum temere ausus sit, quos quotidie carceris maceratione exsiliisque ac poenis saevissimis, ut communione Photio iungerentur, addiceret, et libri complures et omnis posteritas tragice deflere nunquam desinet.

33. Exinde factum ut Rossi (Scythica illa gens immitis ac fera) Romanos agros vastarent ipsumque Pontum (haud sane etiam Euxinum) igni desolarent, ac quasi indagine regiam ipsam urbem (Michaele in expeditione adversus Ismaelitas occupato) cingerent. verum hi quidem abunde dei ira exsaturati, Photio, qui ad ecclesiae gubernacula sedebat, deum exorante urbique propitium reddente domum rediere; nec multo post legatis in urbem missis divinum efflagitantes baptismum, etiam impetravere.

34. Partim itaque haec Rossorum vastabat incursio; partim Cretensium advecta classis, ad viginti lintres (cymbaria vocant) galeas septem ac onerarias quasdam adducens, depraedabatur infestabatque, modo quidem Cycladas insulas, modo maritimam omnem regionem ad Proeconnesum usque pervagans: partim denique continui terrae motus labefactabant et solo tenus diruebant. horum unus, quo die domini ac salvatoris nostri in caelos recepti solennis memoria agitur, Exacionii tertiam

τε εὐπρεπεῖς καὶ οἴκους λαμπρούς, νῦν δὲ στήλας τήν τε κατὰ C Χρυσῆν πύλην τῆς πόλεως Νίκην ἐγκαθιδρυμένην τάς τε ἐν τῷ Δευτέρῳ κατὰ τὴν ἁγίαν Ἄνναν στερρῶς ἱσταμένας ἐγκατασείσαντες· ἣν ὁ μαθηματικὸς Λέων καταπεπτωκυῖαν ἰδὼν τὴν τοῦ δευτέρου ἐκ βασιλέως πτῶσιν ἔλεγεν ἐπαπειλεῖν καθαρῶς. μακρὸν εἴη λέγειν ποταμῶν ἀφάνειαν καὶ πηγῶν καὶ ἄλλ' ἅττα παθήματα κατά τε Ἰσαυρίαν καὶ καθ' ἑκάστην χώραν ἐπιγινόμενα.

Ἃ πάντα ὁ βασιλεύων ἐν δευτέρῳ θέμενος ὅλος εἴχετο τῶν ἱππικῶν ἀγώνων κατὰ τὸν ἐν Εὐξείνῳ ἀνεγηγερμένον ναὸν τοῦ ἁγίου Μάμαντος. (35) καί ποτε δὲ — ἀλλὰ συνήθειάν τινα διηγήσο- D μαι πρότερον, ἣ τὴν τῶν Σαρακηνῶν καθ' ἡμῶν ἐκστρατείαν διὰ πυρσοῦ ἐν ἀκαρεῖ ἐδήλου καὶ παρεγύμνου τῷ βασιλεῖ. ἔρυμά τι καὶ φρούριον τῇ κατὰ Κιλικίαν Ταρσῷ πλησιάζον καὶ γειτονοῦν οὕτω καλούμενον Λοῦλον ἔστιν. οἱ τεταγμένοι οὖν τοῦτο φρουρεῖν, ἅμα τῷ τὴν ἐκείνων ἰδεῖν ἐκδρομήν, διὰ φανοῦ δηλοῦσιν τοῖς κατὰ τὸν Ἀργαῖον βουνόν, καὶ οἱ αὖθις τοῖς κατὰ τὴν Ἰσάμον, καὶ οἱ τοῖς κατὰ τὸ Αἴγιλον, καὶ τοῦτο τοῖς κατὰ τὸν Μάμαντα πάλιν βουνόν· εἶτα τοῦτον ὁ Κύριζος διαδεχόμενος, καὶ αὖθις τοῦτον ὁ Μώκιλος, ἐκ τούτου δὲ ὁ τοῦ ἁγίου Αὐξεντίου P. 123 βουνὸς τοῖς ἐν τῷ μεγάλῳ παλατίῳ κατὰ τὸ ἡλιακὸν τοῦ Φάρου ἐπὶ τούτου διαιταρίοις ἀφωρισμένοις ἐν βραχεῖ ἐποίει δὴ φανερά. ποτὲ γοῦν τοῦ Μιχαὴλ κατὰ τὸν εἰρημένον τοῦ μάρτυρος Μάμαν-

16 Cedren. ἐν Ἀργέῳ. Zonar. Ἀργαίῳ. Combef. 21 τούτῳ?

partem solo prostravit, eam scilicet quae ad austrum spectat elegantique cultu exstructa templa habet ac magnificas aedes: alter statuas evertit, tum scilicet Victoriam, quae ad Auream urbis portam collocata erat, tum quae in Deutero (velut Secundum dicas) ad sanctam Annam suis firmiter basibus fixae stabant. hanc Leo mathematicus collapsam videns, illius palam casum designare dixit, qui ab imperatore potentia proximus esset. longioris operae esset arefacta flumina ac fontes referre, aliaque tum in Isauria tum in singulis quibusque provinciis visa portenta.

Quae omnia imperator in secundis habens, equestribus certaminibus ad sancti Mamantis in Steno templum totus incumbebat. (35) quandoque autem — prius vere narrabo consuetudinem quandam, qua Saracenorum adversus Romanos eruptio, accensa facula, momento temporis indicabatur ac detegebatur. castellum quoddam ac praesidium Tarsi Ciliciae vicinum, Lulum nomine, exstructum est. in eo praesidiarii cum Saracenos incursionem expedire sentiunt, laterna significant his qui in Argaeo colle excubias agunt; iterumque qui in Argaeo, his qui in Isamo; hique vicissim his qui in Aegilo; Aegilum rursus his qui in colle Mamantis degunt: sequitur Cyrisus, huncque rursus Mocilus; ex eo Auxentii collis diaetariis, qui in magno Palatio ad Phari solare constituti erant, nulla mora periculi index erat. quandoque igitur, cum ad illud, quod diximus, Mamantis martyris templum Michael agendis equis se

τος ναὸν ἱππάσασθαι μέλλοντος καὶ τὸ σύνθημα τῆς ἱπποδρομίας δεδωκότος, ἐπεὶ κατὰ τὴν ἑσπέραν ὁ ἐκ τοῦ Φάρου φανὸς διὰ τοῦ παππίου ἐδήλου τὴν τῶν ἐθνῶν ἐκδρομήν, εἰς τοσοῦτον ἦλθεν ἀγῶνα καὶ φόβον ὁ βασιλεὺς δέει τοῦ μὴ παροφθῆναι τὴν ἡνιοχείαν αὐτοῦ παρὰ τῶν θεατῶν τῆς τοιαύτης ἕνεκεν ἀγγελίας, εἰς ὅσον B ἄλλος τις ἦλθεν κινδυνεύων ὑπὲρ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ μὴ πλησιάσαι τούτους μᾶλλον ἀγωνιζόμενος. οὕτως ἐκεῖνος ἐθεατρίζετό τε καὶ οὐκ ᾐσχύνετο. ὅθεν ἵνα μήτε τις τῶν αὐτοῦ ἀγώνων ἀπολιμπάνοιτο μήτ' ἄλλο τι τῶν ἐκεῖθεν ἀνιαρῶν προσπῖπτον χαλαρωτέρους ποιήσῃ τοὺς θεατάς, μηκέτι τοὺς πλησιάζοντας φανοὺς ἐνεργεῖν προσέταξεν, ἀλλὰ σιγῇ βαθείᾳ καὶ λήθῃ τὰ τοιαῦτα παρακαλυφθῆναι μακρᾷ.

36. Ἄλλοτε δὲ πάλιν, ἵνα σαφεστέρα γένηται ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀναγωγία καὶ ἄνοια, αὐτοῦ ἐφ' ἅρματος ἱσταμένου καὶ τῆς C βαλβῖδος μέλλοντος ἐκπηδᾶν (ἐπάτει δὲ βένετος, καὶ πράσινος ὁ λογοθέτης Κωνσταντῖνος, ὁ πατρικίου Θωμᾶ καὶ γεγονότος λογοθέτου τοῦ δρόμου πατήρ, λευκὸς δὲ ὁ Χειλᾶς καὶ ῥούσιος ὁ Κρασᾶς· οὐκ ἦν δὲ οὐδὲ τῷ πρωτοασηκρῆτις σχολάζειν, ὥσπερ οὐδὲ τῷ πρωτονοταρίῳ τοῦ δρόμου, ἀλλ' ὁ μὲν ἦν κομβινογράφος τῶν βενέτων, ὁ δὲ τῶν πρασίνων) — αὐτῶν οὖν ἐφ' ἅρματος ἱσταμένων μετὰ καὶ τῆς ἡνιοχικῆς στολῆς, καὶ ἐπαγγελίας φθασάσης ὅτι δεινῶς ὁ Ἄμερ κατατρέχει τε καὶ κατασύρει τὸ Θρακήσιον καὶ τοῖς Μαλαγίνοις πλησιάζει καὶ προσδοκῶνται ὅσον οὐδέπω δεινά, καὶ

accingeret, iamque equestris certaminis signum datum esset, quoniam ad vesperam Phari laterna, Papia accendente, hostes ingruere indicaverat, in tantas angustias metumque abreptus est (nempe veritus ne sua illa aurigatio auditione ea perculsos spectatores non satis attentos haberet) in quantas vix alius in vitae ipso periculo constitutus, quique diligentem potius operam iisdem hostibus propulsandis adhiberet. sic nimirum ille spectaculis indulgebat, nec eum eius rei pudebat. idcirco, ne quem illius certaminibus deesse contingeret, neve aliud quid tristis nuntii ea ignium indicatione languidiores spectatores redderet, e vicinis urbi speculis ignes accendi deinceps vetuit, altoque silentio ac longa oblivione talia aboleri praecepit.

36. Rursus alias (quo viri dissolutus animus ac vecordia clarius innotescat) cum in curru staret iamque equi carceribus emittendi essent (incedebat ipse Veneto habitu, Prasino logotheta Constantinus, Thomae pater dromi logothetae, albo Cheilas, ruseo Crasas: at neque protoasecretis neque protonotario dromi a Circi rebus vacabat, sed alter factionis Venetae combinationum, alter Prasinae scriba erat) — his itaque in curru, solenni equestribus ludis stola stantibus, allatoque nuntio Amerem graviter Thracensium regionem populari ac diripere iamque ad Malagina prope accedere, ac mala imminere: eaque re maesto animo deiectoque

ἐπὶ τούτῳ στυγνάσαντος μὲν τοῦ πρωτονοταρίου, ἀπαγγείλαντος δὲ D
μετὰ κατηφείας τὴν ἐκ τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν ἀπόκρισιν καὶ ἅμα ἐπὶ χεῖρας τὰ γράμματα φέροντός τε καὶ δεικνύοντος, "τίνι" φησίν, "ὦ οὗτος, τόλμῃ χρησάμενος τοιαῦτα κατὰ τὸν ἀναγκαῖον τοῦτον ἀγῶνά μοι διαλέγειν ἐπιχειρεῖς, τοῦτο μόνον σπουδάζοντι, εἰ μὴ τὸν μέσον εὐώνυμον ἰδεῖν παρατετραμμένον; ὑπὲρ οὗ μοι πᾶς ὁ ἀγών."

37. Καὶ οὐχὶ μὲν τούτῳ τῷ πόθῳ, ἢ εἰ βούλει γε, πάθει ἡλίσκετο, ἑτέρων δὲ ἀπρεπεστέρων ἐκτὸς ἦν, ἀλλὰ καὶ μέτριον ἦθος ἀμέτρως καταδιώκων ἐξέπιπτε τοῦ πρέποντος καὶ τῆς βασιλικῆς P 124
τιμῆς τὰ μάλιστα. καί ποτε γυναίῳ, ἧς τὸν παῖδα υἱοθετησάμενος ἦν, κατὰ τὴν ὁδὸν συντυχὼν ἐκ βαλανείου μὲν ἐρχομένῃ τὴν ἑαυτῆς δὲ κάλπιν ἐπὶ χεῖρας ἐχούσῃ, ἐκ τοῦ ἵππου ἀπορριφεὶς τοὺς μὲν ἄλλους ὅσοι ἐκ τῆς συγκλήτου τούτῳ ἐπηκολούθουν κατὰ τὰ ἐκεῖσε ὄντα ἀνάκτορα ἐξαπέστειλεν, ἀκόλαστα δέ τινα καὶ μυστικὰ ἀνδράρια ἑταιρισάμενος ἀπῄει μετὰ τῆς γυναικός, τὴν κάλπιν τῶν ἐκείνης χειρῶν ἀναλαβών, καὶ "ἄγε δή, ὦ γύναι, θαρροῦσα" ἐπέλεξεν "ἐμὲ κατὰ τὸ οἴκημά σου ἀπόδεξαι, ψωμοῦ πιτυρώδους ἔφεσιν ἔχοντα καὶ ἀσβεστοτύρου." δεῖ γὰρ τὴν ἐκείνου λέξιν B
εἰπεῖν. ἐπεὶ δὲ τῷ ξένῳ τοῦ θεάματος ἡ γυνὴ ἦν ἐνδὸς καὶ πάντων ἠπόρει, μήτε μὴν τράπεζαν μήτε τὰ ταύτης στολίζοντα ἔχουσα, ὁ Μιχαὴλ θᾶττον ἢ λόγος εἶχε στραφείς, τὸ δ' ἔφερε σάβανον ἐκ

13 δὴ P   21 ταύτην?

vultu protonotario domestici scholarum responsum nuntiante, acceptasque ab eo literas in manibus habente ac ostendente, "qua" inquit "heus tu, audacia me tam necessario certamine occupatum istis de rebus interpellas, cum in hoc unum incumbam, ut eum qui medium tenet in laevam partem avertam? de quo mihi totum hoc certamen est."

37. Neque vero hoc duntaxat desiderio aut (si mavis) libidine perditoque amore laborans, ab aliis turpioribus immunis vitiis erat: sed praeterea dum modestiam citra modum sectatur, a decoro quam maxime excidit, eaque gravitate quae imperatorem condeceat. obviam quandoque mulierculam habuit, cuius e sacro fonte filium susceperat, e balneo redeuntem, ac quae manibus situlam gestaret. tum equo desiliens alios senatorii ordinis viros, qui ipsum comitabantur, haud procul in palatium abire iubet: ipse cum impuris libidinosisque, quos sibi asciverat, ex vulgi faece hominibus, mulierculam secutus, ablataque ei e manibus situla, "bono animo sis" inquit, "o mulier, meque tua domo accipe, furfuracei panis recentisque casei" (ἀσβεστοτύρου, praestat enim ipsam eius vocem ponere) "appetentiorem." cum autem mulier inaudita spectaculi novitate stuperet, omnique egestate premeretur, ac ne mensam quidem haberet aut lintea quibus illi sterneret, Michael dicto citius, asperiorem pannum

τοῦ βαλανείου ἔτι διάβροχον ὂν λαβών, ἀντὶ λεπτῆς ὀθόνης, ἣ τῇ τραπέζῃ ἐπίκειται, χρησάμενος, καὶ τὴν κλεῖδα τῆς γυναικὸς ἀφελὼν αὐτὸς ἦν τὰ πάντα, βασιλεύς, τραπεζοποιός, μάγειρος, δαιτυμών. ἐκβαλὼν δὲ τὰ ἃ εἶχεν τῆς πενιχρᾶς ἐκείνης ἡ κιβωτός, C εἱστιᾶτο ταύτῃ καὶ συνεδείπνει, τὴν μίμησιν πρὸς τὸν ἐμὸν ἀναφέρων Χριστὸν καὶ θεόν. κἀκεῖθεν βάδην αὖθις ἀπῄει πρὸς τὰ ἀνάκτορα, πολλῆς εὐηθείας καὶ ἀλαζονείας καὶ τύφου καταγινώσκων τῶν πρὸ τοῦ βασιλέων· οὗ ἐκεῖνοι λήρου εἰ ἤκουσαν, "ἀλλ' οὐκ ἄλλως τρυφῶντα καὶ παίζοντα ταῦτα" ἔφησαν "ἐχρῆν σε ποιεῖν καὶ τὸν ἡμέτερον τύφον καταγινώσκειν, ἀλλὰ προπολεμοῦντα καὶ τῶν ἀναγκαίων σπανίζοντα καὶ τοῖς στρατιώταις σύνδειπνον ὄντα καὶ ἐραστήν, ἀλλ' οὐ γυναίων καπηλίδων καὶ μοχθηρῶν." ταῦτ' οὖν ἅπαντα μισητόν τε ἐποίει τὸν Μιχαὴλ καὶ τὴν τοῦ θεοῦ D ἐκίνει δικαιοτάτην ὀργήν.

38. Καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ἣ τῶν ὧν εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ φρατρία, Σατυροί τινες οὗτοι καὶ πρὸς πᾶσαν αἰσχρουργίαν ἀκόλαστοι· εἶπεν ἄν τις αὐτοὺς θιασώτας εἶναι Διονύσου καλῶς. οὓς ἐκεῖνος διὰ τιμῆς ἄγων τε καὶ αἰδοῦς, τῶν θείων κατολιγωρῶν, ἱερατικὰς στολὰς χρυσοϋφάντους τε ἐπετίθει καὶ ὠμοφόρια, καὶ ἄλλως ἠνάγκαζεν ἀσχημόνως τε καὶ ἀνάγνως τελεῖν τὰ ἁγνά, καὶ πατριάρχην τὸν ἔξαρχον τούτων ἐκάλει, οὕτω Γρῦλον καλούμενον, τοὺς δὲ λοιποὺς ἕνδεκα μητροπολίτας τῶν ἐξαιρέτων θρόνων τε

ex balnei usu detergendis siccandisque corporibus, madentem adhuc inde a muliercula allatum accipiens, mappae loco linteique subtilioris pro mensae usu sternit, ereptaque mulieri clave unus omnia fit, imperatorisque et mensam instruentis coquique et convivae munus obit. productisque quae pauperculae mulieris penus erant, cum ea epulabatur ac concenabat, Christum meum ac deum bello eo facinore referens atque imitans. peracto convivio, lento pede in palatium redit, magnae stoliditatis et arrogantiae fastusque damnans superiores imperatores; cuius illi nugas si audivissent, utique dicturi essent "at non temere deliciis diffluentem atque ludentem haec te oportuit facere, fastumque nostrum damnare, sed cum prior belli labores desudares, parcoque victu militum amans cum eis lubens, non cum copis malisque ac impuris mulierculis concenares." haec itaque omnia exosum reddebant Michaelem, deique in illum iustissimam iram provocabant.

38. Quodque his gravius, quod secum habebat sodalitium (Satyri quidam ii erant, ganeones in omnem turpitudinem parati; dixisses Bacchi thiasotas), his ille honorem habens eosque colens, divinorum contemptu sacerdotales auro contextas vestes ac pontificum humeralia eis adhibebat, ad haecque turpiter ac impure, quae pura sunt, eos peragere cogebat. eius chori principem, sic nuncupatum Grylum, patriarcham vocabat; reliquos undecim praecipuarum illustriumque sedium metropolitas;

καὶ λαμπρῶν, οἷς εἰ μὴ καὶ αὐτὸς ἐκοινώνει, οὐδὲ βασιλεύειν ἠξίου· P 125 ὅθεν ὁ Κωλωνείας οὗτος ἐλέγετό τε καὶ ὀνομάζεται πρόεδρος. ἐπεὶ δὲ καὶ ᾄδειν ἐχρῆν αὐτοὺς καὶ τελεῖν τὰ μυστήρια, τὰς μὲν ᾠδὰς ἐξεπλήρουν διὰ κιθάρας, νῦν μὲν ἠρέμα πως οὕτω καὶ λιγυρῶς ἐπηχοῦντες, τὰ μυστικὰ μιμούμενοι, νῦν δὲ ἀνέτῳ φορᾷ καὶ διαπρυσίῳ, τὰς ἐκφωνήσεις δῆθεν τῶν ἱερέων. καὶ σκεύη δὲ διάχρυσα καὶ ἐκ μαργάρων συγκείμενα ὄξους τε καὶ σινήπεως ἐκπληροῦντες τοῖς οἷς ἐβούλοντο μεταλαμβάνειν ἐδίδοσαν, τῶν ἀχράντων οὕτω καταπαίζοντες μυστηρίων. οὗτος οὖν ὁ Γρῦλος καὶ ὄνῳ ἐπωχεῖτο τὰς δημοσίας προόδους τελῶν, καὶ τὸν τοιοῦτον θίασον B συνεπόμενον ἔχων ἠγάλλετο. καί ποτε συνέβη συντυχεῖν Ἰγνατίῳ τῷ μακαρίτῃ πατριάρχῃ κατὰ πρόοδον τῇ ἐκκλησιαστικῇ λιτῇ μετὰ τοῦ ἱερατικοῦ κλήρου ἐφεπομένῳ. ὡς οὖν εἶδεν αὐτὸν ὁ Γρῦλος, ἄσμενος τοῦ πράγματος ἑλόμενος ἐξῆρχέ τε τῶν κρουμάτων, καὶ τὸν φελόνην ἀναστείλας μετὰ τῶν αὐτοῦ συμμυστῶν εὐτονωτέρας τε ἔκρουε τὰς κιθάρας καὶ τοὺς εὐαγεῖς ἐκείνους λοιδορίαις καὶ αἰσχίστοις ἔβαλλε ῥήμασι. (39) καὶ Θεοδώραν δὲ τὴν ἑαυτοῦ μητέρα ἔτι ζῶσαν καὶ τοῖς ἀνακτόροις διαιτωμένην μετεκαλέσατό ποτε εὐλογηθησομένην παρ' αὐτοῦ, πλασάμενος τοῦτον εἶναι τὸν μακαρίτην Ἰγνάτιον. ὡς οὖν ἐξῄει μετ' εὐλαβείας καὶ αἰδοῦς ἡ ἱερω- C τάτη γυνή, ἔρριψεν εἰς τοὔδαφος ἑαυτὴν ἐξαιτουμένη εὐχὴν (καὶ γὰρ ἐλάνθανε τέως, τὴν γενειάδα κρύπτων κατὰ τὸ πρόχειρον),

21 γυνὴ καὶ ἔρριψεν?

quibus nisi ipse sodalis sociusque accederet, ne gratos quidem habebat imperii fasces. idcirco Coloniae praesulis sibi ipse nomen indebat. quia vero etiam cantillare divinaque peragere mysteria illis incumbebat, cantica modulosque explendo citharam adhibebant, modo sensim pulsantes, et ut illa stridulum argutumque sonum ederet, hoc aemulati quod sacerdotes secreto agitant; modo pulsu libero ac claro sonitu, pro eo ac sacerdotes sic clare quasi perorando pronuntiant. aurea quoque ac gemmis baccata vasa aceto ac sinapi implentes, atque illis impartientes qui erant percepturi, per eum modum impollutis mysteriis illudebant. accidit autem ut quandoque chorus hic beato Ignatio patriarchae obviam fieret, cum is supplicationis causa ex ecclesiastico ordine cum clericorum pompa procederet. hunc ut conspexit Grylus, lubentissime rem capessens pulsare auspicatur, retractaque casula cum sodalibus, contentiore citharae sonitu, sanctissimos viros conviciis compluit verbisque turpissimis fatigat. (39) quin Theodoram quoque matrem adhuc superstitem atque in palatio versantem quandoque ad se vocavit, quasi illo fausta ei precaturo, quem beatum Ignatium esse finxerat. ut ergo sanctissima mulier religiose animo incitata modesto cultu accessit, humi prostrata pro se vota concipi petit: latebat enim adhuc quis esset, cum is de facili bar-

ψόφον αὐθωρὸν ἐπαφεὶς δυσωδίας πλήρη καὶ ῥήματα ἀπρεπῆ τὰς ἐκείνης καὶ τῶν εὐσεβεστέρων εἰς ἑαυτοὺς ἐξεκαλεῖτο ἀράς, ἣ καὶ τὸ μέλλον ἀποφοιβάσασα τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας τε καὶ χειρὸς ἔξω γενέσθαι διεσάφει τῷ Μιχαήλ.

Ἀλλ' οὐκ ἦν ἄνδρα παρατραπέντα δὴ τῆς εὐθείας καὶ ἀποστάντα τῆς ἀρετῆς ἀνακληθῆναι καὶ τῆς μακαρίας λαβέσθαι ὁδοῦ.
D ὅθεν οὐδὲ πορρωτέρω δὴ τὰ κακά, ἀλλ' ἑαυτοῖς ἐκείνοις πλησιάζειν ἐποίουν οἱ τῶν τοιούτων αἴτιοι καὶ ἐφευρεταί. καὶ πρῶτον μὲν εἰς ἑαυτὸν ὁ Βάρδας ταῦτα ἐπέφερεν, μᾶλλον δὲ ὁ Θεόκτιστος ὁ κανίκλειος πρὸ αὐτοῦ, εἴτε δὴ τῷ παντελῶς τούτῳ χαρίζεσθαι πάντας δὴ ὁμοθυμαδὸν καὶ μὴ τῶν πονηροτέρων ἀνακόπτειν διδαγμάτων ὡς ἐπιτρόπων ἐπιχειρούντων, εἴτε δὴ τοῦ μὲν ἑνὸς ἀναστέλλοντος, τοῦ δ' ἑτέρου μὴ τὰ ἴσα φρονοῦντος ἐξ ἐριθείας καὶ συναναστέλλοντος, ἀλλ' ἐπιτρέποντος μᾶλλον, ὡς καὶ ἡμεῖς ἐν
P 126 τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις τοιούτους ἐθεασάμεθα. πλὴν ἐπήγαγον εἰς ἑαυτοὺς τὰ κακά, καὶ ὁ μὲν Θεόκτιστος νῦν μέν, ὡς εἴρηται, σφαττόμενος, νῦν δὲ ταῖς αἷς ἐπεχείρει δουλείαις μὴ κατευοδούμενος. καὶ γὰρ πολλῶν στρατιῶν πολλάκις προκριθεὶς ἡγεμών, καὶ κατὰ πολλῶν ὁρμήσας πολεμίων νῦν τε καὶ πρὸ τούτου οὐδαμοῦ νικήσας ὑπέστρεψεν ἢ τὸ σύνολον τῶν ἐχθρῶν καθυπερτερῶν, ἡττώμενος δὲ καὶ πανωλεθρίᾳ τὰ στρατεύματα παραδούς, οὐκ οἶδα εἴτε φρονήσεως ἀμοιρῶν καὶ λόγου καὶ τῶν ἐν πολέμοις ἀνδραγα-

13 ἐρεριθείας P, ἐρεσχελίας in margine.

bam tegeret. tum ille statim ventris crepitum foetoris plenum verbaque obscena edens, Augustae piorumque aliorum in se sodalesque diras excitavit. quae et filio vaticinata, divina providentia ac protectione prorsus extorrem fore praenuntiavit.

πᾶσα ἡ περὶ τὸν οἶκον ἐπιμέλεια καὶ ἡ πρόνοια τῆς μητρὸς καὶ τῶν ἀδελφῶν. ἐπεὶ δὲ ἡ ἀπὸ γεωργίας ἐπικουρία μικρά τις καὶ C ἀγεννὴς ἐδόκει αὐτῷ, ἐβουλεύετο πρὸς τὴν βασιλεύουσαν εἰσελθεῖν καὶ τὰ τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἐπιδείξασθαι κἀντεῦθεν ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς αὐτοῦ προσπορίσαι τὰ δέοντα καὶ μεγαλωφελῆ τὴν προστασίαν ἐπιδείξασθαι καὶ προμήθειαν· ᾔδει γὰρ ἐν ταῖς μεγάλαις καὶ μάλιστα ταῖς βασιλευομέναις τῶν πόλεων τὰς δεξιὰς φύσεις εὐδοκιμεῖν καὶ τοὺς τῶν ἄλλων κατά τι προέχοντας ἐπὶ λαμπροτέρας τύχης γνωρίζεσθαι, ἐν δὲ ταῖς ἀδοξοτέραις τῶν πόλεων καὶ ταπειναῖς, ὥσπερ ἐν ταῖς κωμητικαῖς ἀναστροφαῖς, ἀμαυροῦσθαι καὶ φθίνειν τὰς ἀρετάς, καὶ αὐτὰς ὑφ' ἑαυτῶν ἐν τῷ μὴ ἐπιδεί- D κνυσθαι μηδὲ θαυμάζεσθαι πρὸς τὸ ἐξίτηλον χωρεῖν καὶ μαραίνεσθαι. διὰ ταῦτα μὲν ἡ πρὸς τὴν βασιλεύουσαν εἴσοδος ἐδόκει αὐτῷ λυσιτελὴς καὶ συμφέρουσα, ἀνθεῖλκε δὲ καὶ κατεῖχεν ὁ τῆς μητρὸς πόθος καὶ τὸ θέλειν ἐπικουφίζειν ταύτης τὰ δυσχερῆ, αὐτῆς ἐκείνης μάλιστα τὰς γηροτρόφους ἐλπίδας προβαλλομένης καὶ τὴν ἐγγύθεν ἀπαιτούσης ἐπικουρίαν καὶ ὑπουργίαν ἐν τοῖς καθήκουσιν.

8. Ἐπεὶ δὲ κυριωτέραν ἔδει τὴν θείαν γενέσθαι βουλὴν καὶ τοῦτον πρὸς ὅπερ ἀφώριστο κατὰ μικρὸν ὁδῷ βαδίζοντα ἀνελ- P 139 θεῖν, ὀνειράτων ὄψεις πείθουσι τὴν μητέρα ὑπενδοῦναι αὐτῷ καὶ ὑπεῖξαι τῆς πρὸς τὴν πόλιν ὁρμῆς, μᾶλλον δὲ αὐτὴν ἐκείνην παρορμῆσαι αὐτὸν καὶ προτρέψασθαι τὴν βασιλεύουσαν πόλιν κατα-

2 τις] τε P 11 φθείρειν codex Barberinus. 21 αὐτοῦ P

cumbit diligentia. quia vero, quae ab agricultura peti solent subsidia, ipsa exigua viliaque esse videbantur, ad reginam urbium proficisci deliberabat, atque inde sibi suisque ex honesti ratione compendia parare, patrociniumque clientibus magnifice utile ac curam exhibere. noverat enim in magnis urbibus, ac potissimum regiis, industrias indoles inclarescere, eosque qui dote aliqua vulgo praecellant splendidiori fortuna eniti, in ignobilioribus vero ac ingloriis, velut in rusticanis paganisque commerciis, obscurari ac corrumpi virtutes, ipsasque a se, quod non ostentandi copia sit nec vero admirationi laudique habeantur, exolescere ac marcescere. quamobrem e suis illi rationibus videbatur ut se ad urbem Augustam conferret: retrahebat tamen ac detinebat matris amor, et quod eius levare molestias vel maxime cuperet, quodque adeo illa alendae spes senectutis obiiceret, vicinamque opem ac obsequium in his quae officii essent deposceret.

8. Quoniam tamen necesse erat ut victoriae partes divino consilio cederent, paulatimque quasi via, ad quod fuerat praeordinatus, Basilium decebat ascendere, somniorum visa matri suadent ut illi morem gerat ac acquiescat volenti se in urbem conferre; quin immo ipsa in eam rem eum

λαβεῖν καὶ ἐπιδείξασθαι τὸν τῆς ψυχῆς λειμῶνα καὶ τὰ τοῦ γεν-
ναίου φρονήματος προτερήματα. ἔδοξε γάρ ποτε ὄναρ ἡ μήτηρ
ὁρᾶν μέγιστον ἐξ αὐτῆς ἀναβλαστῆσαι φυτόν, ὡς ἡ Κύρου μήτηρ
εἶδε τὴν ἄμπελον, καὶ τοῦτο ἐπὶ τῆς οἰκίας αὐτῆς ἑστάναι ἄνθεσί
τε κομῶν καὶ καρπῷ βρῖθον, χρυσοῦν τε εἶναι τὸ ἀπὸ γῆς τούτου
μέγα στέλεχος, καὶ τὸ κλάδος καὶ τὰ φύλλα χρυσοειδῆ. τοῦτο
B δὲ πρός τινα τῶν συνήθων καὶ περὶ τὰ τοιαῦτα κατευστοχεῖν δο-
κούντων διηγησαμένη ἐπὶ λαμπρᾶς καὶ μεγάλης τύχης ἔσεσθαι
δηλοῦν τὸν υἱὸν αὐτῆς ἤκουσε. καὶ αὖθις δὲ μετά τινα χρόνον
ὀλίγον ὁρᾷ κατὰ τοὺς ὕπνους ἄνδρα τινὰ γηραιόν, οὗ πῦρ ἐξῄει
ἀπὸ τοῦ στόματος, διαρρήδην λέγοντα πρὸς αὐτὴν ὅτι ὁ ἀγαπώ-
μενος ὑπὸ σοῦ ὁ υἱός σου Βασίλειος τῆς τῶν Ῥωμαίων βασιλείας
παρὰ θεοῦ τὰ σκῆπτρα ἐγχειρισθήσεται, καὶ δεῖ σε προτρέψασθαι
τοῦτον πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν εἰσελθεῖν. ἡ δὲ πρὸς τὴν
χαρμόσυνον ταύτην ἀγγελίαν διαχυθεῖσα καὶ πλήρης γενομένη χα-
C ρᾶς προσεκύνησέ τε τὸν γηραιὸν ἐκεῖνον καὶ "τίς εἶ" εἶπεν αὐτῷ,
"ὦ κύριέ μου, ὁ μὴ ἀπαξιώσας ἐποφθῆναι τῇ δούλῃ σου, ἀλλ'
οὕτως εὐφρόσυνα εὐαγγέλια προσκομίσας μοι;" ὁ δὲ "Ἠλίας"
φησὶν "ὁ Θεσβίτης εἰμί," καὶ ἀπέπτη τῶν ὀφθαλμῶν. διυπνι-
σθεῖσα οὖν ἐκείνη, καὶ ταῖς δεξιαῖς ταύταις ὄψεσι, μᾶλλον δὲ
θείαις ἀποκαλύψεσιν οἷον ἀναπτερωθεῖσα καὶ ζωπυρήσασα, προ-
θύμως αὐτὴ παρώρμα καὶ ἐξέπεμπε τὸν υἱὸν πρὸς τὴν βασιλεύ-
ουσαν, καὶ οἷα μήτηρ ἐνουθέτει καὶ παρεκάλει τόν τε θεῖον φόβον
διηνεκῶς ἔχειν ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ νομίζειν ἀεὶ τὸν τῆς προνοίας

incitet, ac adhortetur ut Byzantium veniat, vernansque gratiis animi pratum ac generosae mentis praestantes dotes exhibeat. videbatur enim sibi quandoque parens in somnis videre maximam ab ipsa enasci arborem, velut olim Cyri mater vitem viderat, eamque supra domum stantem, comantem floribus fructibusque onustam. maiorem e terra stipitem (truncum scilicet) aureum surgere, ramosque et folia auro rutila praeferre. cumque necessariorum cuidam earumque rerum coniectori existimato idoneo rem rettulisset, claram haec audivit magnamque filio protendere fortunam. rursusque non multo post videt in somnis virum senio gravem, ignem ex ore mittentem, in haec clare verba ipsam alloquentem, "carissimo tibi filio Basilio concredenda a deo sunt imperii Romani sceptra ac gubernacula; ideo necesse est horteris eum ut Cpolim vadat." mater iucundo hoc nuntio diffusa plenaque gaudio, senem venerata, "ecquis" inquit "tu, domine mi, qui mihi ancillae tuae non solum apparere dignatus es, sed et nuntium sic laetum afferre?" cui ille "Elias" inquit "Thesbites sum;" atque hoc dicto ex oculis evolavit. a somno ergo excitata, faustisque hisce visis seu potius divinis revelationibus spe sublata novaque flamma accensa, alacris ipsa filii hanc profectionem urgebat, et ut Augustam urbem peteret incitabat; proque matris munere admonebat ac obsecrabat ut et dei timorem continue in animo haberet, eiusque

ὀφθαλμὸν πᾶσαν πρᾶξιν αὐτοῦ καὶ πᾶν νόημα ἐφορᾶν καὶ μηδὲν ἀνάξιον τῆς τοιαύτης ἐφορείας σπουδάζειν, ἀλλὰ τῷ προσήκοντι D καταστήματι τὰς οἰκείας ἀρετὰς ἐπιδείξασθαι καὶ ἐν μηδενὶ τὴν προγονικὴν καταισχῦναι εὐγένειαν.

9. Ἄρας οὖν ἐκ Μακεδονίας τῆς Θρᾴκης πρὸς τὴν ἄρχουσαν ταύτην τῶν πόλεων πασῶν ἐπορεύετο, τῶν δυνατῶν τινὶ καὶ περιφανῶν προσμῖξαι βουλόμενος καὶ εἰς θεραπείαν καὶ δουλείαν αὐτοῦ ἑαυτὸν ἀποτάξαι καὶ καταστῆσαι. καὶ τὸ μεταξὺ διανύσας διάστημα, καὶ κατὰ τὰς χρυσᾶς πύλας τῆς βασιλίδος γενόμενος, καὶ δι' αὐτῶν ἤδη καταφερομένης τῆς ἡμέρας εἰσελθών, πλησίον τυγχάνοντι τῷ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Διομήδους προσπελάζει μοναστηρίῳ, καὶ ἀπὸ τῆς ὁδοιπορίας κατάκοπος ὢν αὐτοῦ που πρὸ P 140 τοῦ πυλῶνος ἐν τοῖς ἐκεῖσε βάθροις ἀτημελῶς οὕτως ἐπιρρίψας ἑαυτὸν ἀνεπαύετο. καὶ δὴ περὶ πρώτην τυχὸν φυλακὴν νυκτὸς ὄναρ τῷ τῆς μονῆς καθηγουμένῳ ὁ μάρτυς Διομήδης ἐφίσταται, κελεύων ἐπὶ τὸν πυλῶνα τῆς μονῆς ἐξελθεῖν καὶ ἐξ ὀνόματος καλέσαι Βασίλειον, καὶ ὃς ἂν αὐτῷ ὑπακούσῃ καλοῦντι, τοῦτον εἰσαγαγεῖν εἰς τὸ μοναστήριον καὶ ἐπιμελείας ἀξιῶσαι, τροφῆς τε καὶ σκέπης καὶ ἐνδυμάτων καὶ πάσης μεταδόντα τῆς ἐνδεχομένης χρείας καὶ θεραπείας· κεχρισμένον γὰρ εἰς βασιλέα τυγχάνειν παρὰ θεοῦ, καὶ αὐτὸν μέλλειν εἰς ἀνοικοδομὴν καὶ αὔξησιν τῆς B παρούσης γενέσθαι μονῆς. ὡς δὲ φαντασίαν ἄλλως καὶ κενὸν διανοίας ἀνάπλασμα δόξας τὸ ὁραθὲν ὁ ἡγούμενος ἐν οὐδενὶ λόγῳ

12 πρὸς A 16 ἐπὶ] περὶ AP

providentiae oculum suas omnes actiones animique sensa ac rationes inspicere existimaret, eaque inspectione indignum aliquid moliri serio caveret, sed convenienti modestia animique praesentia suarum specimen virtutum daret, nec ullo scelere aut noxa avitam ingenuitatem macularet.

9. Profectus ergo ex Macedonia Thraciae ad hanc urbem omnium reginam iter arripuit, hoc animo agitans ut se potentiorum cuidam illustriumque virorum adiungeret, illiusque obsequiis ac servitio operam studiumque addiceret. emensoque itinere, et cum ad urbis Aureas portas venisset, inclinata iam ac deposita per eas ingressus die, ad sancti martyris Diomedis monasterium, quod prope erat, accedens, ex via fessus, ibidem pro foribus in gradibus pro vestibulo positis sic neglectim proiecto corpore quiescebat. et ecce, circa primam fere noctis custodiam, martyr Diomedes monasterii praefecto in somnis astans ad fores monasterii iubet exire, exque nomine Basilium compellantem, quisquis vocanti obaudierit, hunc inducere in monasterium ac curare diligenter, ciboque et tecto et vestimentis, omni denique necessario cultu ac obsequio, quoad per facultatem licuerit, impartiri atque fovere: esse enim a deo unctum in imperatorem, ipsumque exstruendo augendoque monasterio operam quandoque collaturum. verum cum ille, visum temere oblatum inaneque mentis commentum arbitratus, quod ita conspexerat, nullo loco praece-

ἔθετο, ἀλλὰ πάλιν ἑαυτὸν τῷ ὕπνῳ ἐκδέδωκεν, ἐκ δευτέρου βλέπει καὶ ἀκούει τὰ ὅμοια. ὡς δὲ καὶ ἔτι νωθὴς καὶ ὑπνώδης, ὡς ἔοικεν, ὢν οὐκ ἀνέφερεν, ἐκ τρίτου βλέπει τὸν μάρτυρα, οὐκέτι πράως καὶ ἱλαρῶς παρακελευόμενον ἀλλὰ σφοδρῶς ἀπειλοῦντα καὶ μάστιγας τῷ δοκεῖν ἐπιφέρειν πειρώμενον, εἰ μὴ θᾶττον ὑπηρετήσει πρὸς τὰ λεγόμενα. τότε δ' οὖν μόλις οἱονεὶ ἀνανήψας καὶ τὸν γείτονα θανάτου ὕπνον τῶν ὀφθαλμῶν ἀποτιναξάμενος τῷ C πυλῶνι ἐφίσταται, καὶ κατὰ τὸ τοῦ μάρτυρος πρόσταγμα ἐξ ὀνόματος ἐκάλει Βασίλειε. ὁ δὲ εὐθὺς ἀπεκρίνατο "ἰδοὺ ἐγώ, κύριε· τί προστάσσεις τῷ δούλῳ σου;" εἴσω δὲ αὐτὸν τῆς μονῆς ποιησάμενος, καὶ ἰδὼν ῥυπῶντά τε καὶ αὐχμῶντα καὶ πολὺν ἐπὶ τοῦ προσώπου τὸν ἥλιον φέροντα, τῆς δεούσης ἐπιμελείας καὶ θεραπείας ἠξίωσεν καὶ πάσης φιλανθρωπίας μετέδωκεν. εἶτα τὸ μυστήριον παρ' ἑαυτῷ φυλάττειν καὶ πρὸς μηδένα ἐκλαλῆσαι διὰ τὸ κινδυνῶδες εἰσηγησάμενος, τὴν τοῦ μάρτυρος αὐτῷ ἐφανέρωσε πρόρρησιν καὶ πρὸς τὸ μεμνῆσθαι μετὰ τὴν ἔκβασιν ἠσφαλίσατο. D τοῦ δέ, ὡς ὑπὲρ αὐτὸν ὄντος τοῦ πράγματος, μηδὲ παραδέχεσθαι δόξαντος, ἀλλὰ μᾶλλον δι' αὐτοῦ ἀξιοῦντος εἰσοικισθῆναι καὶ πρὸς δουλείαν δοθῆναι τῶν ἐμφανεστέρων τινί, προθύμως ἑαυτὸν εἰς τοῦτο ἐπέδωκεν ὁ ἡγούμενος. καὶ ἐπεὶ συνήθως εἶχε πρὸς τὴν τοιαύτην μονὴν καὶ πολλάκις ἐτύγχανεν ἐκεῖσε φιλίως φοιτῶν ὁ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ καὶ Βάρδα τοῦ Καίσαρος συγγενής, ὃν ὑποκοριζόμενοι Θεοφιλίτζην ἐκάλουν, ἐπώνυμον φέροντα τὸν Παι-

7 τῷ om P   11 ῥυποῦντα καὶ P   12 τὸν om P

ptum habuisset, sed se rursum somno dedisset, eadem iterum videt auditque. et cum adhuc etiam segnior somnoque gravis, ut videbatur, se non colligeret, tertio martyrem videt, non iam blande ac hilariter praecipientem sed atrociter minitantem, plagasque, ut apparebat, inferre tentantem, ni citius iussa praestaret. tunc itaque velut aegre emergens mortique vicinum somnum oculis excutiens ad fores venit; et ut ei martyr praeceperat, ex nomine vocat Basili. cui ille statim respondit "ecce ego, domine. quid iubes servo tuo?" introducens vero in monasterium, cum squalore ac sordibus obsitum solisque ardoribus longe exustum conspexisset, convenientem curam obsequiumque adhibuit ac omni humanitate accepit. tum monens ut secretum penes se teneat, caveatque cuiquam evulgare ob rei periculum, martyris illi indicat vaticinium, et ut post eventum meminisset iureiurando obstringit. cum autem Basilius nec acceptare videretur, ut quod res eius modum excederet, sed potius rogaret ut eius insinuatione nobiliorum cuiusdam obsequiis pro comitatu operam addicere liceret, impigre se praestiturum praefectus in se recepit. quodque monasterio familiarius utebatur saepiusque amice invisebat Michaelis imperatoris Bardaeque Caesaris consobrinus (Theophilitzen quasi subblandiendo ac mi-

δευόμενον, τούτῳ συνέστησε τὸν Βασίλειον ὁ ἡγούμενος· ἐτύγχανε γάρ πως τὸ Θεοφιλίδιον τοῦτο γαῦρον ὂν τῷ φρονήματι καὶ μεγαλοφροσύνης οὐκ ἀφεστώς, ἀλλὰ εἰς σπουδὴν ἔχον γενναίους P 141 ἄνδρας καὶ εὐειδεῖς καὶ εὐήλικας καὶ ἐπ' ἀνδρίᾳ μάλιστα καὶ ῥώμῃ σώματος διαφέροντας κεκτῆσθαι περὶ αὐτὸν καὶ ἐπὶ τούτοις μέγα φρονεῖν καὶ σεμνύνεσθαι· οὓς εὐθὺς ἦν ὁρᾶν σηρικαῖς τε κοσμουμένους ἐσθῆσι καὶ τῇ ἄλλῃ καταστολῇ διαπρέποντας. τούτοις καταλεγέντα τὸν νέηλυν νεανίαν Βασίλειον, καὶ κατὰ πολὺ προέχειν δόξαντα τῶν λοιπῶν κατά τε σωματικὴν ἀλκὴν καὶ ψυχικὴν ἀνδρίαν, πρωτοστράτορα αὐτοῦ πεποίηκεν ὁ Θεόφιλος, καὶ ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ἐπὶ πλέον ἠγαπᾶτο παρ' αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τοῖς οἰκείοις προτερήμασιν ἐθαυμάζετο· ἐφαίνετο γὰρ καὶ κατὰ χεῖρα γενναῖος καὶ κατὰ ψυχὴν συνετὸς καὶ πρὸς τὸ κελευόμενον πᾶν ὀξύς τε καὶ B ἐπιτήδειος.

10. Ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ διηνεκῶς ποτνιωμένη περὶ αὐτοῦ, καὶ διὰ τὸ μήπω μαθεῖν ὅπως αὐτῷ τὰ τῆς ἀποδημίας εὐώδωται δυσθυμοῦσά τε καὶ ἀσχάλλουσα, βλέπει πάλιν κατὰ τοὺς ὕπνους μέγα φυτὸν κυπαρίσσῳ προσεοικός, κατὰ τὴν αὐλὴν αὐτῆς ἑστηκός, φύλλοις τε χρυσοῖς πυκαζόμενον καὶ χρυσοῦς τοὺς κλάδους καὶ τὸ στέλεχος ἔχον, οὗπερ ὕπερθεν ὑπὲρ κορυφῆς ὁ ταύτης υἱὸς Βασίλειος ἐκαθέζετο. διυπνισθεῖσα δὲ καὶ μεθ' ἡμέραν τινὶ τῶν εὐλαβῶν γυναικῶν, ἣ νυκτὸς καὶ ἡμέρας κατὰ τὴν Ἄνναν ἐκείνην οὐκ ἀφίστατο ἀπὸ τοῦ θείου ναοῦ ἀλλὰ ταῖς εὐχαῖς καὶ νηστείαις C

8 καὶ om P   22 Ἄννην P

forma vocabant; cognomen viro Paedeuomeno), ei praefectus Basilium commendat. erat enim minor hic Theophilus magnis cogitationibus inflatus, nec a magnificentia abhorrens, sed qui viros strenuos formaeque elegantia ac statura conspicuos potissimumque fortitudine atque robore praestantes in comitatu habere studebat, sibique illis placebat ac honestari ambiebat. vidisses statim sericis indutos ac reliquo cultu egregie ornatos. his adlectum recens admodum quaesitum iuvenem Basilium, ac tum corporis robore tum animi virtute longe reliquis praestare visum, suum protostratorem fecit, maiorique in dies amore prosequebatur, ac pro eximiis eius dotibus admirabatur. cernebatur enim et manu strenuus atque animo prudens, et ad praestandum quicquid iniunctum esset oppido promptus et solers.

10. Eius porro mater continue quiritans maerensque ac dolens quod nondum didicerat, quam illi prospere cessisset profectio quam susceperat, ingentem rursus in somnis videt arborem cupresso similem in impluvio suo stantem, aureis foliis frondosam ramisque aureis ac trunco diffusam, in cuius vertice Basilius ipsius filius assidebat. experrecta igitur die sequenti mulieri cuidam religiosae, quae velut Anna illa diu noctuque a divino templo non discedebat, sed orationi et ieiunio vaca-

ἐσχόλαζε, τὰ τῆς ὄψεως διηγήσατο. ἡ δὲ εὐθυμεῖν τε παρῄνεσεν ἐπὶ τῷ υἱῷ, καὶ τὸ ὁραθὲν ἐπικρίνασα βεβαίως δηλοῦν ἀπεφήνατο βασιλέα Ῥωμαίων γενέσθαι σου τὸν υἱόν. τοῖς προτέροις οὖν καὶ τοῦτο προσλαβοῦσα λοιπὸν ἡ μήτηρ οὐκέτι περὶ αὐτοῦ ἐδυσφόρει οὐδὲ ἤσχαλλεν, ἀλλὰ τρεφομένη ταῖς ἐλπίσι καὶ τὴν ἄνωθεν ἀντίληψιν ἐκδεχομένη ἀνέθαλλεν.

11. Συνέβη δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον τὸν κύριον τοῦ Βασιλείου Θεόφιλον διά τινας τοῦ δημοσίου δουλείας παρὰ τοῦ βασιλεύοντος Μιχαὴλ καὶ Βάρδα τοῦ Καίσαρος ἀποσταλῆναι εἰς
D Πελοπόννησον. συνῆν δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Βασίλειος, εἰς τὴν ἀφορισθεῖσαν αὐτῷ δουλείαν καθυπουργῶν. γενόμενος δὲ κατὰ τὰς Πάτρας τῆς Ἀχαΐας ὁ εἰρημένος Θεόφιλος εἰσῄει εἰς τὸν τοῦ πρωτοκλήτου ἀποστόλου Ἀνδρέου ναὸν προσευξόμενος. ὁ δὲ Βασίλειος περὶ τὴν οἰκείαν διακονίαν, ὡς ἔοικεν, ἀσχολούμενος οὐ συνεισῆλθεν αὐτῷ, ἀλλ' ὕστερον καταμόνας τὸ ὀφειλόμενον καὶ αὐτὸς τῷ ἀποστόλῳ σέβας ἀποδιδοὺς πρὸς τὸν τοιοῦτον ναὸν παραγέγονε. μοναχὸς δέ τις ἐκεῖσε ποιούμενος τὰς διατριβὰς καὶ τὸν πλείονα χρόνον ἐν τῷ τοῦ ἀποστόλου σχολάζων ναῷ τὸν μὲν Θεό-
P 142 φιλον εἰσελθόντα ἰδὼν οὔτε διανέστη οὔτε ἐπηύξατο οὔτε τινὸς ἠξίωσε ῥήματος, μηδὲ τὴν περὶ αὐτὸν ὡς εἰκὸς δορυφορίαν καὶ λαμπρότητα αἰδεσθείς· ὕστερον δὲ τοῦ Βασιλείου εἰσερχομένου ὑπεξανέστη τε ὥς τινι τῶν κρειττόνων καὶ τὴν ἐξ ἔθους τοῖς βασιλεῦσιν εὐφημίαν προσήνεγκεν. ὅπερ τῶν ἐκεῖσε τυχόντων ἰδόντες

6 εἰσδεχομένη A 14 συνῆλθεν P

bat, visum narravit. iussit illa bono animo esse de filio, visumque interpretata certissime innuere affirmavit Basilium eius filium Romanorum imperatorem fore. iam itaque prioribus aliis istud quoque mater praesagium adiungens, haud amplius maerebat ac discruciabatur, sed spe bona lactata exspectansque divinum auxilium senectam recreabat.

11. Contigit autem per hoc tempus ut Basilii herus Theophilus, exposcentibus publicae rei negotiis, a Michaele imperatore et Barda Caesare in Peloponnesum mitteretur. fuit et Basilius illi comes, cui addictus erat ministerio, in comitatu navans operam. veniens autem Patras Achaiae, quem dicebam, Theophilus, in sancti Andreae primum vocati apostoli, preces oblaturus, templum ingreditur. Basilius autem circa ministerium suum, ut par est, occupatus cum illo minime intravit; sed postea seorsum, debitum et ipse cultum apostolo redditurus, ad idem templum venit. quidam vero monachus illic sedes habens ac temporis partem longe maximam terens, apostoli templo assiduus, Theophilum ingredientem videns nec assurrexit nec illi bene precatus, ac nec verbo consalutandum duxit, nec stipantem cohortem, ut par est, reveritus, nec viri splendorem ac dignitatem. postmodum vero intrante Basilio velut uni ex dignioribus assurrexit, ac quam moris est imperatoribus, salutationem adhibuit. id ita gestum cum praesentium aliqui in oculis vidis-

καὶ ἀκηκοότες τινὲς τῇ κατὰ τοὺς τόπους ἐκείνους εὐγενεῖ καὶ πλουσιωτάτῃ γυναικί, ἣ Δανηλὶς ἀπὸ τοῦ ταύτης ἀνδρὸς ὠνομάζετο, ἀπαγγέλλουσιν. ἐκείνη δὲ διὰ πείρας τὸν μοναχὸν γινώσκουσα, ὅτι προορατικοῦ χαρίσματος κατηξίωται, οὐκ ἐγένετο περὶ τὸ λεχθὲν ἀμελής, ἀλλὰ μετακαλεσαμένη τὸν μοναχὸν διῆλθε προσονειδίζουσα. "τοσοῦτος χρόνος ἐξ οὗ σοι γνώριμος" ἔφη B "τυγχάνω, πάτερ πνευματικέ, καὶ οἶδάς με πάντως οὖσαν ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς καὶ τῶν ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ ὑπερέχουσαν καὶ προάρχουσαν, καὶ οὐδέποτε οὔτ' ἐπηγέρθης θεασάμενός με οὔτε ἐπηύξω μοι, ἀλλ' οὐδὲ τῷ υἱῷ ἢ τῷ ἐκγόνῳ μου τὴν τοιαύτην τιμὴν ἀπένειμας. καὶ πῶς νῦν ἄνθρωπον εὐτελῆ καὶ ξένον μηδὲ γνώριμον τοῖς πολλοῖς ἰδὼν καὶ ὑπεξανέστης καὶ ὡς βασιλέα ἐτίμησας;" ὁ δὲ εὐλαβὴς ἐκεῖνος μοναχὸς πρὸς αὐτὴν ἀπεκρίνατο ὅτι οὐχ ὡς σὺ λέγεις, ἕνα τῶν τυχόντων εἶδον τὸν ἄνδρα ἐγώ, ἀλλ' ὡς μέγαν βασιλέα τῶν Ῥωμαίων ὑπὸ Χριστοῦ κεχρισμένον εἶδον, καὶ ἐξανέ- C στην καὶ ἐπευφήμησα· τοῖς γὰρ ὑπὸ θεοῦ τετιμημένοις ὀφειλομένη πάντως ἐστὶ καὶ ἡ ἐξ ἀνθρώπων τιμή." διατρίψαντος τοίνυν ἐν τοῖς ἐκεῖσε μέρεσιν ἐπὶ χρόνον τινὰ τοῦ κυρίου τοῦ Βασιλείου, καὶ τὰς ἐπιτραπείσας αὐτῷ τοῦ δημοσίου δουλείας ἀνύσαντος καὶ ἀνατρέχειν πρὸς τὴν βασιλεύουσαν μέλλοντος, ἐπεὶ ἔτυχεν ἀσθενείᾳ σώματος ληφθεὶς ὁ Βασίλειος, αὐτόθι καταλιμπάνεται. ἐπιμελείας δὲ τῆς προσηκούσης τυχὼν μετὰ χρόνον τινὰ τῆς νόσου κρείττων ἐγένετο καὶ πρὸς τὴν ἄνοδον καὶ αὐτὸς ἡτοιμάζετο. μετακαλεσαμένη δὲ αὐτὸν ἡ προρρηθεῖσα γυνὴ Δανηλὶς πολλοῖς καὶ

sent audissentque, praenobili cuidam ac opulentissimae iis in locis matronae, cui a viro Danelis nomen, denuntiant. illa vero, quae certo sciret experimento monachum futurorum praescientiae dono decoratum esse, nihil segnis dictum arripuit. accersito itaque monacho in haec fere verba exprobrabat. "tot anni sunt, pater spiritalis, ex quo tibi nota sum; nec plane latet quam pro vulgi ratione me longe praestare locique incolis praecellere ac in eis quasi principem esse; nunquam tamen videns assurrexisti aut bene precatus es; at neque filio meo aut nepoti eiuscemodi honorem detulisti. quid igitur causae est cur nunc vilem hominem et peregrinum nec vulgo notum videns, et assurrexeris et imperatoris honore colueris?" cui pius ac religiosus monachus "non ut tu loqueris, unum quem e vulgo vidi, sed velut magnum imperatorem a Christo unctum conspexi, et assurrexi, faustisque ominibus prosecutus sum, ac ei acclamavi. quos enim deus honoravit, his prorsus etiam humanus honor debetur et cultus." postquam igitur Basilii herus tempus aliquod in Achaia moratus, expletisque quae illi iniuncta erant publicis negotiis, Byzantium erat reversurus, Basilius, quod eum morbo corripi contigerat, ibi relinquitur. convenienti autem cura ei adhibita, brevi morbo levatus, ad reditum se et ipse accingit. accersens vero, quam dicebam, matrona Danelis multis magnisque eum donis accipit, prudenter

D μεγάλοις δεξιοῦται χαρίσμασιν, ἐμφρόνως πάνυ καὶ συνετῶς ὥσπερ
τινὰ σπόρον εἰς ἀγαθὴν αὐτὰ καταβαλλομένη χώραν, ἵνα ἀμήσῃ
παμπολλαπλασίονα ἐν εὐθέτῳ καιρῷ· δέδωκε γὰρ αὐτῷ καὶ χρυ-
σὸν ἱκανὸν καὶ ἀνδράποδα πρὸς ὑπηρεσίαν τριάκοντα καὶ ἐν ἱμα-
τισμῷ καὶ διαφόροις εἴδεσι πλοῦτον πολύν, μηδὲν ἕτερον ἐπιζητή-
σασα τὸ πρότερον παρ' αὐτοῦ ἢ τὸ ποιήσασθαι πνευματικῆς ἀδελ-
φότητος σύνδεσμον πρὸς Ἰωάννην τὸν ταύτης υἱόν. ὁ δὲ ὡς ὑπὲρ
αὐτὸν μᾶλλον οὖσαν διωθεῖτο τὴν ἔντευξιν διὰ τὸ δοκοῦν τῆς γυ-
P 143 ναικὸς περιφανὲς καὶ τὸ αὐτοῦ κατὰ τὸ ὁρώμενον εὐτελές. ὅμως
πλείονα παράκλησιν δεξάμενος ὑπ' αὐτῆς τοῦτο πεποίηκε. καὶ
τότε οἱονεὶ ἐπὶ πλέον θαρρήσασα εἶπε φανερῶς πρὸς αὐτὸν ὅτι σε
ὁ θεὸς μέγαν ἄνθρωπον ἔχει καὶ ἐπὶ μεγάλης μέλλει τιμῆς ἀν-
υψοῦν, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἐπιζητῶ ἢ ἀπαιτῶ παρὰ σοῦ πλὴν ἵνα
ἀγαπᾷς καὶ ἐλεῇς ἡμᾶς. ὁ δὲ τῆς γῆς ἐκείνης ἁπάσης, εἰ δυνατόν,
κυρίαν αὐτὴν ἀποφῆναι, εἰ τοῦτο ἔσται, κατεπηγγείλατο. καὶ
οὕτως ἐκεῖθεν ἀπάρας ἀνῄει καὶ αὐτὸς πρὸς τὴν βασιλεύουσαν καὶ
τὸν αὐτοῦ κύριον. ἀπὸ δὲ τῶν ἐντεῦθεν αὐτῷ προσγεγονότων
χρημάτων μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἐξωνήσατο κτήματα κατὰ Μακεδο-
B νίαν μεγάλα, καὶ κατέστησεν ἐπ' εὐπορίας ἅπαντας τοὺς προσή-
κοντας ἱκανῆς, καὶ γέγονε πλούσιος καὶ αὐτός, ὥσπερ ταῖς ἀρε-
ταῖς, οὕτω δὴ καὶ τοῖς κτήμασι καὶ τοῖς χρήμασι. συνῆν δὲ
ὅμως τῷ κυρίῳ αὐτοῦ καὶ διηκόνει αὐτῷ.

6 ἐπιζητοῦσα P   20 ἱκανῶς P

omnino ac sapienter velut sementem quandam in bonum arvum mittens, ut longe multiplices inde fruges locuplete messe opportuno tempore decerperet. dedit enim illi cum iustam satis auri vim, tum triginta ad obsequium mancipia; in vestibus quoque aliaque diversi generis supellectili opes nimias numeravit, nihil aliud ab eo prius exigens quam ut spiritalis fraternitatis necessitudinem cum Ioanne filio suo necteret. reiiciebat ille, velut supra facultatem ac dignitatem, quod sic ea poscebat, pro matronae scilicet, quae videbatur, claritate, suaque ipsius, quantum oculis cernebatur, abiecta vilique sorte. ea tamen magis magisque hortante atque rogante animum tandem accommodavit. tum mulier, velut maiori assumpta fiducia, ad eum palam infit, "magnum te deus virum habet, magnoque honore est exaltaturus. ad me quod attinet, aliud a te nihil exigo, nihil quaero, quam ut diligas ac nostri miserearis." Basilius omnem eam provinciam, si fieri possit, illius se iuris facturum pollicetur, dum res dicto successerit. sicque inde profectus ipse quoque ad urbem Augustam et ad herum redit. porro ex cumulatis inde pecuniis ingentia praedia in Macedonia redemit, satisque affines omnes et consanguineos ditavit; ipseque, quemadmodum virtutibus, sic et possessionibus et pecuniis auctus divesque effectus est. mansit tamen cum hero, illius hactenus obsequio addictus.

12. *Κατὰ δέ τινα τῶν ἡμερῶν Ἀντίγονος ὁ πατρίκιος καὶ δομέστικος τῶν σχολῶν κλητόριον ἐν ταῖς βασιλικαῖς οἰκίαις, αἳ κατὰ τὴν πλησιάζουσαν τοῖς βασιλείοις αὐλήν, ᾠκοδόμησε καὶ πολυτελὲς ἐσκευάσατο, ἑστιάτορα καὶ δαιτυμόνα τὸν οἰκεῖον πατέρα Βάρδαν ποιούμενος. ὁ δὲ Καῖσαρ τοὺς μείζονας τῆς συγκλήτου καὶ τοὺς οἰκείους παραλαβὼν καὶ τοὺς συνήθεις πρὸς τὴν εὐωχίαν* C *ἀπῄει, συμπαραλαβὼν καὶ τοὺς ἀπὸ Βουλγαρίας φίλους, συνήθως κατὰ τὸν τότε καιρὸν τῇ βασιλευούσῃ ἐνδιατρίβοντας. παρῆν δὲ τῇ ἑστιάσει καὶ Θεόφιλος ὁ τοῦ Βασιλείου κύριος οἷα συγγενὴς καὶ αὐτὸς τοῦ Καίσαρος, ἀλλὰ καὶ Κωνσταντῖνος ὁ πατρίκιος, ὁ τοῦ καθ' ἡμᾶς λογοθέτου τοῦ δρόμου καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ ἄκρου καὶ ἀδωροτάτου περιφανῶς πατρικίου Θωμᾶ πατήρ. οἱ δὲ Βούλγαροι ἀεί πως οἰηματίαι καὶ καυχηματίαι τυγχάνοντες, ἐπεὶ ἔτυχον τότε μεθ' ἑαυτῶν ἔχοντες Βούλγαρον ἐπ' ἀνδρίᾳ σεμνυνόμενον σώματος καὶ ἄκρον ἐν παλαισμοσύνῃ ὑπάρχοντα, ὃν οὐδεὶς σχεδὸν μέχρι τότε τῶν προσπαλαιόντων κατέβαλεν, οὐκ ἀνεκτὸν ἐδόκουν* D *ἐπ' αὐτῷ φρονεῖν ἀλλ' ὑπὲρ τὸ μέτρον ἠλαζονεύοντο. τοῦ δὲ πότου προϊόντος καὶ θυμηδίας χορευούσης κατὰ τὴν τράπεζαν, λέγει ὁ μικρὸς ἐκεῖνος Θεόφιλος πρὸς τὸν Καίσαρα ὅτι ἔχω, δέσποτα, ἄνθρωπον ὃς ἐὰν κελεύσῃς ἵνα παλαίσῃ μετὰ τοῦ περιβοήτου τούτου Βουλγάρου. μέγιστον γὰρ ὄνειδος τοῦτο Ῥωμαίοις, καὶ οὐδεὶς ὑποίσει τὴν ἀλαζονείαν αὐτῶν, εἰ οὗτος ἀκαταγώνιστος ἐν Βουλγαρίᾳ παραγένηται. τοῦ δὲ Καίσαρος γενέσθαι προστά-*

7 Βουλγάρων P   11 ἐν om A   14 Βούλγαρον ἔχοντες A
23 προσταξάμενος P

12. Quodam die Antigonus patricius et scholarum domesticus solenni mensae apparatu in regiis aedibus in propinquo regiae atrio opiparoque instructo convivio (κλητόριον vocant) patrem suum Bardam convivatorem ac epulonem facit. Caesar, una secum senatus primates affinesque ac necessarios assumens, praetereaque amicos Bulgaros, ex more Cpoli morantes, ad convivium venit. intererat epulis et Theophilus Basilii herus, eo quod etiam ipse Caesaris consanguineus erat: sed et Constantinus patricius, Thomae patricii pater, nostro hoc aevo cursus logothetae, viri in rebus philosophicis summi ac plane integerrimi. porro Bulgari semper iactandi fastu insolentes ac gloriabundi, cum secum Bulgarum haberent corporis viribus torisque praecellentem primasque in lucta sibi vindicantem, quem vix ullus usquam hactenus lucta deiecisset, haud ferendum putabant ut sibi de illo aliquid tribuerent, nisi supra modum arrogantes pene insultarent. compotatione itaque procedente ac hilaritate in mensa effuse tripudiante, ait pusillus ille Theophilus ad Caesarem, "habeo, domine, hominem in comitatu, qui, si iusseris, cum famoso illo Bulgaro sit luctaturus. maximo enim probro Romanis cedet, nec ullus erit qui illorum arrogantiam ferat, si iste in Bulgariam a nullo superatus redierit." iubet Caesar ita praestari; isque cuius memini,

ξαντος, ὁ προμνημονευθεὶς Κωνσταντῖνος πατρίκιος, σφόδρα φιλίως πρὸς τὸν Βασίλειον διακείμενος ἅτε καὶ αὐτὸς ἐξ Ἀρμενίων P 144 ἕλκων τὸ γένος, ἐπεὶ δίυγρον εἶδε τὸν τόπον ἐν ᾧ διαγωνίζεσθαι ἔμελλον, καὶ ἐδεδοίκει μή πως ὀλισθήσῃ τυχὸν ὁ Βασίλειος, αἰτεῖ προτροπὴν γενέσθαι παρὰ τοῦ Καίσαρος ἐκ ξύλων ἐπιρρανθῆναι πρίσμα κατὰ τὸ ἔδαφος. οὗ γενομένου συμπλακεὶς τῷ Βουλγάρῳ ὁ Βασίλειος, καὶ θᾶττον συμπιέσας καὶ περισφίγξας αὐτόν, ὡσεὶ δεσμόν τινα χόρτου κοῦφον καὶ ἄψυχον ἢ ἐξ ἐρίου πόκον ξηρόν τε καὶ ἐλαφρόν, οὕτω ῥᾳδίως αὐτὸν ἐπάνω τῆς τραπέζης μετεωρίσας ἀπέρριψεν. τοῦ δὲ γεγονότος οὐδεὶς τῶν παρόντων ἦν ὃς οὐ περιεῖπε καὶ ἐθαύμαζε τὸν Βασίλειον. ἐκπλαγέντες δὲ καὶ οἱ Βούλγαροι τὴν περιουσίαν τῆς εὐχερείας τε καὶ δυνάμεως ἔμειναν ἐνεοί. B ἀπ' ἐκείνης δὲ τῆς ἡμέρας ἤρξατο ἐπὶ πλέον ἡ τοῦ Βασιλείου φήμη εἰς πᾶσαν τὴν πόλιν διαφοιτᾶν, καὶ τοῖς ἁπάντων διεφέρετο στόμασιν, ἀπόβλεπτος ἤδη καθεστηκώς.

13. Ἦν δὲ παρὰ τῷ βασιλεῖ Μιχαὴλ ἵππος ἀφηνιαστὴς καὶ ἄτακτος σκληραύχην τε καὶ ἀγέρωχος, τὰ δ' ἄλλα γενναῖος καὶ ἀγαθὸς καὶ καθ' ἡλικίαν καὶ κάλλος καὶ τάχος μέγας καὶ θαυμαστός, ὃς εἰ ἔτυχε λυθεὶς τοῦ δεσμοῦ ἢ ἄλλως πως ἀφεθείς, λίαν ἦν δυσχερὴς εἰς χεῖρας αὖθις ἐλθεῖν καὶ πολλὰ πράγματα πρὸς τὸ κατασχεῖν παρεῖχε τοῖς ἱπποκόμοις. συνέβη δέ ποτε τὸν βασιλέα πρὸς θήραν ἐξελθόντα καὶ τὸν τοιοῦτον ἵππον ἐπιβεβη-

4 ὁ om P   6 πρίαμα μετὰ P   9 τῆς om P   18 μέγας] καὶ μέγας P

Constantinus patricius, amicitiae nexu Basilio coniunctissimus, quippe qui et ipse ex Armeniis originem trahebat, videns subhumidum arenae solum, qua colluctaturi erant, veritusque ne per eius lubricitatem Basilius pede offenderet ac laberetur, Caesarem rogat ut scobe lignorum locum conspergi praecipiat. factum est; consertaque Basilius lucta cum Bulgaro citius prehendens atque constringens, velut levem exsuccumque foeni manipulum aut ex lana vellus aridum ipsumque leve, haud magno molimine in mensam levans allisit. eo facinore nemo praesentium fuit qui non Basilio impensus animo sit eumque admiratione laudaverit. sed et ipsi Bulgari subigendi illa facilitate atque robore in stuporem acti conticuerunt. ex illa hora coepit per omnem civitatem Basilii fama magis percrebrescere, iamque factus conspicuus per omnium celebris ora volabat.

13. Erat porro apud Michaelem equus frena mordens et indomitus duraque cervice et superbus; ceterum generosus et bonus, statura et pulchritudine ac celeritate magnus ac admirandus. is freno solutus, seu alias liber dimissus, aegre admodum rursus ad manus veniebat, plurimumque negotii equisonibus detinere satagentibus facessebat. contigit vero aliquando ut imperator illo ipso equo venatum profectus sua ipse manu

κότα αὐτοχειρίᾳ ῥάβδῳ τυχεῖν λαγωοῦ. εὐθὺς οὖν ὑφ' ἡδονῆς C ὁ βασιλεὺς θᾶττον ἐκ τοῦ ἵππου καθήλατο πρὸς τὸ σφάξαι τὸν λαγωόν. ἄφετος δὲ ὁ ἵππος καταλειφθεὶς ἀπεσκίρτησεν, καὶ πολλῶν συνδραμόντων, καὶ τῶν τε τοῦ ἱπποστασίου ἀρχόντων καὶ μαγγλαβιτῶν καὶ λοιπῶν τῶν περὶ αὐτοὺς συγκινηθέντων, οὐκ ἦν τινὶ δυνατὸν τὸν ἵππον λαβεῖν, ὥστε θυμωθέντα τὸν βασιλέα κελεῦσαι, εἰ κρατηθείη, διακοπῆναι τοὺς ὀπισθίους αὐτοῦ τῶν ποδῶν. ὁ δὲ Καῖσαρ Βάρδας παρὼν ἐδεῖτο τοῦ βασιλέως μὴ διὰ μίαν κακίαν τοσαύτην ἀρετὴν ἵππου μάτην παραπολέσθαι. ὁ οὖν Βασίλειος συμπαρὼν τῷ κυρίῳ αὐτοῦ λέγει πρὸς αὐτὸν ὅτι εἰ παραδράμω τὸν βασιλικὸν ἵππον καὶ ἀπὸ τοῦ ἐμοῦ ἵππου ἐκτινα- D χθεὶς ἔποχος αὐτοῦ γένωμαι, ἆρα μὴ διὰ τὸ βασιλικοῖς φαλάροις κεκοσμῆσθαι αὐτὸν ἀγανάκτησις παρὰ τοῦ βασιλέως γένηται κατ' ἐμοῦ; τοῦ δὲ βασιλέως ὑπομνησθέντος καὶ κελεύσαντος τοῦτο γενέσθαι, ἑτοίμως καὶ εὐφυῶς ὁ Βασίλειος τοῦτο πεποίηκεν. ὃ θεασάμενος ὁ βασιλεύς, καὶ ἀγαπήσας τὴν μετ' ἀνδρίας εὐφυΐαν αὐτοῦ καὶ σύνεσιν, εὐθέως ἀπὸ τοῦ Θεοφιλίτζη αὐτὸν ἀνέλαβέ τε καὶ εἰς τοὺς βασιλικοὺς κατέταξε στράτορας. προσεῖχε δὲ καὶ ἠγάπα αὐτόν, ὁρῶν αὐτοῦ τὸ πρὸς τοὺς ἄλλους ἐν πᾶσι διαφέρον P 145 κατὰ πολύ. διὸ καὶ πολλάκις ἐπιδειξάμενον κατενώπιον αὐτοῦ εἰς τὴν τοῦ πρωτοστράτορος ἀξίαν ἐβίβασε.

14. Μετὰ δὲ ταῦτα κυνηγεσίου καταγγελθέντος εἰς τὸ λεγόμενον Φιλοπάτιον, ἦν ὁ πρωτοστράτωρ κατὰ τὸν τύπον τοῦ

21 ἀνεβίβασεν?

fuste leporem feriret. quare statim volupe gestiens, leporem necaturus, equo desilit. liber equus dimissus resiliit, multisque concurrentibus, ac tum equili praefectis, tum manglabitis alioque circum comitatu navantibus operam, qui equum capere posset nullus fuit. quare ira accensus imperator, si teneri unquam equus possit, exscindendos iubet illius posteriores pedes. Bardas autem Caesar, qui rebus aderat, imperatorem rogabat ne tantam equi virtutem ob unum peccatum temere perderet. Basilius itaque, qui tum hero aderat, ei infit "si imperatoris equum praevertero, meoque ipse equo excussus illi insedero, numquid mihi succensebit imperator, quod ille eius phaleris stratus est ac ornatus?" insusurratur sermo auribus imperatoris; remque praestari iubet. Basilius prompte dextreque exsecutus est. vidit imperator, unaque cum robore ac virtute industriam indolem ac sapientiam admiratus a Theophilitze eum statim tulit, suorumque stratorum ordini adlegit. adhibebatque animum ac diligebat, quippe qui ingentem eius in omnibus supra reliquum vulgus praestantiam videret. quapropter cum sui crebro specimen coram exhibuisset, in protostratoris dignitatem evexit.

14. Postea venatione indicta in loco cui nomen Philopatio, protostrator, uti moribus constitutum est, praeibat, ferens imperatoris clavam in

βασιλέως προπορευόμενος ἔφιππος, ἐπεφέρετο δὲ καὶ τὸ ῥόπαλον τὸ βασιλικὸν ἐπὶ τῆς ζώνης αὐτοῦ, ὃ βαρδούκιον οἶδε καλεῖν ἡ συνήθεια. θορύβου δὲ κινουμένου ἀπὸ τῶν συμπληρούντων τὸ κυνηγέσιον, ἐξέθορεν ἐκ τῆς ὕλης λύκος παμμεγεθέστατος, ὥστε σχεδὸν πάντας διαπτοηθῆναι καὶ εἰς ταραχὴν ἐμπεσεῖν. ὁρμήσας δὲ κατ'
B αὐτοῦ ὁ Βασίλειος, καὶ ῥίψας ἐξόπισθεν τὸ βασιλικὸν βαρδούκιον, ἔτυχε τοῦ θηρίου κατὰ τὸ μέσον τῆς κεφαλῆς καὶ ταύτην ἐδιχοτόμησεν. ὁ δὲ Καῖσαρ ὄπισθεν τοῦ βασιλέως κατὰ τὸ εἰωθὸς πορευόμενος καὶ τὸ γεγονὸς θεασάμενος εἶπε πρός τινας τῶν συνεπομένων συνήθων αὐτοῦ καὶ γνωστῶν ὅτι οἶμαι πάσης τῆς γενεᾶς ἡμῶν τὴν κατάλυσιν τὸν ἄνθρωπον τοῦτον μέλλειν γενήσεσθαι· κατεστοχάζετο γὰρ καὶ τὸ πρὸς πάντα τούτου ἐπιτυχές τε καὶ εὐτυχὲς καὶ τὴν διὰ ταῦτα τοῦ βασιλέως διάθεσιν πρὸς αὐτόν. οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ παρὰ Λέοντός φασι τοῦ τηνικαῦτα ἐπὶ παντοδαπῇ σοφίᾳ πρωτεύοντος ἀκοῦσαι αὐτόν, ἐν τῷ πολλάκις περὶ
C τούτων πυνθάνεσθαι τοῦ ἀνδρός, πρῶτα μὲν ὅτι ὑπὸ νεανίσκου τινὸς εὑρίσκω τὴν κατάλυσιν τῆς ὑμῶν γενεᾶς· ἔπειτα, ὡς εἰς ἐμφάνειαν προέβαινεν ὁ Βασίλειος, καὶ τῷ δακτύλῳ τοῦτον ὑποδεῖξαι τῷ Καίσαρι, λέγοντα ὅτι οὗτος τυγχάνει ὃν ἔλεγον διάδοχον ὑμῶν μέλλειν ἔσεσθαι. ἐξ οὗ καὶ ὑφωρᾶτο καὶ ἐνήδρευεν ὁ Καῖσαρ ἀεὶ τὸν Βασίλειον, εἰ καὶ μηδὲν ἀκυρῶσαι ἠδύνατο τῶν ὑπὸ τοῦ θείου προκυρωθέντων βουλήματος· οὐ γὰρ οὕτως ἀπροσδόκητον ὡς ἄφυκτον ἀεὶ τὸ πεπρωμένον ἐστίν. καὶ ταῦτα μέν, εἰ καὶ κατὰ παράβασιν ἴσως, ἀλλ' οὐκ ἔξω τῆς ὑποθέσεως εἴρηται.

1 προπορευόμενος τοῦ βασιλέως P, omisso ἔφιππος. 12 τὸ om A

cingulo: barducium usus vocat. edito vero strepitu a venantium turba, lupus quam maximus e silva erupit, ut omnes fere conterriti turbarentur. porro Basilius impetu in eum irruens, barducioque imperatoris a tergo proiecto, caput medium ferit duasque in partes diffindit. Caesar pone imperatorem ex more incedens, remque conspicatus, ad quosdam amicorum ac necessariorum, qui illi comites erant, ait "arbitror virum hunc omnis nostrae familiae exitium fore." hinc enim coniiciebat, quod cuncta illi ex voto ac prospere cederent, quodque sic in eum ex ea dexteritate ac felicitate imperatoris animus propensus esset. neque propter hoc solum, sed quod etiam, ut aiunt, a Leone, viro in omni sapientiae genere primas obtinente, audierat, cum ex illo saepius sciscitatur "primum a quodam iuvene familiam vestram eversum iri invenio." deinde clariori effecto Basilio, etiam intento digito Caesari monstrasse, dicendo "hic est quem vestrum successorem dicebam fore." unde etiam suspectum habebant, nullumque finem insidias Basilio struendi Caesar faciebat, quanquam nihil ille irritum facere potuit eorum quae divina voluntate decreta erant. non enim sic inexspectata ut semper ineluctabilis est fatorum vis. et haec quidem, etsi forte per digressionem dicta sunt, non tamen extra rem.

15. Φιλοθήρου δὲ τοῦ βασιλέως τυγχάνοντος, καὶ πάλιν μετ' ὀλίγον κυνηγεσίου τε χάριν καὶ μετρίου περιοδεύματος κατὰ τὸν τῆς Ἀρμαμενταρέας λεγόμενον τόπον περάσαντος, εἶτα δουλι- D κίου κατ' ἰδίαν εὐτρεπισθέντος καὶ τοῦ βασιλέως ἐπὶ τραπέζης μετὰ Θεοδώρας καθεσθέντος τῆς οἰκείας μητρὸς καὶ τῶν ἰδίων συγγενῶν καὶ οἰκειοτέρων τῆς συγκλήτου, προσεκλήθη καὶ ὁ πρωτοστράτωρ τοῦ βασιλέως κελεύσαντος, καὶ καθεσθέντος αὐτοῦ ἤρξατο Θεοδώρα ἡ βασιλὶς πυκνότερον ἀτενίζειν καὶ ἀφορᾶν πρὸς αὐτὸν καὶ κατανοεῖν καὶ παρεπισκοπεῖν αὐτὸν ἀκριβέστερον. ἐπιγνοῦσα δέ τινα σύσσημα ἐν αὐτῷ κατ' ὀλίγον ἐλιποψύχησεν, ὥστε καὶ ὕδωρ ἐπιχεθῆναι αὐτῇ καὶ διὰ τοῦ ἀπὸ ῥόδων στάγματος τὸ πνεῦμα μόλις ἀνακαλέσασθαι, ὅτεπερ οἱ παρόντες ὑπανεχώρησαν. εἰς ἑαυτὴν δὲ ἐλθοῦσα καὶ ἀναλάμψασα παρὰ τοῦ υἱοῦ καὶ βασιλέως P 146 ἐπηρωτᾶτο, τί ἄρα τὸ γεγονὸς ἐπ' αὐτῇ, καὶ πόθεν οὕτως ἀθρόως ἐπισυνέβη αὐτῇ ἡ ἔκστασις. ἡ δὲ μόλις ἑαυτὴν ἐκ τῶν θορύβων τῶν φρενῶν συναθροίσασα ἔλεγεν ὅτι ὃν ἤκουον παρὰ τοῦ πατρός σου, δέσποτα καὶ τέκνον ἐμόν, μέλλειν ἐξολοθρεῦσαι τὴν γενεὰν ἡμῶν, οὗτός ἐστιν ὃν λέγεις Βασίλειον· τὰ σύμβολα γάρ, ἅπερ ἔλεγεν ἔχειν τὸν ἡμᾶς διαδέχεσθαι μέλλοντα, οὗτος ὁ ἄνθρωπος κέκτηται. ὅθεν τὸ πρᾶγμα ὅλον τῇ διανοίᾳ παραλαβοῦσα, καὶ ὥσπερ κατ' ὀφθαλμοὺς τὸν ὄλεθρον βλέπουσα, διαταραχθεῖσα ἐξέλιπον. ὁ δὲ βασιλεὺς τὸ δέος ἀφαιρῶν τῆς μητρός, καὶ εἰς τὸ καθεστὸς ἐπανάγων καὶ παραμυθούμενος, "κακῶς ὑπέλαβες" B

9 αὐτὸν om P 11 ἐκχεθῆναι P 13 ἀνακάμψασα P
20 τῇ διανοίᾳ om A περιλαβοῦσα P 23 καθεστὼς P

15. Cumque imperator venatu delectaretur, rursus post non multos dies venationis causa ac moderatae obambulationis ad Armamentareae (sic dictum) locum traiecit; tum cena seorsum parata, et imperatore cum Theodora matre aliisque affinibus et ex senatu magis necessariis ad mensam sedentibus, vocatus est protostrator imperatoris iussu; illoque sedente coepit Theodora imperatrix oculos in eum intendere et conspicere ac considerare exactiusque examinare, demum agnitis quibusdam in eo notis sensim animo linqui, ut vix tandem effusa in eam aqua et rosarum stillis animum revocaverit. tumque qui aderant se subduxerunt. recepto autem animo ac recreato, sciscitante ex illa filio et imperatore quidnam illi porro accidisset, quave de causa sic repente extra se facta esset, a mentis se aegre turbatione colligens, "quod nimirum" ait, "quem audivi a patre tuo, domine et fili mi, familiam nostram exstirpaturum, ille est quem tu Basilium vocas. quae enim is signa dicebat habiturum, qui noster heres et successor futurus esset, hic homo habet. hinc rem totam animo complexa ac velut iam oculis excidium usurpans, conturbata actaque vertigine animo defeci." imperator matris metum sedans, ad sanamque eam mentem revocans ac solans, "male suspicaris" inquit,

εἶπεν, "ὦ μῆτερ· ὁ γὰρ ἄνθρωπος οὗτος ἰδιώτης ἐστὶ καὶ πάνυ ἀφελής, ἀνδρίαν μόνον ἔχων, οἵαν ὁ πάλαι Σαμψών, καὶ οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ὥς τις Ἐνὰκ ἢ Νεμβρὼδ ἐν ταῖς ἡμέραις ἡμῶν ἀναφανείς. ἐξ αὐτοῦ τοίνυν μηδένα φόβον ἔχε, μηδ' ὑπόνοιάν τινα κεκτήσῃ πονηράν." καὶ τότε μὲν οὕτως τὸ τοιοῦτον κῦμα ὑπὸ θεοῦ φρουρούμενος παρέδραμεν ὁ Βασίλειος.

16. Εἶχε δὲ κατὰ τοὺς χρόνους ἐκείνους παρακοιμώμενον ὁ βασιλεὺς τὸν εὐνοῦχον Δαμιανὸν τὸν πατρίκιον, τῷ γένει Σκλάβον, ὃς διὰ φιλοδέσποτον πάθος ἔλεγε πολλάκις τῷ βασιλεῖ καὶ C περὶ ἄλλων μέν τινων ὡς μὴ κατὰ τὸ δέον τῶν πραγμάτων ἐξηγουμένων, ἐξαιρέτως δὲ περὶ τοῦ θείου αὐτοῦ Βάρδα τοῦ Καίσαρος, ὡς τὸ πλεῖστον τοῦ κράτους εἰς ἑαυτὸν μετηγάγετο καὶ πολλάκις ἐκφέρεται τοῦ καθήκοντος, καὶ ἐκ τοῦ ἐνίας τῶν τοῦ Καίσαρος ἀνέτρεπεν διοικήσεων ἑτέρως ἔχειν τὰ πράγματα ἀναδιδάσκων τῷ βασιλεῖ. δι' ἃ συμπεισθεὶς ὁ Καῖσαρ ὑπὸ τῶν οἰκείων φίλων καὶ γνησίων παραινετῶν καὶ συμβούλων κατὰ τοῦ Δαμιανοῦ συσκευάζεται, καὶ πολλαῖς διαβολαῖς κατ' αὐτοῦ πρὸς τὸν βασιλέα χρησάμενος, καὶ πιθανῶς συνθεὶς τὰ κατηγορούμενα, μετεκίνησε D τὴν τοῦ βασιλέως γνώμην καὶ ἀπὸ τῆς περὶ τὸν Δαμιανὸν εὐνοίας μετέστησεν, ὥστε καὶ διαδέξασθαι πεῖσαι τῆς οἰκείας ἀξίας αὐτόν. ἐξωσθέντος οὖν ἐκείνου ἐχήρευε λοιπὸν ἐπὶ χρόνον τινὰ τὸ τοιοῦτον ἀξίωμα. ἀλλ' ὅταν ἡ πρόνοια πρὸς ὃ βούλεται συνελαύνῃ τὰ πράγματα, καὶ φρόνησις ἀπρακτεῖ καὶ πανουργία τοῖς οἰκείοις

14 ἀνατρέπειν P   19 τὸν om P

"o mater. hic enim homo idiota est et oppido simplex, robore duntaxat praeditus, velut antiquis temporibus Sampson, nec quicquam amplius; sed velut Enachus et Nembrodus nostro hoc aevo existit. nihil itaque ex illo timeas, nec sinistram ullam suspicionem geras." inque eum modum tum Basilius divino numine eiusmodi obortam procellam evasit.

16. Erat per haec tempora Michaeli accubitor eunuchus, Damianus nomine, genere Sclavus. is, pro ea propensione qua in herum ferebatur, haud raro cum de aliis nonnullis referebat non satis ex officii ratione negotia pertractantibus, tum praecipue de Barda Caesare imperatoris avunculo, quod nimirum potestatis partem longe maximam in se transferret, saepiusque aequi ac honesti metas excederet; nonnullas etiam Caesaris dispositiones evertebat, docens imperatorem aliter se res habere ac ille insinuaret. idcirco Caesar amicis suis, iisque qui ingenue animique candore admonere videbantur eique consulere, suadentibus, insidias in Damianum molitur; multisque apud imperatorem calumniis onerans, instructaque probabili accusatione, imperatoris ab eo animum avertit eiusque in eum benevolentiam sustulit, ut et dignitate movendi auctor illi exstiterit. expulso itaque Damiano ea dignitas per aliquod tempus vacavit. ceterum divina providentia, quo illi constitutum est, res agente,

σοφίσμασι περιδράσσεται. τοῦ γὰρ Καίσαρος καὶ πολλῶν ἄλλων ἐκεῖνόν τε καὶ τοῦτον εἰς τὸ τοιοῦτον ἐπαναβιβασθῆναι ἀξίωμα λογοποιούντων καὶ λεληθότως ἐπισπευδόντων, παρὰ πᾶσαν αὐτῶν ἐλπίδα μετὰ καιρὸν οὐ πολὺν προβάλλεται παρακοιμώμενον ὁ βασιλεὺς τὸν Βασίλειον, τιμήσας αὐτὸν καὶ πατρίκιον, καὶ γυναικὶ συζεύξας εὐμορφίᾳ σώματος καὶ κάλλει καὶ κοσμιότητι πρωτευούσῃ P 147 πασῶν τῶν εὐγενίδων σχεδόν, ἣ θυγάτηρ ἐτύγχανε τοῦ παρὰ πάντων ἐπ' εὐγενείᾳ καὶ φρονήσει λαλουμένου τότε τοῦ Ἴγγερος. τούτου δὲ γενομένου, καὶ καθ' ἑκάστην ἐπιδιδούσης τῆς τοῦ βασιλέως ἀγάπης πρὸς τὸν Βασίλειον, ὁρῶν ὁ Καῖσαρ καὶ τῷ φθόνῳ δακνόμενος καὶ ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος ὀρρωδῶν πολλάκις τοὺς ἐπὶ διαβολῇ τοῦ Δαμιανοῦ γενέσθαι αὐτὸν βουλευσαμένους καὶ παρορμήσαντας ἐλοιδορεῖτο καὶ κατεμέμφετο, ἄφρονας αὐτοὺς καὶ κακοβούλους ἀποκαλῶν, "οἷς" φησίν "ἐγὼ παρὰ τὸ δέον πεισθείς, καὶ ἐξεώσας ἀλώπεκα, λέοντα ἀντεισήγαγον, ἵνα πάντας ἡμᾶς λαφύξῃ B καὶ καταβρώξηται."

17. Ἄρτι δὲ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ μετὰ Βάρδα τοῦ θείου Καίσαρος κατὰ Κρήτης ἐκστρατεύοντος, καὶ σοβαρώτερον τοῦ Καίσαρος χρωμένου τοῖς πράγμασι καὶ ἐξουσιαστικώτερον ἐκφέροντος τὰ προστάγματα, ἤρξαντο πυκναὶ καὶ συνεχεῖς αἱ κατ' αὐτοῦ διαβολαὶ καθ' ἑκάστην τῷ βασιλεῖ Μιχαὴλ διαγγέλλεσθαι. ἐν Κήποις δὲ γενομένων αὐτῶν (τόπος δὲ οὗτος κατὰ τὴν πρὸς

2 τοῦτον] ἄλλον P   7 πάντων P   17 θείου καὶ Καίσαρος?

cassa prudentia est suisque astutia ipsa capitur dolis. cum enim Caesar aliique plures alii alium Damiano sufficiendum loquerentur, remque clanculum pro cuiusque animi propensiore affectu solicitarent, praeter omnem illorum spem post breve tempus suo ipse nutu imperator Basilium accubitorem praeficit, patricii quoque collata dignitate, nuptumque data muliere corporis forma et venustate atque pudore inter omnes alias nobiles feminas fere principe, Ingeris filia, viri eo tempore apud omnes nobilitate ac prudentiae laude celeberrimi. hoc ita gesto, ac cum magis in dies imperatoris erga Basilium amor incresceret, videns Caesar invidiaque stimulatus ac futuri metu consternatus, eos qui ipsi insidiarum in Damianum auctores exstiterant inque eas impulerant, non raro maledictis ac convitiis incessebat, insulsos vocans ac inconsultos, "quibus" inquit "ego, supra quam decebat fidem habens, eiecta vulpe eius loco leonem induxi, ut nos omnes devoraret ac deglutiret."

17. Iam vero Michaele imperatore cum avunculo Barda Caesare adversus Cretam profecto, ac Caesare arrogantius rebus utente maiorique quam pro munere auctoritate imperia edente ac praecipiente, crebrae in eum quotidie ac continuae criminationes coeptae imperatoris Michaelis aures pulsare. Cepos cum venissent (est locus in Thracesiis

Μαιάνδρῳ τῶν Θρᾳκησίων παράλιον) καὶ εἴτε κατὰ τύχην εἴτε κατὰ σπουδὴν τῆς τοῦ βασιλέως αὐλαίας ἤτοι κόρτης ἐπὶ χθαμα- C *λοῦ καὶ ἐπιπέδου ταθείσης τόπου, τῆς δὲ τοῦ Καίσαρος ἐν ἀπόπτῳ καὶ ὑψηλῷ, ταύτης εὐλόγου δῆθεν δραξάμενοι ἀφορμῆς οἱ πάλαι βαρυνόμενοι καὶ μισοῦντες τὸν Καίσαρα πολλὰς κατ' αὐτοῦ ὡς ἐντρυφῶντος ἤδη καὶ φανερῶς εἰς τὸν αὐτοκράτορα ἐξυβρίζοντος, εἰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν οὐκ ἀρκούμενος κἂν τούτῳ φιλοτιμήσασθαι ἔσπευσεν, ἵνα χθαμαλὴ μὲν καὶ ταπεινὴ ἡ τοῦ αὐτοκράτορος σκηνὴ δείκνυται, ἡ δὲ ἐκείνου περιφανὴς καὶ μετέωρος. πεισθεὶς οὖν τούτοις ὁ βασιλεὺς κινεῖται πρὸς τὴν κατ' αὐτοῦ συσκευὴν καὶ πρὸς τὴν βουλὴν καὶ σκέψιν τῆς αὐτοῦ ἀναιρέσεως·* D *οὐ γὰρ ἠδύνατο φανερῶς κατ' αὐτοῦ τι εἰπεῖν ἢ ἀποφήνασθαι διὰ τὸ ὁμότιμον σχεδὸν εἶναι καὶ κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς, καὶ διὰ τὸ δεδιέναι πάντας τὴν ἑταιριῶτιν αὐτοῦ φατρίαν καὶ σύστασιν, καὶ τὸ πάντας τοὺς ἄρχοντάς τε καὶ στρατηγοὺς αὐτῷ προσανακεῖσθαι καὶ πρὸς αὐτὸν μᾶλλον ἢ πρὸς τὸν βασιλέα ὁρᾶν, ὡς καὶ μᾶλλον ἐκείνου τοῖς πράγμασι νήφοντος καὶ πρὸς τὸ δοκοῦν μεταφέροντος ἕκαστα, καὶ μάλιστα διὰ τὸ τὸν ἀνθύπατον καὶ πατρίκιον Ἀντίγονον τὸν υἱὸν αὐτοῦ δομέστικον τὸ τηνικαῦτα τῶν βασιλικῶν τυγχάνειν σχολῶν. πλὴν ἔσχε πολλοὺς ὁ βασιλεὺς τοὺς κοι-* P 143 *νωνοῦντας αὐτῷ τοῦ βουλεύματος καὶ κατεπαγγελλομένους καταπράξασθαι τὴν σφαγήν. ὡς οὖν κατὰ τὴν ἕω συνήθως ὁ Καῖσαρ*

1 *τῶν* om P   4 *καὶ* om P   5 fort. *πολλὰ κατ' αὐτοῦ διαβάλλουσιν*, vel *διαβολὰς προβάλλουσι.* Combef.

maritimus ad Maeandrum) ac, sive casu sive de industria, imperatoria aulaea sive cortinae in humili et depresso loco, Caesaris in conspicuo excelsoque expansae sunt. hac velut speciosa arrepta occasione, qui gravi pridem animo erant ac Caesarem oderant, multa in eum crimina iaciunt, ut qui iam insolesceret palamque in imperatoris contemptum iniuriamque prorumperet, dum reliquis omnibus non contentus vel in hoc ambitiosi animi specimen de industria quaesierat, ut imperatoris tentorium humile ac depressum esset, ipsius vero conspicuum excelsumque exstaret. his itaque persuasus imperator ad adornandas illi insidias convertit animum, deque eo tollendo serio cogitat ac deliberat. nec enim palam licebat in eum aliquid proferre aut decernere, quod pari fere dignitate fulgeret sociusque imperii esset, et quod omnes illius amicos et sodales foederatosque pertimescerent, cunctique proceres ac duces exercitus illi addicti essent, ad eumque magis quam ad imperatorem animum attenderent, eo quod prae illo magis rebus invigilaret singulaque arbitratu suo et nutu mutaret; sed praecipue ob proconsulem et patricium Antigonum, illius filium, tunc temporis praetorianarum scholarum domesticum. ceterum etiam habebat imperator multos eius sibi consilii conscios, ac qui ipsi in se recepissent caedem se perpetraturos. mane ita-

πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως ἦλθε σκηνήν, καίτοι πονηρῶν οἰωνῶν προφανέντων αὐτῷ, ὅπως περὶ τῶν προκειμένων βουλεύσωνται, εὔθετον καιρὸν τοῦτον εἶναι νομίσας ὁ βασιλεὺς πρὸς τὴν τούτου ἀναίρεσιν διὰ νεύματος γνωρίζει τῷ πατρικίῳ Συμβατίῳ λογοθέτῃ τοῦ δρόμου τυγχάνοντι, ὃς καὶ γαμβρὸς ἦν τοῦ Καίσαρος ἐπὶ θυγατρὶ καὶ τῆς κατ' αὐτοῦ βουλῆς ἐκοινώνει βασιλεῖ, ἐξελθόντι εἰσαγαγεῖν τοὺς αὐτόχειρας αὐτοῦ γενέσθαι ὀφείλοντας. ὃς ἐξελθὼν καὶ τὸ συγκείμενον σημεῖον πεποιηκώς, ὅπερ ἦν τὸ τοῦ σταυροῦ σημεῖον, τῇ οἰκείᾳ ὄψει ἐπισφραγίσασθαι, ἐπεὶ ἐκεῖνοι μαλακόψυχοι τυχὸν ὄντες ἀπεδειλίασαν καὶ πρὸς αὐτῷ τῷ δεινῷ γεγο- B νότες διὰ τὸ μέγεθος τῆς πράξεως ἰλιγγίασαν καὶ τριβὴ τοῦ χρόνου ἐγένετο, ἐν ἀμηχανίᾳ κατέστη ὁ βασιλεύς, καὶ διά τινος τῶν βασιλείων κατευναστῶν μαθὼν αὐτοὺς κατεπτηχέναι καὶ δειλιᾶν καὶ ἀναβάλλεσθαι τὸ ἐγχείρημα, τῷ ὄντι διανοίας τόλμημα καὶ φρενὸς ἀνδρείας καὶ εὐθαρσοῦς· καὶ τῶν ἔνδον τινὰ οἰκεῖόν τε καὶ πιστὸν ἐκπέμπει πρὸς Βασίλειον τὸν πατρίκιον καὶ παρακοιμώμενον, καὶ δηλοῖ μετὰ δέους αὐτῷ ὡς εἰ μὴ θᾶττον ἀναρρώσῃς τοὺς εἰς τὸ πρᾶγμα ηὐτρεπισμένους καὶ παρορμήσῃς αὐτίκα πρὸς τὸ ἔργον χωρῆσαι, πάντως οἶδα ὅτι εὐθέως ἐμὲ δεήσει ὑπὸ τούτου ἀναιρε- C θῆναι· ἀδύνατον γὰρ λαθεῖν αὐτὸν τὰ κατ' αὐτοῦ μοι βεβουλευμένα, καὶ δόξετε μᾶλλον ὑμεῖς αὐτόχειρες καὶ σφαγεῖς χρηματίσαι μου. ἅπερ ἀκηκοὼς ὁ Βασίλειος, καὶ περὶ τοῦ βασιλέως μή

8 ὅπερ ἦν τὸ τοῦ σταυροῦ σημεῖον om P   10 μαλακώτεροι P   12 παρά A   20 αὐτὸν] αὐτῷ A

que Caesar ex more ad imperatoris tentorium venit, etsi mala omnia auguriaque illi ante visa erant, de praesentibus negotiis consilium cum eo habiturus. opportunum vero illud tempus ad eius caedem ratus imperator, nutu Symbatio patricio cursus logothetae, qui Caesaris filiam sibi matrimonio iunxerat ac coniurationis cum imperatore socius erat, indicat ut exiens sicarios inducat. egressus ille signum dat, quod inter illos erat constitutum, ut nempe signo crucis frontem consignaret. dato signo, molliore forsitan animo viros pavor incesserat, inque ipso sceleris articulo ob facinoris immanitatem vertigine correpti moras nectebant. hinc imperator consilii inops penitus haesitare; audiensque ex quodam sacri cubiculi ministrorum coniuratos animis consternatos ac formidolosos aggressionem differre (mentis sane sensusque generosi audacisque facinus!) ex cubiculi intimis domesticum quendam fidumque ad Basilium patricium et accubitorem mittit, metuque actus denuntiat "ni citius iis qui ad rem patrandam parati sunt animos addideris, utque statim manum operi admoveant eos impuleris, nae confestim novi ab eo me necatum iri. neque enim fieri potest ut ille non noverit quas in eum insidias struxi; vosque potius meae necis auctores videbimini esse ac sicarii." his auditis Basilius, anxiusque ne quid mali imperatori

τι πάθοι ἐν ἀγωνίᾳ γεγονώς, θᾶττον θαρραλέους ἐποίησε τοὺς δειλοὺς καὶ τοὺς τρέμοντας εὐθαρσεῖς, καὶ τῇ τοῦ βασιλέως αὐτοὺς ὑπηρετήσασθαι βουλῇ διηρέθισεν. ὧν ὥσπερ μένους πλησθέντων καὶ ἀθρόως εἰσπηδησάντων εἰς τὴν βασιλέως σκηνήν, ὁ Καῖσαρ, ὅπερ ἦν, ἐπ' αὐτὸν δόξας εἶναι τὴν συνδρομήν, ἀναπηδήσας τοῖς τοῦ βασιλέως περιεπλάκη ποσίν. ὃν ἐκεῖθεν ἑλκύσαντες οἱ αὐτόχειρες D πρὸ τῶν ποδῶν τοῦ βασιλέως ἀπέσφαξαν. πρώτην εἶχε μετ' εἰκάδα ὁ μὴν ὁ Ἀπρίλλιος, τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐπινεμήσεως. εὐθὺς οὖν ἡ στρατεία τῷ βασιλεῖ καταλύεται, καὶ πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἐπανέρχεται.

18. Τῆς δὲ προνοίας ἀγούσης τὸν Βασίλειον εὐμηχάνως πρὸς ὅπερ ἐβούλετο, εὐθέως μετὰ τὴν ἐκ τῆς στρατείας ὑποστροφὴν υἱοποιεῖται τοῦτον ὁ βασιλεύς (ἐτύγχανε γὰρ καθάπαξ οἰκείας γονῆς ἀμοιρῶν) καὶ τῆς τῶν μαγίστρων ὑπερλάμπρου τιμῆς ἀξιοῖ. ἐφ' ὧν τῇ βασκανίᾳ διαρρηγνύμενος ὁ λογοθέτης Συμβάτιος, καὶ μὴ δυνάμενος τὸν φθονούμενον καθορᾶν οὐκ ὀλίγην ἐπίδοσιν καθ' P 149 ἑκάστην λαμβάνοντα, παραιτεῖται μὲν τὴν προσοῦσαν αὐτῷ μέχρι τότε διακονίαν, ὡς μὴ δυνάμενος κατὰ τὴν βασιλεύουσαν ζῆν, τῆς δὲ τῶν Ἰώνων ἤτοι Θρακησίων στρατηγίας αἰτεῖ τὴν ἀρχήν. οὗ τὴν αἴτησιν ὁ βασιλεὺς ἐκπληρῶν προβάλλεται τοῦ εἰρημένου θέματος στρατηγόν. ὀλίγου δὲ διελθόντος καιροῦ, καὶ τῶν πραγμάτων ἐπισφαλῶς σαλευόντων καὶ τῆς ἀρχῆς κραδαινομένης καὶ ζητούσης τὸν προστησόμενον διὰ τὸ τὸν βασιλέα πρὸς ἄλλοις μᾶλλον εἶναι ἢ

1 πάθῃ A   8 ὁ post μὴν om A   12 τῆς om P   15 ῥηγνύμενος P   19 Ἰωάννην A, i. e. Ianninorum.

accideret, quam citissime pavidos audaces facit, terrore perculsos fiducia erigit, et ut imperatoris decreto asserviant impellit. velut itaque animis pleni, in imperatoris tentorium irrumpunt. Caesar, id quod erat advertens, in se suique tollendi gratia fieri concursum, resiliens ad imperatoris pedes provolvitur. quem inde extractum sicarii ante illius pedes iugularunt, mensis Aprilis die vigesima prima (id est a. d. 11. kal. Maias), 14 indict. statimque dimisso exercitu imperator Cpolim revertitur.

18. Verum providentia solerti Basilium ferente consilio, quo illi collibitum erat, illico reversus imperator ab illa expeditione Basilium in filium adoptat, quod ipse nullos prorsus liberos susceperat, et magistrorum praefulgente dignitate condecorat. his Symbatius logotheta invidia rumpitur; nec ferens videre, in quem sic livore exarserat, incrementis ingentibus in dies augescere, munere, quo hactenus functus fuerat, se ipse abdicat, quasi in urbe regia vivere non posset; Ionumque (id est Thracesiorum) praefecturam, et ut illis dux praeficiatur, deposcit. imperator votis annuens eius quod dicebam thematis ducem praeficit. parvo elapso tempore, cum res periculi salo iactarentur imperiumque nutaret ac praesidem curatoremque quaereret, quod imperator aliis potius rebus

30. Τότε δέ, ἐπείπερ ἐπὶ τῶν τῆς ἀρχῆς οἰάκων ὑπὸ τῆς προνοίας προβιβασθεὶς ἐκάθισεν ὁ Βασίλειος, εὐθὺς ἀπὸ γραμμῆς, φασίν, ἄξιος ἐσπούδαζε φανῆναι τοῦ μεγέθους τοῦ πράγματος, καὶ νύκτωρ διηγρύπνει καὶ μεθ' ἡμέραν διεσκόπει, πάντα C κινῶν λογισμὸν καὶ πᾶν στρέφων βούλευμα, ὅπως ἀγαθοῦ τινὸς αἴτιος τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἅπασι γένοιτο καὶ ὅπως ἐπὶ τὸ ἄμεινον ἐμφανῆ καὶ μεγάλην μεταβολὴν τὰ πράγματα δέξηται. καὶ πρῶτα μὲν ἐπὶ τὰς ἀρχὰς ἀδωρότατα τοὺς πάντων ἀρίστους ἐκλεγόμενος προεβάλλετο, οἷς ἦν καὶ οἴκοθεν, ἅτε ἀρίστοις οὖσι, καὶ ἀπὸ τῆς ἀκριβοῦς τοῦ βασιλεύοντος ἐπισκέψεως πρῶτον

cem productis; partim vero etiam ex auro quod in privato imperatoris aerario, quod nempe eius decessor Michael conflatis egregiae fabricae pulcherrimisque operibus (aurea scilicet sic vocata platano, duobus auro solidis gryphibus, totidemque auro ductilibus leonibus, auroque solido organo, variaque alia mensae supellectili ipsa aurea, imperialibusque et Augustiacis indumentis, magnorumque principum ac magistratuum vestibus, cunctis auro contextis), uti dictum est, reposuerat ac pro libidine abusurus erat. praerepto enim illo aurum repertum est, signatumque imperatori in omnibus perquam utile fuit. opus enim ait (Demosthenes Olynth. 1 p. 15) esse pecuniis; nec si desint, fieri posse aliquid eorum quae deceat. sed haec postea evenerunt.

30. Tunc vero quandoquidem ad imperii gubernacula divinae providentiae nutu Basilius sederat, statim a linea, ut aiunt, ipsisque carceribus sedulo operam posuit ut nihil rei magnitudini impar videretur. itaque noctu pervigil erat, interdiu animo dispiciebat, nullam non movens rationem, nullum non consilium versans, ut boni alicuius auctor subditis fieret et ut illustrem magnamque res mutationem in melius acciperent. hinc primum incorruptissimus ipse nullaque munerum sorde a recti libra declinans omnium optimos delectos promovebat, quibus partim a se ipsis, ut qui optimi erant, partim vero ab imperatoris sedula inspectione, primum opus ac studium erat ut prae reliquis a quovis mu-

ἔργον καὶ σπούδασμα τὸ πρὸ τῶν ἄλλων τὰς ἰδίας χεῖρας
καθαρὰς ἀπὸ παντοίου διαφυλάξαι λήμματος, εἶθ᾽ οὕτως πασῶν
τῶν ἀρετῶν πλέον τιμῆσαι δικαιοσύνην, καὶ ἰσότητα παρασκευά-
D σαι ἐμπολιτεύεσθαι πανταχοῦ, καὶ τὸ μὴ καταδυναστεύεσθαι ὑπὸ
τῶν πλουτούντων τοὺς πένητας, μηδὲ ἀδίκως ζημίᾳ τινὰ ὑποβάλ-
λεσθαι, ἀλλὰ ῥύεσθαι πένητα καὶ πτωχὸν ἐκ χειρὸς στερεωτέρων
αὐτοῦ, καὶ κατὰ μικρὸν ἀναλαβεῖν τοὺς ἀνθρώπους οὕσπερ ἀπὸ
τῶν φθασάντων ᾔδει λειποψυχοῦντάς τε καὶ ἐκλείποντας, καὶ
ἀναρρωννύντας ἐπὶ τῆς ἀρχαίας ἅπαντας εὐετηρίας σπουδάζειν
ἀποκαθιστᾶν. ὧν καὶ διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρὸς τὰ βελτίω ῥοπήν
(τοιοῦτοι γὰρ πάντως οἱ ἐκλεγόμενοι) καὶ διὰ τὴν τοῦ κρατοῦντος
P 161 περὶ ταῦτα σπουδὴν καὶ ἐγρηγορυῖαν πανταχόσε περίβλεψιν εἰς πᾶν
τὸ δέον προθύμως ἀλλήλους ὑπερβαλέσθαι ἁμιλλωμένων, ἅπασα
μὲν ἀδικία εὐθὺς ἀπὸ πάντων ἠλαύνετο, καὶ τὸ δίκαιον ἐπαρρη-
σιάζετο, καὶ αἱ πρὶν ὑπὲρ τὰς Βριάρεω χεῖρες πρὸς τὰ ἀλλότρια
ἐκτεινόμεναι ἐκνεναρκωμέναις ὥσπερ καὶ παρειμέναις ἐῴκεισαν,
καὶ τὰ ἀσθενῆ πρὸ τούτου τῶν πενήτων μέλη ἐρρώννυντο διὰ τὸ
ἀδεῶς ἕκαστον τὴν οἰκείαν βῶλον ἐργάζεσθαι καὶ τὸν ἴδιον ἀμπε-
λῶνα καρποῦσθαι, καὶ τὴν ἐλαίαν καὶ τὴν συκῆν τὴν πατρῴαν
μηδένα εἶναι τὸν τολμῶντα ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ ποιεῖσθαι ἐξουσίαν,
B ἀλλ᾽ ἕκαστον ἐν τῇ συνήθει καὶ πατρῴᾳ τούτων σκιᾷ ἀναπαύε-
σθαι. καὶ οὕτω μὲν περὶ τὸν ὑπὸ χεῖρα πάντα λαὸν τῶν τε χω-
ρῶν καὶ τόπων καὶ πόλεων τῆς ἑαυτοῦ ἐπικρατείας ὁ εὐσεβὴς διε-

20 αὑτοῦ P 22 περὶ om A

nere manus puras servarent; tum ut prae omnibus virtutibus iustitiam colerent, et ut ubique aequitas vigeret diligentem operam navarent, nec a divitibus pauperes opprimi vel quemquam innoxie noxam subire sinerent, sed inopem et egenum de manu fortiorum eriperent (Psalm. 34 10), paulatimque eos recrearent quos ob praeteritorum iniuriam animo delinqui noverant ac collabi, eosque sublevantes ad pristinam omnes felicitatem reparare studerent. hi porro, tum qua ipsi iam initio ratione ac sponte ad virtutem propensi erant (tales enim omnino deligebat) tum imperatoris circa haec solicitudine ac vigili in omnibus circumspectione, cum se mutuo in omni officii genere superare contenderent, statim omnis iniustitia ab omnibus procul facessere, ac iustitia omni palam coli libertate; manusque supra quam Briarei antea ad aliena rapienda extentae torpidis stupefactisque similes decidere; infirmaque prius egenorum membra robur viresque accipere, idcirco nimirum quod singulis suam libere exercentibus glebam, vineaeque proventu fruentibus avitaeque olivae ac ficus, nemo erat qui haec sibi quavis iniuria usurpare auderet, sed quisque in horum consueta avitaque umbra conquiesceret. in hunc se modum pius imperator erga omnes subditos habebat, tum qui rari inque oppidis tum qui in urbibus agebant, quantum Romani imperii

γένετο βασιλεύς. εἰ δέ τις οἷον ὄζος κακίας ἔν τινι στερεῶς εὖ μάλα συναθροισθεὶς ὑπὸ τῶν κατὰ μέρος ἀρχόντων μεταβληθῆναι ἢ τέλεον ἐκκοπῆναι οὐχ οἷός τε ἦν, δι' αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ βασιλεύοντος ἢ μετεβάλλετο ἢ ἀλλοίως πως τὴν ἰατρείαν ἐδέχετο. τέλεον γὰρ ἐξᾶραι πάντοθεν τὴν ἀδικίαν ὁ κράτιστος οὗτος φιλονεικῶν πανταχοῦ τε διατάγματα ἐξέθετο καὶ κατὰ πᾶσαν χώραν ἐξέπεμψεν, δι' ὧν πᾶσα δόσις μέχρι τότε τὸ εὔλογον ἔχειν δοκοῦσα διὰ C τὴν πονηρὰν ἀπὸ χρόνου συνήθειαν ἀνῃρεῖτο καὶ ἐξεκόπτετο, καὶ ἰσονομία πᾶσα καὶ δικαιοσύνη ὥσπερ ἀπό τινος ὑπερορίου φυγῆς ἐδόκει κατιέναι πρὸς τὸν βίον καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐμπολιτεύεσθαι.

31. Ἀλλὰ καὶ τοὺς εἰς τὸ κρίνειν ἐπιτηδείους, ἀπὸ μὲν μαθημάτων ἔχειν τὸ ἱκανὸν μαρτυρουμένους, ἀπὸ δὲ γνώμης καὶ προαιρέσεως τὸ εὐσεβές τε καὶ ἀδωρόληπτον, ἀξιώμασί τε τῆς ταπεινοτέρας βαθμίδος ὑπεραίρων καὶ ἀνυψῶν καὶ ῥογῶν ἐνιαυσίων ἐκθέσεσι καὶ σιτηρεσίων ἄλλων καὶ φιλοτιμιῶν παροχαῖς D δεξιούμενος κατὰ πᾶσαν σχεδὸν ἀγυιὰν καὶ πᾶν εὐαγὲς ἐνδιαίτημα ἐγκατέστησεν. ἐξαιρέτως δὲ τὸ λεγόμενον τῆς Χαλκῆς λαμπρότατον τὸ πάλαι καὶ ἀξιάγαστον οἴκημα, τῷ χρόνῳ καὶ τῇ τῶν κρατούντων ῥᾳθυμίᾳ, ἴσως δὲ καὶ ἀπό τινων ἐμπρησμῶν, κατὰ μέρη πολλὰ διαρρυὲν καὶ τὴν ὀροφὴν πονήσασαν ἐσχηκός, αὐτὸς καὶ πόνῳ καὶ δαπάναις συχναῖς ἀπεκάθηρέ τε καὶ περιεποιήσατο καὶ

12 μὲν] τῶν P   13 τὸ om P

sese dicio protrahebat. sin autem aliquis veluti malitiae ramus in aliquo valide nimis conglobatus a singularibus praefectis ac magistratibus aut convelli aut exscindi omnino non poterat, ipsiusmet imperatoris opera meliori fruge componebatur, aut certe variis aliis modis medicinam accipiebat. cum enim optimus hic imperator per omnem late dicionem iniustitiam prorsus exstirpare contenderet, ubique sancita edidit inque omnes provincias misit, quibus datio omnis ac praestatio, prae inolita olim prava consuetudine haud aliena a ratione visa, tollebatur ac exscindebatur, omnisque aequalitas ac iustitia velut a prolixo quodam exsilio ac fuga in vitae usum reduci interque homines novum videre videbatur.

31. Sed et qui ad iudicia idonei exque disciplinis in eam rem instructi satis animique sententia ac voluntate religiosi integrique noscebantur, collatis honoribus ab humiliori gradu sustollens atque exaltans, annuisque stipendiis et frumentatione aliisque muneribus liberaliter donans, per singulos propemodum vicos domosque religiosas constituit. potissimum vero, quam Chalces vocant, conspicuam olim ac admirandam aedem, temporis iniuria eorumque qui rerum potiti erant negligentia (forte etiam incendiorum vi) multis in locis labefactatam, obsoleto tecto ac collabente, ipse et labore et profusis sumptibus expurgavit atque re-

κοινὸν κατέστησε δικαστήριον, Ἀρείου τε πάγου καὶ Ἡλιαίας σεμνό-
τερον. οὐ μόνον δὲ διὰ τῆς τῶν κριτῶν ἐκλογῆς τε καὶ προβολῆς τοὺς
P 162 ἀδικεῖσθαι λέγοντας τῶν δικαίων τυγχάνειν προενοήσατο, ἀλλὰ καὶ
διὰ τῆς παροχῆς τῆς καθ' ἡμέραν τροφῆς τῶν ἐπὶ τῇ παρὰ τῶν ἰσχυ-
ροτέρων βίᾳ ἑκάστοτε πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἀναγκαζομένων εἰσέρ-
χεσθαι. δείσας γὰρ μὴ ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων πολλάκις τινὲς πρὸ
τοῦ πέρας τὴν κατ' αὐτοὺς ὑπόθεσιν δέξασθαι τῶν τῇδε ἀναχω-
ρήσωσι, πρόσοδον ἀρκοῦσαν ἀφώρισεν ἀφ' ἧς οἱ ἐγκαλοῦντες
κατά τινων ἀπετρέφοντο, ἕως τὴν ἀπὸ τοῦ δικαστοῦ ἀπόφασιν
ἔλαβον. οὐ ταῦτα δὲ μόνα πρὸς τὴν παντελῆ τῆς ἀδικίας ἐπενοή-
σατο ἐξολόθρευσιν, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν εἰς τὸ τοιοῦτον μέρος ἐπέ-
δωκε· καὶ ὅταν ἔτυχε τῶν στρατειῶν σχολάζων καὶ τοῦ χρηματί-
B ζειν ταῖς ἁπανταχόθεν πρεσβείαις, αὐτὸς τῶν βασιλείων ὑποκατ-
ιὼν καὶ εἰς τὸ διὰ τοὺς πανταχόθεν εἰς αὐτὸ συντρέχοντας, ὡς
ἔοικεν, λεγόμενον Γενικὸν καθεζόμενος τοὺς ὑπὸ τῶν εἰσπραττόν-
των τοὺς δημοσίους φόρους πολλάκις, οἷα συμβαίνει, διὰ τὸ μέ-
γεθος τῆς ἀρχῆς ἀδικουμένους καὶ ὥσπερ εἰς κοινὸν πρυτανεῖον εἰς
τὸ τοιοῦτον διαιτητήριον καταφεύγοντας καὶ τὰς οἰκείας ἐγκλήσεις
προβαλλομένους μετὰ πόνου πολλοῦ καὶ συχνῆς ἐπιμελείας ἐξήτα-
ζεν, καὶ οὕτω τοῖς ἀδικουμένοις ἐπήμυνεν καὶ τοὺς ἀδικοῦντας
ἔπαυε διὰ τῆς νομίμου τιμωρίας τοῦ μηκέτι τολμᾶν τὰ τοιαῦτα
C ποιεῖν. χρόνοις δὲ ὕστερον λέγεταί ποτε κατελθεῖν εἰς τὴν τοιαύ-
την διατριβὴν πρὸς τὴν τῶν ἀδικουμένων ἐκδίκησιν· ὡς δ' ἔτυχεν

2 προσβολῆς A 8 οἱ om P 14 τοὺς] τὸ τοὺς AP

fecit, forumque iudiciale destinavit, Areopago Heliaeaque multo augustius. nec iudicum solummodo delectu ac promotione illis providit qui se iniuria laedi quererentur, sed et diurnis alimentis iis constitutis qui a potentioribus per vim quotidie in urbem traherentur. veritus enim ne necessarii commeatus penuria necdum absoluto negotio haud raro quidam urbe excederent, sufficientes constituit reditus, unde actores procurarentur, donec a iudice dicta eis sententia esset. nec ista modo eius inventa ad iniuriam penitus profligandam, sed et se ipsum in hanc dedidit partem. cum enim a ducendis exercitibus aut dandis responsis undequaque adventantibus legatis ei vacaret, ipse se aula subducens inque Genico posito tribunali (sic dicto loco, uti videtur, quod ex omni loco ad publicas rationes eo confluerent) eos qui a publicanis haud raro, ut fere contingit ob imperii amplitudinem, iniuria afficerentur ac velut ad prytaneum ad eiusmodi iudicii locum confugerent suasque expostulationes offerrent, magno labore assiduaque diligentia examinabat, atque in eum modum iis qui iniuria afficiebantur vindex sedebat; eos vero qui faciebant, poenis a lege praescriptis, ne talia deinceps auderent, deterrebat. subsecutis deinde temporibus fama est, cum ad eum iudicii locum atque palaestram accessisset illis vindex futurus qui ulla iniuria pul-

οὐδεὶς ἐγκαλῶν, ὑποτοπήσας ὑπό τινων τῆς πρὸς αὐτὸν εἰσόδου ἀνείργεσθαι, τοὺς περὶ αὐτὸν δορυφόρους ἀπέστειλε ζητοῦντας κατὰ πολλὰ μέρη τῆς πόλεως εἴ τις ἔστι κατά τινος ποιούμενος ἔγκλησιν· ὡς δ' ἐπανῆλθον οὗτοι μηδένα μηδαμοῦ εὑρηκέναι λέγοντες ἐγκαλοῦντα κατά τινος, δακρῦσαί φασι τὸν γενναῖον ἐκεῖνον ὑφ' ἡδονῆς, καὶ οὕτω τὴν εὐχαριστίαν ἀποδοῦναι θεῷ. ὁρῶν δὲ ὅτι ἔστι τις τοῖς πονηροῖς εἰς τὸ ἀδικεῖν ἀφορμὴ ἀπὸ τοῦ διὰ τὸ σύντομον τοῖς τῶν ἀριθμῶν μορίοις καὶ μέρεσι τοῦ ἡμίσεως καὶ ἕκτου D
καὶ δωδεκάτου τυχὸν κεχρῆσθαι τοῖς παλαιοῖς ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς τῆς τῶν φόρων εἰσπράξεως, ἠθέλησε καὶ τὴν τοιαύτην τῶν ἀδικεῖν βουλομένων περιελεῖν ἀφορμήν, καὶ διωρίσατο καὶ γράμμασι λιτοῖς, ἃ καὶ τοῖς ἀγροίκοις ἀναγινώσκειν ἐστὶν ἐν δυνατῷ, καὶ ὁλογράφοις καὶ φανεραῖς ταῖς ψήφοις τῆς δηλουμένης ποσότητος τοὺς τῶν ἀπαιτήσεων γράφεσθαι κώδικας, οἴκοθεν τὸ εἰς τοῦτο τάξας ἀνάλωμα καὶ τῶν χαρτίων καὶ τῆς γραφῆς καὶ τῶν γραφέων, πρὸς τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι τοὺς πένητας. καὶ τοῦτο μὲν τοιοῦτον καὶ τοσοῦτον τῆς περὶ τὸ ὑπήκοον κηδεμονίας αὐτοῦ καθέστηκε γνώρισμα, καὶ ὅτι ὑπ' οὐδενὸς οὐδένα ἀδικεῖσθαι ἐβούλετο. καὶ P 163
τοιοῦτος μὲν ἦν περὶ τὰ πολιτικὰ καὶ δημόσια.

32. Μὴ βουλόμενος δὲ μηδὲ τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ δοκεῖν ἀμελεῖν (πάντως γὰρ ὡς ἐν τῷ κοσμικῷ περιεχόμεναι σκάφει, ὑπὸ τὴν πρόνοιαν τοῦ κρατοῦντος καὶ αὗται τυγχάνουσιν, ἐκείνου

15 καὶ τῶν γραφέων om A   21 τῷ om P

sarentur, nemine expostulante, cum in mentem venisset ne forte ingressu ad ipsum prohiberentur qui damnum aliquod iniuste paterentur, ex stipantium cohorte misisse qui per varia urbis loca inquirerent, num quis adversus aliquem expostularet. ubi redierunt, nullum se invenisse dicentes qui querelarum aliquid adversus aliquem haberet, gaudio ferunt generosi pectoris virum in lacrimas effusum esse, atque in eum modum deo gratias egisse. ad haec considerans inde improbis iniuriae ansam fore, quod veteres conscribendis publicorum vectigalium tabulis brevitatis causa numerorum partibus ac apicibus, puta semissis sextantis atque unciae, uterentur, hanc quoque iniuriae occasionem ablaturus, statuit decrevitque ut literis simplicibus, quae vel rusticis lectu faciles essent, integrisque et apertis calculis quantitate notata, exactionum codices scriberentur, expensis de suo in chartas et scripturam ac scriptores constitutis, ne ulla pauperibus iniuria fieret. et hoc quidem tale tantumque illius erga subditos curae diligentiaeque indicium, quodque nemini ullam fieri iniuriam vellet; talisque in administratione civilium rerum et publicarum erat.

32. Cumque nollet videri ecclesiarum dei curam negligere (omnino enim, ut quae in mundi navigio contineantur, ipsae quoque imperatoris

δὲ καὶ μᾶλλον ἅτε θεοφιλοῦς καὶ πολλὴν περὶ τὰ θεῖα κεκτημένου εὐλάβειαν), ἐπεὶ γοῦν καὶ ταύτας οἷον εἶναι ἐν σάλῳ τινὶ καὶ ταράχῳ τυγχανούσας ἑώρα διὰ τὸ τῆς κοινῆς λύμης ὑπὸ τοῦ προάρξαντος καὶ ταύτας μεταλαχεῖν καὶ ἐξωσθῆναι μὲν τῆς οἰκείας καθέ-
B δρας καὶ ποίμνης τὸν ἐννόμως τούτων κατάρχοντα, ἀντεισαχθῆναι δὲ ἕτερον, οὐδὲ τούτων ἠμέλησεν, ἀλλὰ διὰ κοινῆς συνόδου καὶ συνελεύσεως τῶν ἁπανταχόθεν ἀρχιερέων θεοῦ ταῖς ἐκκλησίαις τὸν σάλον κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἔστησεν, τήν τε πρὸ τούτου ἑβδόμην ἁγίαν σύνοδον ἐπικυρώσας, καὶ τοὺς περιλιπεῖς τῶν εἰκονομάχων αἱρετικῶν τῷ ἀναθέματι δούς, καὶ τὸν γνήσιον νυμφίον τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ τοῖς τέκνοις τὸν πατέρα κανονικῶς παρασχών, τὸν δὲ ἀντεισαχθέντα σχολάζειν κελεύσας ἕως τοῦτον πρὸς ἑαυτὸν μεταστήσει ὁ κύριος. καὶ οὕτω μὲν εὖ καὶ καλῶς τὰ κατὰ τὴν ἐκκλη-
C σίαν διέθετο, καὶ τὴν ἐνδεχομένην καὶ ταύτῃ γαλήνην τῇ οἰκείᾳ σπουδῇ καὶ προμηθείᾳ παρέσχετο.

33. Εὑρὼν δὲ καὶ τοὺς πολιτικοὺς νόμους πολλὴν ἀσάφειαν καὶ σύγχυσιν ἔχοντας διὰ τὴν ἀγαθῶν ὥσπερ καὶ πονηρῶν συναναστροφήν, λέγω δὴ τὴν τῶν ἀνῃρημένων καὶ πολιτευομένων ἀδιάκριτον καὶ κοινὴν ἀναγραφήν, καὶ τούτους κατὰ τὸ προσῆκον καὶ ἐνδεχόμενον προσφόρως ἐπηνωρθώσατο, τὴν τῶν ἀνῃρημένων ἀχρηστίαν περιελών, καὶ τῶν κυρίων ἀνακαθάρας τὸ πλῆθος, καὶ

11 τόν τε P 13 τὰ] καὶ τὰ A 18 τῶν om P καὶ πολιτευομένων — ἀνῃρημένων om A

providentiae sunt obnoxiae, ac potissimum illius, viri scilicet religiosi ergaque divina veneratione cultuque longe propensi), has quoque velut in salo iactari tempestate videns atque turbari, eo quod noxam communem a decessore contraxerant, sedeque pulsus et a grege amotus fuerat qui eis legitime praeerat, alio in eius locum suffecto, tranquillare studuit; communique synodo ac conventu cunctis ex locis dei praesulum habito, quoad licuit, ecclesiarum procellam sedavit, tum superiorem septimam sanctam synodum confirmans, ac qui adhuc essent, iconomachos anathemate feriens, tum vero legitimum ecclesiae sponsum atque liberis patrem canonice reddens, subditiciumque atque intrusum, donec ipsum dominus ad se transferret, cessare iubens. sic itaque probe riteque res ecclesiasticae illi compositae, hacque ratione studio suo ac cura omnem ei possibilem tranquillitatem praebuit.

33. Cum item leges civiles multum obscuras atque confusas repperisset, ob bonarum scilicet atque malarum, ut sic loquar, permixtionem, quod nempe tum antiquatae tum quae vigebant nullo delectu ac communi uno corpore conscriptae haberentur, has quoque convenienter, ac quoad res ferebat, commode emendavit, antiquatis, quae iam nullius usus forent, sublatis, earum vero quae ratae essent multitudine plane ex-

ὥσπερ ἐν συνόψει, ἐν κεφαλαίοις διὰ τὸ εὐμνημόνευτον τὴν προτέραν ἀπειρίαν περιλαβών.

34. Ἀλλ' ἐπεὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἀεὶ παραφύεται φθόνος ὡς D
τοῖς γλυκέσι μάλιστα τῶν ξύλων οἱ σκώληκες, καὶ τῇ κοσμικῇ εὐετηρίᾳ καὶ εὐθηνίᾳ βασκαίνοντα τὰ φαῦλα δαιμόνια διὰ πονηρῶν ἀνθρώπων πειρᾶται τὴν τῶν ἀγαθῶν συνταράξαι φοράν, ἐκ τούτων καὶ τούτῳ συσκευὴν ἐπιβουλῆς, μετὰ καὶ πρὸς φόνον ὁπλίζεται Συμβάτιος καὶ Γεώργιος μετὰ στίφους ἀποφράδων ἀνθρώπων καὶ δυσσεβῶν. οὐ συγχωροῦντος δὲ πάντως, οὐδ' ἀνεχομένου θεοῦ τὴν κακίαν δι' ἐλαχίστου αὖθις ἀναπαλαῖσαι τὴν οἰκείαν ἧτταν καὶ ἀπελάσαι τὴν εὐνομίαν καὶ δικαιοσύνην ἀπὸ τῆς γῆς, κατάδηλος ἡ τούτων πονηρία καθίσταται ἀφ' ἑνὸς τῶν συνωμο- P 164
τῶν. ἀκολουθησάντων δὲ τῶν ἐλέγχων ἐπήρτητο μὲν ἀπὸ τῶν νόμων αὐτοῖς ἡ ἐσχάτη τιμωρία, τουτέστι, μετὰ καὶ δήμευσιν καὶ τῶν ὄντων ἁπάντων ἔκπτωσιν, καὶ ἡ τῆς ζωῆς αὐτῆς ἀλλοτρίωσις. ἀλλ' ἡ τοῦ γενναίου βασιλέως φιλανθρωπία μόνῃ τῶν ὀφθαλμῶν ἐκκοπῇ τὴν τιμωρίαν ὡρίσατο τέως τῶν προκαταρξάντων τῆς πονηρᾶς συμβουλῆς· καὶ πλέον δ' ἂν τὴν εἴσπραξιν ἐμετρίασεν, εἰ μὴ τὴν εἰς τούτους ἄκραν φιλανθρωπίαν ἐγίνωσκε καὶ ἄλλους προτρέψεσθαι πρὸς τὴν μίμησιν καὶ τότε εἰς ἀνάγκην ὑπαχθῆναι αὐτὸν καὶ βαρυτέρας ἀνταποδόσεως. διὰ τοῦτο τῇ B
λεχθείσῃ ποινῇ τούτοις τε μετανοίας παρέσχε καιρὸν καὶ τοὺς λοι-

1 alteram ἐν om A   9 συγχωροῦνται P   20 προτρέψασθαι A

plicata, ac velut compendio, certis capitibus, ob faciliorem memoriam, priore illorum infinitate comprehensa.

34. Quia tamen invidia bonis semper adhaerescit, uti maxime lignis dulcibus adnascuntur vermes, malique daemones annuorum terrae proventuum frugumque ubertati invidentes pravorum hominum opera bonorum feracitatem conturbare conantur, ex horum numero ad imperatoris vitam insidiis ferroque appetendam instructi Symbatius ac Georgius cum hominum nefariorum ac impiorum turba. haud tamen omnino eis licuit, non sinente deo ut depressa devictaque malitia brevi quasi reparatis viribus conviviisceret exque orbe aequitatem ac iustitiam pelleret. coniuratorum uno prodente eorum in apertum deducta machinatio est. subsecutis criminis indiciis evictaque causa, legum severitate extremum imminebat supplicium, ut nimirum bonorum omnium proscriptione damnatis etiam vita adimeretur. at generosi principis clementia una duntaxat oculorum effossione, eorum solummodo qui pravi consilii auctores exstiterant, poenam definivit; magisque ultionem moderatus esset, ni perspectum habuisset summa in eos clementia alios quoque ad idem scelus audendum provocatum iri, tumque adigendum se necessario ad atrociores poenas exigendas. idcirco ea, quam dixi, poena tum illis

πους τῶν πονηρῶν ἐσωφρόνιζε. βουλόμενος δ' ἐπὶ μᾶλλον ἀναστεῖλαι τὰς ὁρμὰς τῶν ἀδίκως ζητούντων ἀλλότριον θάνατον καὶ πᾶσαν αὐτῶν ἐλπίδα περιελεῖν, ἀνάγει πρὸς τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα τοὺς τῶν παίδων καθ' ἡλικίαν προέχοντας, ἤδη βασιλικῶς ἀναγομένους καὶ παιδευομένους καὶ εἰς πᾶσαν ἐκλάμποντας ἀρχικὴν ἀρετήν, Κωνσταντῖνον καὶ Λέοντα, οἱονεὶ κραταιοτέρας ῥίζας καὶ πλείονας βαλλόμενος τῇ ἀρχῇ, καὶ τοὺς εὐγενεῖς τῆς βασιλείας ὅρπηκας ἐπὶ ταύτης ὑψῶν.

C 35. Ἀλλ' ἐπεὶ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ἐγενόμην τῆς διηγήσεως, βούλομαι καὶ περὶ τῶν λοιπῶν αὐτοῦ παίδων ἤδη διαλαβεῖν, ὅπως περὶ ἑκάστου αὐτῶν εὐσεβῶς ἐβουλεύσατο. κατὰ γὰρ τοὺς πάλαι τῶν εὐσεβῶν καὶ μακαρίων ἀνδρῶν, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ ἐκείνους πολύπαιδα καὶ καλλίπαιδα καὶ τοῦτον ἔδειξεν ὁ θεός. μετὰ χρόνον τοίνυν τινὰ μεταδίδωσι τοῦ στέφους καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ τρίτῳ υἱῷ· τὸν δὲ τούτων νεώτατον Στέφανον, ὡς τὸν Ἰσαὰκ ὁ Ἀβραάμ, προσάγει θεῷ καὶ τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ ἐγκαταλέγει καὶ ἀφιεροῖ. τὴν θήλειαν δὲ γονὴν ἰσάριθμον οὖσαν τῇ ἄρρενι ἐν
D ἱερῷ σεμνείῳ τῆς πανευφήμου μάρτυρος Εὐφημίας καθιεροῖ καὶ ὡς δῶρον δεκτὸν καὶ ἀνάθημα θεῷ ἀνατίθησιν, καὶ σχήματι καὶ καταστολῇ κοσμήσας ὁμοίως ταῖς καθαρῶς καὶ ἀμιάντως τῷ ἀθανάτῳ νυμφίῳ νυμφευομέναις παρθένοις Χριστῷ. ταῦτα δὲ εἰ καὶ τοῖς χρόνοις ὕστερον τυχὸν γέγονεν, ἀλλ' οὖν ἐνταῦθα κείσθω

16 καταλέγει A

paenitentiae tempus praebuit, tum malos reliquos coercuit. studens autem maiorem in modum eorum reprimere animos qui iniuste aliorum caedibus inhiant, omnemque illis spem auferre, filios natu maiores Constantinum atque Leonem, regie iam educatos ac eruditos omnique virtute ex imperii ratione excultos, ad imperii dignitatem promovet, velut nimirum validiores pluresque radices in imperio mittens, et super eo nobiles imperii ramos sustollens.

35. Ad hanc porro historiae partem cum venerim, libet hic quoque de reliquis eius liberis instituto sermone, quomodo de singulis pie admodum statuerit, declarare. velut enim olim pietate conspicuos ac beatos viros, imo et supra illos, hunc quoque deus copiosa probaque sobole donavit. post aliquod itaque tempus etiam Alexandrum filiorum tertium Augusti corona impartivit. horum vero novissimum Stephanum, haud secus ac Abrahamus Isaacum, deo offert deique ecclesiae adlegit ac consecrat. filias totidem numero quot erant masculi, in sacro illustrissimae martyris Euphemiae monasterio devovet, ac velut munus acceptum hostiamque deo dicat, illas tum moribus tum habitu omnique apparatu ornans, quo decorari solent quae pure ac incontaminate immortali sponso Christo sponsae virgines copulantur. haec, licet subsecutis

συνημμένα, ὥσπερ τῇ φύσει, οὕτω δὴ καὶ τῇ διηγήσει τῆς τετρακτύος τῶν ἀδελφῶν.

36. Ἐπεὶ οὖν τὰ οἴκοι καλῶς εἶχεν αὐτῷ καὶ κατὰ σκοπὸν εὐσεβῆ καὶ θεάρεστον, ἐκάλει δὲ αὐτὸν ἡ ζέουσα περὶ τῶν ὅλων φροντὶς καὶ πρὸς ὑπερορίους στρατείας, ὡς ἂν τοῖς οἰκείοις πόνοις καὶ τῇ αὐτοῦ ἀνδρίᾳ καὶ γενναιότητι πλατύνῃ μὲν τὰ ὅρια τῆς ἀρχῆς, πορρωτέρω δὲ συνώσῃ καὶ ἀπελάσῃ τὸ δυσμενές, οὐδὲ P 165
τούτων ἠμέλησεν, ἀλλὰ πρῶτα μὲν τοὺς στρατιωτικοὺς καταλόγους ἐλαττωθέντας ἐκ τοῦ περικοπῆναι τὰς διδομένας τούτοις φιλοτιμίας καὶ ῥόγας καὶ τὰ βασιλικὰ σιτηρέσια διὰ νέων συλλογῆς τε καὶ ἐκλογῆς ἀνεπλήρωσεν καὶ διὰ τῆς τῶν δεόντων παροχῆς τε καὶ ἐπιδόσεως ἔρρωσεν· ἔπειτα γυμνάσας τούτους ταῖς τακτικαῖς μελέταις, καὶ τοῖς ἐνδελεχέσι πόνοις ἐμπείρους τῆς πολεμικῆς ἀγωνίας πεποιηκώς, καὶ εὐταξίας ὅτι μάλιστα λόγον ἔχειν ἐθίσας καὶ πεφροντικέναι τοῦ εὐπειθοῦς, οὕτω μετ' αὐτῶν ὑπὲρ τῶν φυλετῶν B
καὶ συγγενῶν καὶ ὑπηκόων κατὰ βαρβάρων ἐστράτευσεν. ᾔδει γὰρ ὡς οὐδὲ τῶν βαναύσων καὶ χυδαίων τούτων τεχνῶν οὐδεμίαν ἔστιν εἰδέναι πρὸ τοῦ μαθεῖν, οὐδ' ἔστιν ὅστις διδασκάλου χωρὶς οὔτε ὑποδηματοράφος, μήτι γε τῶν σπουδαιοτέρων τινὰ τεχνῶν κατορθωκὼς φαίνεται. τὴν δὲ πολεμικὴν ἐπιστήμην ἢ τέχνην εἰ δίχα μαθήσεως καὶ ἱκανῆς ἐμπειρίας ἐξῆν εἰδέναι τῷ βουλομένῳ, οὐκ εἶχον ἄρα νοῦν ἀλλ' ἐλήρουν οἱ πολλὰ περὶ τὸ μέρος τοῦτο πονή-

temporibus acta sunt, hic tamen posita sunto, uti natura, sic et narrandi ipsa serie, fratrum quaternioni coniuncta.

36. Rebus itaque sic illi domi probe religioseque ac deo placito scopo constitutis, cum ipsum ardens rei publicae cura ad externa quoque bella suscipienda impelleret, quo nimirum suis ipse laboribus et fortitudine animique magnitudine imperii fines proferret longiusque hostem propelleret ac abigeret, nec hanc sibi partem negligendam putavit. primum tamen militares cohortes inde imminutas quod consuetae largitiones et stipendia regiaeque annonae illis subtractae essent, novo delectu conscriptoque in eam rem milite replevit, necessariique commeatus subministratione ac elargitione roboravit. exinde militaribus operibus eos exercens, assiduisque laboribus disciplinae castrorum expertos ac prae omnibus servandi ordinis solicitos reddens, tribunisque suis atque ducibus obsequendi ritu instituens, una cum illis pro tribulibus et affinibus atque subditis adversus barbaros expeditionem suscepit. noverat enim nullam artem, ne mechanicam quidem ac vilem, sciri posse antequam addiscatur; nec quemquam esse qui sine magistro vel ipsam sutoriam (nedum aliquam nobiliorum artium, ac quae magnis sudoribus comparantur) adeptus satis videatur. scientiam vero seu artem militarem, si absque disciplina sufficientique ex rei usu peritia cuivis volenti parare liceret, haud sane mentis integrae fuissent, sed delirassent, qui plura circa hoc in commentariis de rebus bellicis diligenti opera tradiderunt,

C σαντες ἐν τοῖς τακτικοῖς συγγράμμασι καὶ οἱ μέγιστοι τῶν αὐτοκρατόρων καὶ στρατηγῶν, οἱ πολλὰ ἀπὸ πολλῶν τρόπαια συστήσαντες, ὧν οὐδεὶς ἐθάρρησε πώποτε μετ' ἀμαθοῦς καὶ ἀγυμνάστου λαοῦ εἰς πολεμίων παράταξιν ἐμβαλεῖν. ἀλλ' οὐκ ἔστιν οὔτε τὸν μὴ μαθόντα εἰδέναι οὔτε τὸν μὴ ἀσκήσαντα καὶ γυμνασάμενον ἀγωνίζεσθαι. διὰ τοῦτο καὶ ὁ γενναῖος οὗτος πρότερον γυμνάσας καὶ καταρτίσας τὰ τάγματα τὰ στρατιωτικά, καὶ τὴν νεοσύλλεκτον στρατιὰν ἀναμίξας τῇ παλαιᾷ, καὶ ταῖς ἁρμοζούσαις χορηγίαις καὶ δωρεαῖς λιπάνας αὐτῶν τὰ νεῦρα καὶ τονώσας τὰς δεξιάς,
D οὕτω μετ' αὐτῶν προσέβαλε τοῖς ἐχθροῖς καὶ τὰ πολλὰ τρόπαια ἔστησεν καὶ τὰς μυρίας νίκας ἀνείλετο. διὰ βραχέων δὲ διηγήσομαι.

37. Καὶ κατάστασιν πόλεως ἐνευκαιρήσας καὶ σχολάσας πράξεσιν, ἔαρος ὑπολάμποντος τὰ ὅπλα ἀνείλετο καὶ μετὰ τῶν στρατιωτικῶν καταλόγων ξυνεξητάζετο, ἡγούμενος χρῆναι τὸν ὡς ἀληθῶς ἄρχοντα τοῦ οἰκείου προκινδυνεύειν λαοῦ καὶ ὑπὲρ τοῦ πᾶν ἀδεῶς διάγειν τὸ ὑποχείριον πόνους καὶ ταλαιπωρίας ἑκουσίως αὐτὸν ἀναδέχεσθαι. καὶ ἐπεὶ κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους ὁ τῆς
P 166 Τεφρικῆς ἐξηγούμενος, ὃν Χρυσόχειρα κατωνόμαζον, ἐπ' ἀνδρίᾳ καὶ συνέσει διαφέρειν δοκῶν σφόδρα παρελύπει τὴν Ῥωμαίων χώραν καὶ τοὺς λαούς, καὶ πολλοὺς τῶν ἀγροίκων καθ' ἑκάστην αἰχμαλώτους ποιούμενος ἐφρόνει σοβαρὰ καὶ ὑπέρογκα, κατ' αὐτοῦ

6 καὶ om P 7 καὶ ante τὴν om P 10 προσέβαλλε A 12 post διηγήσομαι verba aliquot deesse videntur. 14 λάμποντος P εἵλετο P 20 Ῥωμαίοις A. an ὑπὸ Ῥωμαίοις?

maximique imperatores ac duces exercitus, qui multa de multis tropaea erexerunt; quorum nemo unquam cum rudi milite nec bellicis laboribus subacto adversas acies tentavit. atqui fieri non potest ut is doctus sit qui non didicerit, vel ut certamine fortiter defungatur qui se minime exercuerit ac gymnasticae operam dederit. idcirco vir ille generosus exercitatis prius instauratisque militaribus ordinibus, admixtisque tironibus veteranorum numeris, ac convenientibus largitionibus muneribusque eorum impinguatis nervis dextrisque roboratis, sic cum illis adversus hostes congressus multa tropaea erexit et innumeras victorias reportavit. haec vero enarrabo quam paucis licebit.

37. Tranquillo igitur urbis statu, ac per eius opportunitatem navata rebus diligenti opera instructoque exercitu, vere arma capessivit, inter militares ipse ordines agens ac castra sequens; nempe hoc arbitratus, viro principi pro populo suo adeunda pericula, et ut subditi omnes secure ac quiete agant, sponte suscipiendos labores ac aerumnas. cumque ea aetate Tephricae princeps, cui Chrysochiri nomen erat, reliquis virtute praestare visus ac prudentia, Romanam dicionem ac gentem dire vastaret, quotidieque multos rusticorum captivos agens, superbe altumque saperet ac se reliquis praeferret, adversus illum eiusque urbem

καὶ τῆς ὑπ' αὐτὸν πόλεως ἐκστρατεύει ὁ βασιλεύς. τοῦ δὲ σοβαροῦ καὶ θρασέος ἐκείνου πρὸς τὴν γενναιότητα τοῦ ἐπιόντος στρατεύματος καὶ τὴν σύνεσιν καὶ ἀνδρίαν τοῦ αὐτοκράτορος ἐμφανῶς μὴ τολμήσαντος ἀντιστῆναι, ἀλλ' ὑποχωροῦντος καὶ μόνην τὴν οἰκείαν πόλιν φυλάξαι καὶ κρατύνεσθαι διεγνωκότος, ἐπῄει κατὰ πολλὴν τοῦ κωλύσοντος ἐρημίαν ληϊζόμενος καὶ πορθῶν καὶ κατα- B *τέμνων καὶ πυρπολῶν πάσας τὰς ὑπὸ τὸν Χρυσόχειρα χώρας καὶ κωμοπόλεις ὁ βασιλεύς, λείαν ἄπειρον καὶ αἰχμαλωσίαν περιβαλλόμενος. προσβαλὼν δὲ καὶ αὐτῷ τῷ ἄστει Τεφρικῆς, καὶ δι' ἀκροβολισμῶν καὶ προσεδρείας οὐχὶ μακρᾶς ἑλεῖν πειραθείς, ὡς ἑώρα καὶ τειχῶν καρτερότητι καὶ πλήθει βαρβαρικῷ καὶ ἀφθονίᾳ χρειῶν κατωχυρωμένον αὐτὸ καὶ δυσάλωτον, ἐπεὶ καὶ τὰ ἐκτὸς ἅπαντα δι' ἐλαχίστου χρόνου τῷ πλήθει τῆς στρατιᾶς κατηρείπωτο καὶ τὰ ἀναγκαῖα σχεδὸν κατηνάλωτο, ἀπέστη τῆς πρὸς τὴν πολιορκίαν χρονίου ἐπιμονῆς· τὰ δὲ περὶ αὐτὴν φρούρια τὴν Ἄβαραν καὶ τὴν Σπάθην καὶ ἕτερά τινα ἐκπορθήσας, καὶ ἄρας ἐντεῦ-* C *θεν ἀσινῆ τὸν περὶ αὐτὸν πάντα στρατόν, μετὰ συχνῶν, ὡς εἴρηται, λαφύρων καὶ ἀνδραπόδων ἐπανεχώρησεν.*

38. *Τῶν ἐν τῇ Τεφρικῇ τοίνυν τὸν πολὺν φόνον ἡ ἑτέρα τῶν Ἰσμαηλιτῶν πόλις θεασαμένη, ἣν Τάραντα λέγουσι, πρέσβεις πέμψασα εἰρήνης ἠξίου τυχεῖν καὶ ταῖς συμμαχίσιν ἐγγράφεσθαι. ὁ δὲ κράτιστος βασιλεύς, ὅσην πρὸς τοὺς ἀντιτασσομένους ἀνδρίαν,*

8 *καὶ*] *δὲ καὶ* P 12 *κατοχυρούμ.* Barberinus. 13 *κατηρείπατο* P 15 *αὐτῆς* A 18 *υπανεχωρησεν* Barberinus. 22 *ἀνδρίαν— ὑποταττομένους* om A

Imperator exercitum ducit. eo autem, quantavis superbia ac audacia fretus erat, non auso palam adorientis exercitus generosos conatus experiri aut prudentiam roburque imperatoris tentare, sed secedente unumque hoc satagente, ut suam sibi servaret urbem atque assereret, ibat imperator nemine prohibente, diripiens vastansque et exscindens incendensque pagos omnes et oppida, quae Chrysochiris dicionis erant, immensa onustus praeda ingentemque captivorum multitudinem trahens. sed et ipsam adortus urbem Tephricam, eamque tumultuaria quasi pugna, non diutina obsidione conatus capere, videns et murorum firmitate et barbarorum multitudine annonarumque copia abunde munitam, ac quae aegre expugnari posset, quod praesertim omnis circum ager brevissimo tempore copiarum numerositate desolatus erat, ac pene exercitum necessarius commeatus defecerat, a diutina obsidione abscessit; circum vero positis praesidiis, Abara et Spatha aliisque quibusdam expilatis, illaeso inde cuncto sublato exercitu, cum multis, ut dictum est, spoliis ac captivis reversus est.

38. Ingentes Tephricae factas caedes alia Ismaelitarum urbs cum vidisset (Taracem vocant), missis legatis pacem expostulat et in sociarum urbium albo adscribi rogat. in his optimus imperator, quantum

τοσαύτην πρὸς τοὺς ὑποταττομένους ἐπιείκειαν ἐνδεικνύμενος, ἡτ-
D τήθη τε τῆς πρεσβείας καὶ τῆς εἰρήνης τοῖς αἰτοῦσι μετέδωκε, καὶ
συμμάχους ἀντὶ πολεμίων τὸ ἀπὸ τοῦδε ἐκέκτητο. ἐκ τούτου ἄλλοι
τε οὐκ ὀλίγοι καὶ Κουρτίκιός τις Ἀρμένιος, ὃς εἶχε τότε τὴν Λό-
καναν καὶ συνεχῶς τὰς ἐσχατιὰς τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς ἐλυμαίνετο,
προσέφυγε πρὸς αὐτόν, καὶ τὴν πόλιν αὐτοῦ καὶ τὰ ὅπλα καὶ τὸν
λαὸν τῷ αὐτοκράτορι καθυπέταξε, θαυμάσας αὐτοῦ τὸ μετὰ τοῦ
ἀνδρείου ἐπιεικὲς καὶ μετὰ τῆς δυνάμεως δίκαιον.

39. Ἕως δὲ πρὸς αὐτὸν εἶχον τὸν νοῦν οἱ πολέμιοι, καὶ
περιεσκόπουν πρὸς ὃ μέρος ῥέψει, ἵνα πρὸς τὸ πονοῦν καὶ αὐτοὶ
P 167 συνασπίσωσι, κοῦρσον κατὰ τῆς λεγομένης Ζαπέτρας ἀπέστειλεν
ἐπιλέκτων πολεμιστῶν, οἳ σπουδῇ τὰ στενὰ τῆς ὁδοῦ διελθόντες
αὐτῇ τῇ πόλει προσπίπτουσι, καὶ ταύτην ἐξ ἐφόδου λαμβάνουσι,
καὶ πολλοὺς ἐν αὐτῇ κατασφάττουσιν, αἰχμαλωσίαν τε πολλὴν καὶ
λείαν λαμβάνουσι, καὶ δεσμίους χρονίους ἐξάγουσι τῆς φρουρᾶς.
εἶτα τὰς ἐφεξῆς πυρπολήσαντες χώρας καὶ τὸ Σαμόσατον ἐκπορ-
θήσαντες, καὶ τῇ αὐτῇ ῥύμῃ τὸν Εὐφράτην περάσαντες κατὰ
πολλὴν ἐρημίαν τῶν κωλυσόντων διὰ τὸ παραστρατοπεδεύειν τοὺς
πολεμίους τῷ βασιλεῖ, καὶ πολλὴν λαβόντες αἰχμαλωσίαν καὶ
λάφυρα, ὑπέστρεψαν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἔτι πρὸς τῷ Ζαρ-
B νοὺχ ποταμῷ, ἔνθα τὸ Κεραμίσιον ἐστί, διατρίβοντα καὶ ἀργεῖν
μὲν δοκοῦντα, τὰ δὲ τοιαῦτα πανσόφως διὰ τῶν ὑπὸ χεῖρα κατα-
πραττόμενον.

8 ἀντὶ] ἐκ P 9 ἕως] ὡς P 21 Καραμίσιν P

erga adversarios fortitudinis robur, tantam erga subiectos moremque gerentes aequitatem ac clementiam ostendens, vinci se passus est ab oratoribus, pacemque rogantibus tribuens exinde pro hostibus illos socios nactus est. hinc cum alii non pauci, tum Curticius Armenus, Locanam tunc praesidio tenens Romanaeque dicionis fines assidue molestans, ad eum confugit, urbemque suam et arma et populum imperatori subiecit, illius aequitatem ac clementiam cum pari fortitudine ac iustitiam cum virtute admirans.

39. Interim vero intentis in eum hostium animis serioque observantibus quam in partem ille impetum verteret, ut laboranti opem ipsi ferrent, lectam bellatorum manum adversus Zapetram (sic dictam urbem) misit; superatisque velociter viae angustiis ipsam urbem adoriuntur primoque impetu capiunt, ac in ea multos trucidant, ingentique praeda ac spoliis potiti, qui pridem in ea vincti tenebantur, ex carcere liberant. tum vicinas terras incendunt, Samosatum diripiunt, eodemque impetu superato Euphrate, cum nullus usquam obsisteret (quod nimirum haud procul ab imperatore hostium castra locata essent), multis captivis ac ingenti praeda ditati ad imperatorem reversi sunt, adhuc prope Zarnuchum fluvium, ubi Caramisium est, morantem, desidis quidem similem, sed qui summa industria ac solertia per subditos talia designaret.

40. Ἐντεῦθεν ἄρας ὁ βασιλεὺς μετὰ παντὸς στρατοῦ τὴν ὡς ἐπὶ Μελιτηνὴν ἀπάγουσαν διῄει ὁδόν. πρὸς δὲ ταῖς ὄχθαις τοῦ Εὐφράτου γενόμενος, ὡς εἶδεν αὐτὸν ὥρᾳ θέρους πλημμυροῦντα καὶ πελαγίζοντα, τὸ δὲ προσκαθῆσθαι τῇ διαβάσει καὶ ταπεινὸν προσμένειν γενέσθαι τὸν ποταμὸν ἀγεννὲς ἐνόμισε καὶ ἀνάξιον τῆς περὶ αὐτὸν δυνάμεως, γεφύρᾳ τοῦτον ἔγνω διαλαβεῖν, καὶ πάντα πρὸς τὸ ἔργον σπουδῇ ηὐτρεπίζετο. θέλων δὲ τὸν κόπον παραμυθεῖσθαι τῶν οἰκείων στρατιωτῶν καὶ τοὺς πόνους ῥᾳδίως C ὑποφέρειν πεῖσαι, ἅμα δὲ καὶ ἑαυτὸν ἐν τοῖς ἑκουσίοις ἀποτρύχειν πόνοις, ἵνα εἰ καὶ ἀκούσιος πολλάκις συμβῇ, μὴ ξενοπαθῇ μηδὲ ἀήθης εὑρίσκοιτο, συνεφήπτετο τοῦ ἔργου τοῖς στρατιώταις καὶ μάλα προθύμως, καὶ τὰ μείζονα βάρη τοῖς οἰκείοις αἴρων ὤμοις πρὸς τὴν γέφυραν διεκόμιζεν. εἶδεν ἄν τις τότε ἰσομέγεθες βάρος οὗπερ ὁ βασιλεὺς ῥᾳδίως ἐβάσταζε, τρεῖς τῶν στρατιωτῶν ὁμοῦ μόλις διακομίζοντας. οὕτω δὲ τὸν Εὐφράτην περαιωθεὶς τὸ φρούριον εὐθὺς ὃ Ῥαψάκιον λέγεται ἐξεπόρθησεν. ἰδίᾳ δὲ τοὺς Χάλδους καὶ Κολωνιάτας τὴν μεταξὺ χώραν Εὐφράτου καὶ Ἀρσίνου D κελεύσας καταδραμεῖν, λείας πολλῆς καὶ ἀνδραπόδων δι' αὐτῶν ἐκυρίευσεν καὶ τὰ φρούρια τό τε Κουρτικίου καὶ τὸ Χαχὸν καὶ τὸ Ἄμερ καὶ τὸ Μουρινὶξ καλούμενον καὶ τὸ Ἄβδελα ἐξεπόρθησεν. αὐτὸς δὲ τῇ Μελιτηνῇ προσβαλών, εὐανδρούσῃ τότε καὶ πλῆθος ἐχούσῃ βαρβάρων συχνόν, οἳ πρὸ τῆς πόλεως μετὰ βαρβαρικῶν

2 Μελιτινὴν A, et infra Μελιτινῇ. 20 Ἄβδηλα A

40. Hinc discedens cum universo exercitu, quod ad Melitenem ducit, iter ingreditur. ubi autem ad Euphratis ripas venit, tumescentem aestivo tempore lateque exundantem fluvium videns, degenerisque animi nec illis quas ducebat copiis dignum ratus traiectui assidere, ac donec detumuissent aquae humiliore alveo exspectare, ponte iungendum constituit; cunctaque ad opus velociter instructa sunt. cupiens vero militum laborem lenire et ad eius molestias facile ferendas inducere, seque ipsum pariter spontaneis fatigationibus divexare, ne si quando, ut plerumque solet, inconsulto aliquid accidisset, novitate casus consternaretur aut malis insuetus inveniretur, sociam militibus operam, et quidem strenue admodum ac alacriter, adiungebat, maioraque onera suis ipse humeris ad pontem apportabat. vidisses tunc eius ponderis onus imperatorem facile ferre, cui vix tres simul milites pares essent. in hunc modum transmisso Euphrate statim praesidium Rhapsacium expugnat. seorsum vero Chaldos et Coloniatas regionem quae inter Euphratem et Arsinum effunditur iubens excurrere, ingenti praeda multisque captivis potitus est; castellaque, quod Curticii vocant et Chachon et Amer et Murinixum et Abdela, cepit ac diripuit. ipse Melitenem irrumpens, urbem eo tempore ingenti civium multitudine fretam affatimque barbarorum copiis munitam, quibus in occursum cum barbarico clamore ac stre-

ἀλαλαγμῶν καὶ φρυαγμάτων ἀπήντων αὐτῷ, τὴν οἰκείαν ἀρετὴν ἐπεδείξατο, ὡς μὴ μόνον τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἀλλὰ καὶ τοὺς πολεμίους P 168 περιφανῶς ἐκπλαγῆναι τὴν ἀνδρίαν αὐτοῦ καὶ εὐχέρειαν. ἐμφρόνως γὰρ ἅμα καὶ νεανικῶς προσμίξας τοῖς πολεμίοις, καὶ κατὰ χεῖρα γενναῖος φανεὶς καὶ τόλμῃ διαφέρων, καὶ παρὰ δεινὰ ὁρώμενος εὐθαρσής τε καὶ ἀκατάπληκτος, πρῶτος τοὺς ἀντιτεταγμένους ἐτρέψατο φόνῳ πολλῷ· εἶθ' οὕτως οἱ σὺν αὐτῷ τοὺς κατ' αὐτοὺς ἕκαστοι καὶ μέχρι τοῦ ἄστεος ἀναιροῦντες ἐδίωκον, ὡς πολλοῖς νεκροῖς τὸ πρὸ τῆς πόλεως πεδίον καταστρωθῆναι καὶ τὸ πρὸ τοῦ τείχους ὕδωρ αἵματι κερασθῆναι, πολλοὺς δὲ καὶ ζῶντας ἁλῶναι, καὶ ἄλλους τῷ δέει ἑκόντας αὐτομολῆσαι, τοὺς δὲ περιλιπεῖς εἰς τὸ ἄστυ συγκλεισθῆναι καὶ τοῦ λοιποῦ ἐξόδου παντάπα- B σιν εἴργεσθαι. ἔνθα διενοεῖτο μὲν ὁ βασιλεὺς μηχανάς τε πήγνυσθαι καὶ ἅπαν ὄργανον πολιορκητικὸν μεταπέμπεσθαι καὶ ἔργα τόλμης καὶ γενναιότητος περὶ τὴν τειχομαχίαν ἐνδείξασθαι· ὡς δὲ ἑώρα τὴν πόλιν τειχῶν τε περιβολῇ καρτερὰν καὶ πλήθει τῶν ἀπὸ τοῦ τείχους ἀμυνομένων δυσάλωτον, ἐπύθετο δὲ παρὰ τῶν αὐτομόλων καὶ ἐπιτηδείων ἔχειν ἀφθονίαν πολλὴν καὶ μὴ δεδιέναι χρονίαν πολιορκίαν, ἄρας ἐντεῦθεν τῇ Μανιχαίων προσέβαλε γῇ. δενδροτομήσας δὲ ταύτην καὶ τὰς οἰκίας πυρὶ δοὺς καὶ πᾶν διαφθείρων τὸ ἐν ποσί, τὸ Ἀργαοὺθ λεγόμενον αὐτῶν φρούριον καὶ τὸ Κουτακίου καὶ Στεφάνου καὶ Ῥαχὰτ ἐμπρήσας κατέσκαψεν.

1 ἀλαλαγῶν A 3 τὴν om P 5 παρὰ] περὶ P. malim παρὰ τὰ 17 δὲ] μὲν AP

pitu effusis ipse suae virtutis egregium specimen dedit, ut non modo eius asseclae sed et hostes illius palam fortitudinem dexteritatemque stupore admirarentur. solerter enim fortiterque hostibus congressus, manuque fortem et audacia praestantem fidentisque animi virum ac interritum terribilibus praeferens, primus adversam aciem magna strage fudit; tumque alii sibi quique adversos obiectosque ad urbis usque portas caedentes persecuti sunt, ut exterius urbis pomerium multis cadaveribus consterneretur vallique muro circumducti aqua cruore misceretur, multi etiam vivi caperentur, alii metu perciti ipsi sponte transfugerent; reliqui denique in urbe includerentur, omnique postmodum exitu penitus arcerentur. in his cogitabat imperator machinas figere, cunctaque expugnandis urbibus aptata instrumenta convehere, audacisque ac strenui animi facinora tentandis muris designare: sed cum videret urbem moenium ambitu munitissimam, eaque tutantium multitudine ac robore captu difficillimam, audissetque a profugis necessario commeatu abunde instructam, nec diutinam timere obsidionem, inde discedens in regionem Manichaeorum irrupit, excisisque arboribus ac aedibus igni succensis cunctisque obviis devastatis eorum castellum Argauthum Cutaciique et Stephani et Rachatum concremans penitus evertit. postmodum subiecto

εἶτα τὸν ὑπὸ χεῖρα πάντα λαὸν πλουσίως φιλοφρονησάμενος, καὶ C
τῶν ἀριστευσάντων ἕκαστον ἀριστείοις τιμήσας, μετὰ πολλῶν λαφύρων καὶ νικητικῶν στεφάνων ὑπέστρεψε πρὸς τὴν βασιλεύουσαν· καὶ διὰ τῶν Χρυσῶν πυλῶν εἰσελθὼν ὡς οἱ πάλαι κατὰ τὴν μεγαλόδοξον Ῥώμην τῶν αὐτοκρατόρων τοὺς θριάμβους κατάγοντες, καὶ τὰς παρὰ τοῦ δήμου νικητικὰς ἐκβοήσεις καὶ εὐφημίας δεξάμενος, καὶ πρὸς τὸ μέγα τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας ἀνάκτορον, ὡς τὰς εὐχὰς καὶ τὴν προσήκουσαν εὐχαριστίαν ἀποδώσων, εὐθὺς ὡς εἶχεν ἐξ ὁδοῦ παραγεγονώς, καὶ ὑπὸ τοῦ τότε πατριαρχοῦντος τῷ τῆς D
νίκης στεφάνῳ ταινιωθείς, ἀπεκατέστη εἰς τὰ βασίλεια.

41. Καὶ πάλιν αὐτὸν φροντίδες πολιτικαὶ διεδέχοντο, καὶ ταῖς ἀπὸ διαφόρων ἐθνῶν πρεσβείαις τὰ πρόσφορα ἐχρημάτιζε· καὶ πρὸς ὀλίγον τοῖς τέκνοις συνευφρανθεὶς καὶ τῇ γυναικί, καὶ τοὺς κατὰ τὸ ἄστυ περιελθὼν ἱεροὺς καὶ θείους ναοὺς καὶ τὰς εὐχὰς ἀποδούς, συνήθως ἦν αὖθις ἐπὶ τῶν πολιτικῶν διοικήσεων καὶ τῶν κρίσεων, τὴν περὶ τὸ ὑπήκοον κηδεμονίαν καὶ ἄγρυπνον πρόνοιαν ἐνδεικνύμενος. οὐ διελίμπανε δὲ ὅμως καθ' ἑκάστην P 169
εἰς τὸν ἱερὸν καὶ θεῖον ναὸν εἰσιὼν καὶ ἱκετεύων τὸν κύριον, καὶ μεσίτας πρὸς τοῦτο τόν τε ἀρχιστράτηγον Μιχαὴλ καὶ Ἠλιοὺ τὸν προφήτην πρὸς θεὸν προβαλλόμενος, τοῦ μὴ πρότερον τοῦ βίου ὑπεξελθεῖν πρὶν ἢ τὸν τοῦ Χρυσόχειρος ὄλεθρον ἐπιδεῖν καὶ τρία βέλη τῇ αὐτοῦ καταπῆξαι μιαρᾷ κεφαλῇ. ὃ καὶ γέγονεν ὕστερον.

omni milite large copioseque muneribus accepto, ac qui singulari virtute fulserant, singulis decenti honorario donatis, multis auctus spoliis ac victoriae sertis in urbem reversus est; ingressusque per Aureas portas, quo fere ritu veteres imperatores in praemagnifica nobilique Roma triumphum agebant, faustis pro victoria populi acclamationibus ominibusque deducentibus, in magnum dei sapientiae templum ad vota congruamque gratiarum actionem deo persolvendam, statim ut erat ex itinere, profectus, atque a patriarcha victoriae corona redimitus, in regiam receptus est.

41. Rursus vero curae eum civiles solicitabant, diversarumque gentium oratoribus ad se convenientibus dandis responsis incumbebat; paululumque cum liberis ac uxore relaxato animo, ac sacrosanctis per urbem voti precumque causa templis religiose lustratis, ex more rursus civilibus administrationibus iudiciisque addicta opera, diligentiam ille suam vigilemque curam erga subditos ostentabat. nullum tamen faciebat finem quotidie in sacrum divinumque templum ingrediendi deumque supplicibus votis exorandi, intercessoribus ad deum adhibitis tum Michaele caelestis exercitus principe, tum Elia propheta, ne prius vita excederet quam Chrysochiris interitum videret ac tria tela impuro illius capiti infigeret; quod et postea contigit. sequenti enim anno, cum is

τῷ γὰρ ἐπιόντι χρόνῳ εἰς τὰς τῶν Ῥωμαίων ἐμβαλόντος χώρας τοῦ προμνημονευθέντος Χρυσόχειρος καὶ ταύτας ληϊζομένου, ἀποστέλλει κατ' αὐτοῦ συνήθως ὁ βασιλεὺς τὸν τῶν σχολῶν ἐξηγούμενον. ὃς ἐξελθὼν καὶ πάντα τὸν Ῥωμαϊκὸν στρατὸν συμπαραλαβών, ἐπεὶ κατὰ πρόσωπον ἐμφανῶς ἀντιστῆναι πρὸς αὐτὸν ἀπε-
B δειλία, τὰ τῶν Ῥωμαίων στρατεύματα συμπαρείπετο τέως αὐτῷ ἀπό τινος διαστήματος, καὶ τὰς μερικὰς ἀνεῖργε καταδρομάς, καὶ οὐ συνεχώρει κατὰ τῆς χώρας ἀδεῶς διασκίδνασθαι. ὡς οὖν τὰ μὲν δρῶν τὰ δὲ ἀπρακτῶν ὁ βάρβαρος, ἤδη καὶ τοῦ καιροῦ καλοῦντος αὐτόν, τῆς πρὸς τὰ οἰκεῖα ἐπανόδου ἐμνήσθη καὶ μετὰ λείας συχνῆς πρὸς τὴν ἰδίαν χώραν ὑπέστρεφεν, ἀφώρισε δύο τῶν στρατηγῶν ὁ τῶν σχολῶν ἐξηγούμενος, τόν τε τοῦ Χαρσιανοῦ καὶ τῶν Ἀρμενίων, μετὰ τῆς περὶ αὐτοὺς δυνάμεως ἕκαστον, ὥστε συμπαρομαρτεῖν καὶ ἐφέπεσθαι τῷ Χρυσόχειρι ἄχρι τοῦ Βαθυρρύακος, κἀκεῖθεν εἰ μὲν ἐπαφήσει κατὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν ὁρίων
C στρατόν, δῆλον τοῦτο τῷ δομεστίκῳ ποιήσασθαι, εἰ δὲ πρὸς τὸν οἰκεῖον φωλεὸν ἀμεταστρεπτὶ βαδίζων εἰσδύνειεν, ἐάσαντας τοῦτον αὖθις ἐπανελθεῖν πρὸς αὐτόν. (42) ἤδη οὖν τοῦ βαρβαρικοῦ στρατεύματος γεγονότος ἐν ἑσπέρας καιρῷ κατὰ τὸν καλούμενον Βαθυρρύακα καὶ αὐλισμένου κάτω πρὸς τὴν τοῦ ὄρους ὑπώρειαν, τῶν δὲ Ῥωμαϊκῶν στρατηγῶν καταλαβόντων τὰ τούτου μετεωρότερα καὶ τὸ μέλλον ἀποσκοπούντων, ἐμπίπτει τις ἔρις περὶ τῶν πρωτείων καὶ ἅμιλλα τοῖς τῶν δύο θεμάτων στρατιώταις καὶ

4 ὃς ἐξελθὼν om P 12 ἀφηγούμενος A 22 τῶν om A

quem dicebam Chrysochir Romanam dicionem invasisset eamque devastaret, misit ex more imperator in eum scholarum domesticum; assumptoque omni Romano exercitu, licet palam conserta acie cum illo pugnare non auderet, interim tamen Romanis cohortibus ex certo intervallo insequentibus, obstabat ne hinc inde excurrere ac palando per loca dispergi auderet. cum igitur barbarus, partim rebus ex voto cedentibus partim frustrato conatu, iam etiam tempore vocante, ad sua redire statuisset gravique onustus praeda domum rediret, scholis praefectus duobus ducibus, quorum unus Charsianis, alter Armeniacis praeerat, praecipit ut cum iis quas ducebant cohortibus Chrysochirem pone sequantur usque ad Bathyrrhyacem; indeque, si quidem adversus Romanorum fines copias immitteret, id domestico significarent: sin recto itinere in suam se latebram reciperet, illo dimisso ad ipsum rursus redirent. (42) iam itaque ad eum qui dictus est Bathyrrhyaci locum, advesperascente die barbarorum devectus exercitus ad pedes montis consedit. Romanorum duces illius superiora occupant, ac quid eventurum sit dispiciunt. interim inter duorum thematum milites, et ordinum turmarumque ductores ac manipularios, contentio quaedam et pugna de virtutis praestantia in-

ταξιάρχαις καὶ λοχαγωγοῖς, τῶν μὲν τοῦ Χαρσιανοῦ ἑαυτοῖς ἐπιγραφόντων τὸ πρεσβεῖον τῆς κατ' ἀλκὴν ἀρετῆς, ἔμπαλιν δὲ τῶν Ἀρμενιακῶν μὴ μεθιεμένων τῆς ἐν τοῖς πολέμοις ἀνδρίας τὸ πρωτεῖον D ἐκείνους λαβεῖν. ὡς οὖν ἐπὶ πλέον τὰ τῆς φιλονεικίας αὐτοῖς ἐχώρει καὶ τὰ φρονήματα διηρέθιστο, λεχθῆναί φασι παρὰ τῶν πρωτευόντων τοῦ τῶν Ἀρμενιακῶν συστήματος ὡς ἵνα τί μάτην ἐν λόγοις ἕκαστοι θρασυνόμεθα καὶ αὐχοῦμεν διακενῆς, ἐξὸν τοῖς ἔργοις τὴν ἀμφισβήτητον ἀρετὴν ἐπιδείξασθαι; τῶν γὰρ πολεμίων οὐ μακρὰν ἀπεχόντων, ἔξεστιν ἐπὶ τῶν ἔργων φανῆναι τοὺς ἀριστεῖς καὶ ἐκ τῆς κατὰ χεῖρα γενναιότητος κριθῆναι τοὺς ὑπερέχοντας. τοὺς τοιούτους τοίνυν λόγους διακηκοότες οἱ στρατηγοί, καὶ τὴν πρὸς ἀνδρίαν ὁρμὴν καὶ προθυμίαν κατανοήσαντες τοῦ λαοῦ, P 170 συννοήσαντες δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ τόπου βοήθειαν, ὅτι ἐξ ὑπερδεξίων τοῖς ἐν ἐπιπέδῳ κατηυλισμένοις μέλλουσιν ἐπιτίθεσθαι, διχῇ διαιροῦσι τὴν δύναμιν· καὶ τὸ μὲν ἔκκριτον αὐτῆς ἄχρις ἕκτης ἑκατοντάδος μετὰ τῶν γε τῶν στρατηγῶν προσβαλεῖν ἐκρίθη τῷ τῶν βαρβάρων στρατῷ, τὸ δὲ λοιπὸν τῆς εὐαριθμήτου Ῥωμαϊκῆς στρατιᾶς ἐς δόκησιν πλήθους αὐτοῦ που πρὸς τὰ μετέωρα συσκευάσαντες, καὶ σύνθημα δόντες καιροῦ, ἵν' ὅταν οὗτοι προσβάλωσι τοῖς ἐχθροῖς, κἀκεῖνοι σὺν ἀλαλαγμῷ μεγίστῳ καὶ σάλπιγξι, συνεπηχούντων καὶ τῶν ὀρέων αὐτῶν, ἐκπληκτικὴν βοὴν ἀναρρήξωσιν, B αὐτοὶ τὰς πανοπλίας ἐνδύονται, καὶ ἀφανῶς διὰ νυκτὸς τῇ

6 τῶν om P 15 ταύτης A 16 Allatius Γετῶν manuducentibus Getis. προσβαλεῖν om A

cidit. Charsianitae virtutis, quae in fortitudine est, primatum sibi vindicabant: contra Armeniaci nihil se illa virtute iis impares omnino obnitebantur. augescente itaque rixa, et cum partium irritaretur ferocitas, ab Armeniacorum coetus primoribus in haec verba peroratum ferunt. "quid frustra verbis singuli ferocimus atque iactamus, cum in promptu sit virtutis specimen dare, qua de ambigimus? cum enim hostes haud longe absint, possunt qui viri praestantes existant, facinoribus editis inclarescere, ac qui forti robore praecellat, iudicio primas obtinere." his ergo ductores sermonibus auditis, militumque ad impressionem faciendam fortem animum atque alacrem considerantes, nec non ipsius loci opportunitatem haud leve sibi ad victoriam momentum afferre sentientes, quod e sublimi loco impetum in hostes erant facturi, qui in valle castra habebant, duas in partes copias dividunt. selectiorem manum ad sexcentos cum ipsis ductoribus in hostem irruere decernunt: reliqui numero non multi in sublimi starent, confertae multitudinis speciem praeferentes, data temporis tessera, ut cum illi hostem adorirentur, illico hi maximo cum plausu et tubis canentibus terribilem rugitum una quoque reboantibus montibus ederent. sic arma induunt, ac occulte per noctem ad ho-

στρατοπεδείᾳ τῶν δυσμενῶν πλησιάζουσι. πρὸ τῆς ἕω δέ, οὔπω τοῦ ἡλίου τὸ ὑπὸ γῆν τελείως παραλλάξαντος ἡμισφαίριον, βοῇ στιβαρᾷ παιανίσαντες καὶ τὸ "σταυρὸς νενίκηκε" συμβοήσαντες ἐπιτίθενται τοῖς ἐχθροῖς, συνεπαλαλαξάντων ἀπὸ τοῦ ὄρους καὶ τῶν λοιπῶν. εὐθὺς οὖν τῷ ἀνελπίστῳ καταπλαγέντες οἱ βάρβαροι, καὶ μήτε συστῆναι μήτε τὸ ἐπιὸν πλῆθος ὅσον ἐστὶ λαβόντες καιρὸν κατιδεῖν, μήτ' ἄλλο τι σωτήριον ἑαυτοῖς ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἰσχύσαντες συνιδεῖν, ὥρμησαν πρὸς φυγήν, τῆς τοῦ βασιλέως τού- C τους πάντως ἐπιμόνου ἐκδειματούσης εὐχῆς καὶ συνελαυνούσης πρὸς ὄλεθρον. τῶν οὖν διωκόντων ῥωμαίων καὶ τοὺς μὴ συνόντας συνεχῶς ἐπιβοωμένων στρατηγοὺς καὶ τὰ τάγματα καὶ τὸν τῶν σχολῶν ἀφηγούμενον, καθάπερ αὐτοῖς συντέτακτο, καὶ τῶν φευγόντων εἰς πλείονα φόβον συνελαυνομένων καὶ ταραχήν, συνέβη μέχρι μιλίων τριάκοντα γενέσθαι τὴν δίωξιν καὶ τὸν μεταξὺ χῶρον ἀπείροις καταστρωθῆναι νεκροῖς. (43) ὅτε καὶ τὸν ἀναιδῆ καὶ θρασὺν ἐκεῖνον Χρυσόχειρα λέγεται, σὺν ὀλίγοις φεύγοντα τῶν περὶ αὐτόν, ἐπικαταδιώκειν Ῥωμαίων τινά, τὸ Πουλάδην παρωνύμιον φέροντα, ὃν συνέβη ποτὲ κατὰ Τεφρικὴν γεγονότα αἰχμάλωτον διὰ τὸ ἀστεϊσμοῦ μετέχειν καὶ χάριτος συνήθη καὶ γνώριμον D χρηματίσαι Χρυσοχειρι. ὃν ἰδὼν ὁ βάρβαρος τότε μετ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ προθυμίας διώκοντα, ἐπιστραφεὶς "τί σοι" φησι "κακόν, ὦ ἄθλιε, διεπραξάμην, Πουλάδη, ὅτι με οὕτω καταδιώ-

3 καὶ τὸ — συμβοήσαντες om A 17 Ῥωμαῖον A

stium castra accedunt. summo autem mane, cum necdum sol emenso penitus subiecto nobis hemisphaerio emersisset, magna voce paeana cantantes, et "vicit crux" conclamantes, aggrediuntur hostem, simul reliquis de monte militarem conclamationem edentibus. at barbari subito re insperata perterriti, neque inter se coire nec contemplandae irruentium hostium multitudinis tempus habere, neque omnino quicquam salutare consulere posse, sed fugae se dare, imperatoris prorsus assidua ad deum precatione eos perterrente atque in interitum propellente. Romanis itaque insequentibus, absentesque duces atque ordines scholisque praefectum continue compellantibus, sicut fuerat praeceptum, aucto fugientium pavore ac tumultu ad trigesimum miliare persequuntur, interiectumque spatium cadaveribus consternunt. (43) inter haec etiam impudentem audacemque illum Chrysochirem, cum paucis suorum fugientem, Romanorum quendam, cognomento Puladem, persecutum ferunt, qui Tephricae quondam captivus, quod festivus esset ac lepidus, Chrysochiri innotuerat et ab eo in familiaritatem fuerat admissus. hunc ut vidit barbarus furiose alacrique animo insequentem, conversus ad eum "quid tibi" inquit "mali feci, miser Pulade, quod sic insane pernempturus me persequeris?" cui ille brevibus "quod nimirum munerum in me collatorum vicem me tibi hodie redditurum deo bene propitio, confido, pa-

κεις μανιωδῶς, ἐπιθυμῶν ἀνελεῖν με;" ὁ δὲ συντόμως ἀντέφησεν ὅτι τῶν εὐεργεσιῶν σου, πάτρων, τὴν ἀμοιβὴν ἀποδοῦναί σοι κατὰ τὴν παροῦσαν ἡμέραν πεποιθώς εἰμι ἐν θεῷ, καὶ διὰ τοῦτο καταδιώκω ὀπίσω σου. ὡς οὖν ὁ μὲν προῄει οἷα βεβλαμμένος τὰς φρένας ὑπὸ θεοῦ, ἀπεγνωσμένος τε καὶ δειλός, ὁ δὲ ἐφείπετο μετ' εὐτολμίας καὶ θάρσους νεανικοῦ, ἐντυγχάνει τάφρῳ βαθείᾳ ὁ διωκόμενος, ἣν ὑπερπηδῆσαι ὁ ἵππος ἐπεδειλία τε καὶ διώκλαζεν. καὶ P 171
ἕως περὶ ταύτην ὁ Χρυσόχειρ εἶχε τὸν νοῦν, βάλλει τοῦτον ὁ Πουλάδης κοντῷ κατὰ τῆς πλευρᾶς, καὶ εὐθέως περιδινηθεὶς τῷ ἀλγήματι κατερρύη τοῦ ἵππου. καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τις, ᾧ Διακονίτζης ἦν τὸ ἐπώνυμον, ἀπὸ τοῦ οἰκείου ἵππου ῥίψας ἑαυτὸν ἐπιμελείας ἠξίου τὸν πεσόντα δεσπότην, καὶ τοῖς οἰκείοις γόνασι τὴν ἐκείνου κεφαλὴν ἐπιθεὶς τὸ συμβὰν ἀπωδύρετο. ἐν τοσούτῳ δὲ προσγίνονται τῷ Πουλάδῃ καὶ ἕτεροι, καὶ καθαλλόμενοι τῶν ἵππων τὴν τοῦ Χρυσόχειρος ἀποτέμνουσι κεφαλὴν λειποψυχοῦντος ἤδη καὶ ἐκλιμπάνοντος, συγκαταλέγουσι δὲ καὶ τὸν Διακονίτζην ἐκεῖνον τῷ τῶν λοιπῶν δεσμίων ἀριθμῷ. οὕτω δὲ παραδόξως B
καταπολεμηθέντων τῶν δυσμενῶν καὶ τοῦ Χριστιανικοῦ ὑψωθέντος καυχήματος, συντόμως μετὰ τῶν τῆς χαρᾶς ἀγγέλων προσαποστέλλεται βασιλεῖ ἡ τοῦ Χρυσόχειρος κεφαλή. ἐτύγχανε δὲ τηνικαῦτα διάγων κατὰ τὸ Πετρίον λεγόμενον, ἔνθα τὸ σεμνεῖον τῆς τῶν οἰκείων θυγατέρων διατριβῆς ἐχρημάτιζεν. καὶ τῆς κεφαλῆς προσενεχθείσης τῶν οἰκείων ἀναμνησθεὶς προσευχῶν, καὶ πρὸς

1 ἀπέφησεν P 7 ὑπεδειλία? 15 τὴν om P 16 ἤδη om P 23 προσενεχθείσης om A

56. Ἐπειδὴ δὲ πολλάκις ἡ ἱστορία φιλεῖ καὶ ταῖς κατὰ παρέκβασιν διηγήσεσι τὸν λόγον ποικίλλειν καὶ τὰς τῶν ἐντυγχα- P 182 νόντων ψυχαγωγεῖν ἀκοάς, ἐπεξηγητέον καὶ ὅσα μεταξὺ τοῦ ῥηγὸς Φραγγίας καὶ Σολδάνου τοῦ Ἀφρικῆς ἀμηρᾶ καὶ τῶν οἰκητόρων Καπύης καὶ Βενεβενδοῦ συνέβη καταπραχθῆναι. ἐπὶ διετίαν γὰρ ἐν Καπύῃ συνὼν ὁ Σολδάνος τῷ τῆς Φραγγίας ῥηγὶ οὐδέποτε ὤφθη ὑπό τινος τὸ παράπαν γελῶν. ὁ δὲ ῥὴξ τῷ κατάφωρον αὐτὸν γελῶντα πεποιηκότι χρυσίου δόσιν κατεπηγγείλατο. προσήγγειλεν οὖν τίς ποτε τῷ ῥηγὶ γελῶντα τὸν μέχρι τότε σκυθρωπὸν Σολδάνον θεάσασθαι, καὶ τούτου παρείχετο μάρτυρας. ὃν καλέσας ὁ ῥὴξ τὴν αἰτίαν τῆς μεταβολῆς καὶ τοῦ γέλωτος ἐπυνθά- B νετο. ὁ δὲ "ἅμαξαν" φησι "κατιδὼν καὶ τοὺς ταύτης κατανοήσας τροχούς, πῶς καὶ τὸ μετέωρον τούτων ταπεινοῦται καὶ τὸ ταπεινὸν αὖθις μετεωρίζεται, καὶ ὡς εἰκόνα ταῦτα λαβὼν τῆς ἀσταθμήτου καὶ ἀβεβαίου τῶν ἀνθρώπων εὐδαιμονίας, ἐγέλασα ἅμα μὲν ἐνθυμηθεὶς πῶς ἐφ' οὕτως ἀβεβαίων πραγμάτων ἐπαιρόμεθα, ἅμα δὲ καὶ οὐκ ἀδύνατον οἰηθεὶς τὸ καὶ ἐμέ, ὥσπερ ἐκ μετεώρου γέγονα ταπεινός, οὕτως καὶ ἐκ τοῦ χαμερποῦς ἐνδέχεσθαι πάλιν ἀρθῆναι πρὸς μέγεθος." ὅπερ ἀκούσας ὁ ῥήξ, καὶ ἐν νῷ τὰ οἰκεῖα λαβὼν καὶ ἐκεῖνον συνετὸν λογισάμενος, ἤρξατο

5 μετὰ P   21 ὅπερ P

prima imperatoris in Occidentem expeditio nacta finem est; eiusque spoliis ac claritate urbs Augusta ornatur.

56. Quod vero haud raro historia etiam narrationibus quae parum ab scopo excurrere videntur, quandam sermoni varietatem non illubens conciliat, eaque legentium animos afficit ac recreat, operae pretium videatur ut et ea referamus quae inter regem Franciae et Soldanum Africae ameram civesque Capuae et Beneventi contigere. Soldanus enim annos duos cum rege Franciae Capuae moratus nunquam ab ullo prorsus visus est ridere. rex, si quis ridentem deprehendisset, auro donandum pollicitus est. nuntiavit itaque quispiam regi vidisse se Soldanum ridentem, qui hactenus maestus severoque vultu exstitisset; reique profert testes. vocavit ad se rex Soldanum, exque illo mutationis ac risus causam sciscitatus est. cui ille "videns" inquit "currum, eiusque rotas considerans, quomodo aliae earum partes e sublimi axe in imum deprimantur ac rursus ex humili in altum tollantur, atque hanc ego incertae ac inconstantis hominum felicitatis imaginem sentiens, risi, simul etiam cogitans quam de re instabili superbia inflamur; ac denique hoc fieri posse iudicans, ut quomodo ex summo infimus sum factus, ita ex humili rursum loco ad prius fastigium attollar." his rex auditis, deque suo statu cogitans, illumque virum prudentem iudicans, libere postmo-

παρρησίας καὶ συνδιαιτήσεως μεταδιδόναι αὐτῷ. (57) ὁ δὲ C
πανοῦργος ὢν καὶ δόλων Φοινικικῶν οὐκ ἀμέτοχος ἐκ τῆς ἑκατέρων ἔγνω διαβολῆς σωτηρίαν ἑαυτῷ πραγματεύεσθαι. πολλάκις γὰρ πρὸς αὐτόν, καὶ ὡς ἐκ γεροντικῆς ἐμπειρίας συνετὸν καὶ σοφὸν καὶ ὡς ἐξ εὐτυχοῦς δυστυχῆ, οἱ τῶν κάστρων Καπύης καὶ Βενεβενδοῦ παρεγίνοντο ἄρχοντες. ὁ δὲ τὴν πρὸς αὐτοὺς φιλίαν πλαττόμενος ἐξενεγκεῖν τι πρὸς αὐτοὺς ἀπόρρητον βούλευμα τοῦ ῥηγὸς ἔλεγεν βούλεσθαι, δεδοικέναι δὲ τὸν ἐκ μηνύσεως κίνδυνον. τῶν δὲ διομοσαμένων ἀνέκφορον ποιήσασθαι τὸ λαλούμενον, ἔφη βούλεσθαι τὸν ῥῆγα πάντας ὑμᾶς πρὸς τὴν ἑαυτοῦ χώραν τῆς Φραγγίας σιδηροδεσμίους ἐκπέμψαι ὡς οὐκ ἄλλως οὔσης αὐτῷ ἀσφαλοῦς τῆς τῶν ὑμετέρων διακρατήσεως πόλεων. τῶν δὲ μὴ πάνυ D
πιστὸν τέως ἡγησαμένων τὸ μηνυόμενον, ζητούντων δὲ σαφεστέραν ἔτι κατάληψιν, πάλιν πρὸς τὸν ῥῆγα ὁ Σολδάνος τοιαῦτα φησίν, ὡς οὐκ ἔστι σοι ἀσφαλὴς ἡ τῶν κάστρων τούτων κατάσχεσις, ἕως οἱ τούτων ἄρχοντες ἐνταῦθα ἐπιχωριάζουσιν· ἀλλ' εἰ βούλει βεβαίως δεσπόζειν αὐτῶν, τούτους θᾶττον πρὸς Φραγγίαν δεσμίους ἀπόστειλον. πεισθεὶς οὖν τοῖς τοιούτοις λόγοις ὁ ῥὴξ ἁλύσεις διωρίσατο συντόμως χαλκευθῆναι ὡς ἐπὶ χρείᾳ κατεπειγούσῃ τινί. ἰδὼν οὖν αὖθις ὁ Σολδάνος τοὺς ἄρχοντας, "οὐδ' ἔτι μοι" φησὶ "πιστεύετε περὶ ὧν ἔλεγον; ἐρευνήσαντες ἴδετε τί P 183
οἱ χαλκεῖς πάντες ἐργάζονται τῇ τοῦ ῥηγὸς προστάξει· καὶ ἐὰν

16 ἐγχωριάζουσιν P

dum secum congredi ac versari permisit. (57) at Soldanus, homo vafer et astutus nec Punicae fraudis expers, alios aliis vicissim calumniando ac committendo salutem sibi procurandam decrevit. haud raro enim ad eum, velut senili experientia catum hominem ac sapientem exque prospera fortuna infelici iam usum, Capuae ac Beneventi proceres veniebant. quibus ille, amicitiae larvam simulans, "velle se" aiebat "regis ad eos consilium arcanum proferre, sed metuere, quod inde eaque denuntiatione periculum sibi immineret." at ille iureiurando affirmare, quod dixerit, religiose iis secreto tegendum esse. tum ille "hoc regi constitutum, ut vos omnes ferro vinctos in regionem suam Franciae mittat, quippe qui non aliter vestrarum urbium se tuto potiturum existimet." illis vero non certam omnino fidem eius verbis habentibus, sed certius adhuc illorum argumentum quaerentibus, rursus Soldanus ad regem talia proloquitur. "non potes has urbes tuto in dicione tenere, quamdiu primores civium hic sedes habent. itaque si hoc animo es ut firmiter tui eas iuris retineas, vinctos illos quantocius mitte in Franciam." his persuasus rex catenas brevi fabricari, quasi aliqua necessitate urgente, praecepit. convisens rursus Soldanus patricios "ne nunc quidem" inquit "mihi fidem adhibetis, verbaque mea negligitis? scrutamini, exquirite, quid fabri omnes regis iussu construant; ac si catenas

εὕρητε ἀλύσεις τε καὶ δεσμά, μὴ ἀπιστήσητε τῶν πρὸς σωτηρίαν
ὑμῶν λεγομένων ὑμῖν." γνόντες οὖν ἐν τούτοις τὸν βάρβαρον οἱ
ἄρχοντες ἀληθεύοντα οὐδὲ πρὸς τἄλλα ἔτι ἠπίστησαν, τρόπον δὲ
ἐζήτουν ὅπως τὸν ῥῆγα ἀμύνωνται. καὶ δὴ μετ' ὀλίγον πρὸς κυ-
νηγέσιον ἐξελθόντος αὐτοῦ, ἀποκλείουσι κατ' αὐτοῦ τὰς πύλας
καὶ οὐκέτι τὴν εἴσοδον συγχωροῦσιν αὐτῷ. ὁ δὲ μηδὲν ἐκ τούτου
παραχρῆμα δυνάμενος πράξασθαι πρὸς τὴν ἰδίαν χώραν αὖθις
ἀνθυπενόστησε. (58) πρόσεισιν οὖν τοῖς ἄρχουσιν ὁ Σολδάνος,
B τὴν χάριν τῆς μηνύσεως ἀπαιτῶν· ἡ δὲ ἦν τὸ πρὸς τὴν οἰκείαν
πατρίδα συγχωρηθῆναι αὐτῷ ἀπελθεῖν. συγχωρηθεὶς οὖν καὶ
κατὰ Καρχηδόνα γενόμενος καὶ τὴν οἰκείαν ἀρχὴν ἀπολαβὼν καὶ
τοῦ κακὸς εἶναι μὴ ἐκστὰς ἐκστρατεύει κατὰ Καπύης τε καὶ Βενε-
βενδοῦ, τὰ χαριστήρια τούτοις τῆς σωτηρίας ἀποδιδούς. οἱ δὲ
πρὸς τὸν ῥῆγα διαπρεσβεύονται. ἀλλὰ μεθ' ὕβρεως ἀποπέμπον-
ται, ἐπιχαίρειν εἰπόντος τῇ ἀπωλείᾳ αὐτῶν. στέλλουσιν ἄγγελον
πρὸς τὸν βασιλέα οἱ τῶν τοιούτων κάστρων ἐξηγούμενοι. συμ-
παθὴς οὖν ὁ βασιλεὺς καὶ φιλάνθρωπος ὢν θᾶττον ἐκπέμπει τὸν
πρεσβευτὴν δηλώσοντα τούτοις προσδέχεσθαι συντόμως τὴν ἐν-
τεῦθεν βοήθειαν. γίνεται δὲ τοῖς πολεμίοις ἐγκρατὴς ὁ τῆς ἀγγε-
C λίας διάκονος πρὸ τοῦ δοῦναι τὰς ἀποκρίσεις τοῖς ἀποστείλασι.
λέγει οὖν πρὸς αὐτὸν ὁ Σολδάνος ὡς εἰ ὑπηρετήσεις μου τῷ βου-
λήματι, καὶ σωτηρίας ἀξιωθήσῃ καὶ δωρεῶν ἀπολαύσεις. τοῦ

10 αὐτὸν A 12 τε om P 16 τὸν om A

et vincula inveneritis, iis quae vestrae salutis causa a me vobis dicuntur nolite fidem abnuere." intelligentes itaque patricii barbarum, quod ita diceret, vera loqui, nec de aliis iam diffisi sunt. modum ergo quaerebant quo regem ulciscerentur. brevi itaque cum venatum egressus esset, urbis portas ei claudunt nec amplius ingredi sinunt. is vero, cum nihil in promptu esset quod quasi ulturus in eos facere posset, in patriam iterum reversus est. (58) accedit ad patricios Soldanus, indicati secreti mercedem accepturus. ea erat ut in patriam reverti sineretur. facta ergo abeundi licentia cum venisset Carthaginem, receptoque proprio principatu, nec a malitia discedens, adversus Capuam et Beneventum, acceptae salutis gratiam iis redditurus, proficiscitur. missa ad regem ab oppidanis legatio petitum auxilia: verum dimissi contumeliose legati, addente rege "illorum se magis gratulari exitio." mittunt itaque arcium praefecti nuntium ad imperatorem. is porro, humano cum esset pronoque ad miserendum ingenio, statim legatum remittit nuntiaturum ut ad se brevi mittenda auxilia exspectent. capitur nuntii minister ab hostibus, nondum perlato responso ad eos a quibus missus erat. cui Soldanus "si meae voluntati morem gesseris, cum salutem tum vero munera ex me consequeris." assentiente illo, ac quicquid iusserit

δὲ συνθεμένου τὸ κεκελευσμένον ἅπαν ποιεῖν, "βούλομαι" ἔφη "στῆναί σε τοῦ κάστρου ἐκτός, καὶ τοῖς ἔνδον εἰπεῖν ὡς ἐγὼ μὲν τὴν διακονίαν μου ἐξεπλήρωσα καὶ τὰ προσταγέντα μοι πάντα πεποίηκα· ἀλλ' ἐκ τοῦ βασιλέως βοήθειαν μὴ προσδέχεσθε· οὐ γὰρ ἤκουσεν ὑμῶν τῆς δεήσεως." ὑποσχομένου δὲ αὐτοῦ ταῦτα οὕτως ἐρεῖν, ἀποστέλλεται μετὰ τῶν τοῦ Σολδάνου ὑπηρετῶν τοῦ ταῦτα πρὸς τοὺς ἐν τῇ πόλει εἰπεῖν. ὁ δὲ πλησίον τοῦ τείχους γενόμενος, D καὶ τοὺς πρώτους παραγενέσθαι τῆς πόλεως πρὸς τὴν ἀκρόασιν αἰτησάμενος, ἔφη "εἰ καὶ πρόδηλός μοι τυγχάνει ὁ θάνατος καὶ ἐν χερσὶν ἡ σφαγή, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀποκρύψομαι τὴν ἀλήθειαν. πλὴν αἰτῶ καὶ ὁρκίζω ὑμᾶς ἀποδοῦναί μοι τὴν χάριν εἰς τὰ ἐμὰ ἔκγονα καὶ τὴν σύνευνον. ἐγὼ γάρ, ὦ κύριοί μου, εἰ καὶ νῦν ταῖς τῶν πολεμίων περιεσχέθην χερσίν, ἀλλ' ὅμως τὴν διακονίαν μου ἐπλήρωσα καὶ τὴν παρ' ὑμῶν πρεσβείαν τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων προσήγαγον, καὶ συντόμως προσδέχεσθε τὴν ἐκεῖθεν βοήθειαν. διὸ στῆτε γενναίως καὶ μὴ δειλανδρήσητε· ἔρχεται γὰρ ὁ ὑμᾶς ῥυόμενος, εἰ καὶ μὴ ἐμέ." ταῦτα οὖν οἱ τοῦ Σολδάνου ὑπηρέται P 184 ἀκούσαντες καὶ πρὸς τὴν ἀπάτην ἐκμανέντες σφοδρῶς, εὐθέως αὐτὸν τοῖς ξίφεσι κατακόπτουσι. φοβηθεὶς οὖν ὁ Σολδάνος τὴν ἐκ βασιλέως προσδοκωμένην δύναμιν ἔλυσε τὴν πολιορκίαν καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν χώραν ὑπέστρεψεν. καὶ τὸ ἀπὸ τούτου διέμειναν πιστοὶ βασιλεῖ οἱ τῶν τοιούτων ἐξηγούμενοι κάστρων, καὶ ταῦτα πρὸς τὴν αὐτοῦ συνετήρησαν δούλωσιν.

2 ὡς om P 3 πεπλήρωκα P 16 δειλιανδρήσητε P, δειλιανδρίσητε A

facturum se pollicente, "volo" inquit "ut extra muros constitutus in haec verba cives alloquaris. ego quidem ministerium meum implevi, et quae iussus eram cuncta feci: nulla tamen vobis praesto fore ab imperatore auxilia existimetis: non enim petitioni vestrae aures praebuit." haec se ita dicturum pollicitus mittitur cum Soldani ministris, ut cives alloquatur. prope itaque muros admotus, rogansque adesse primores civitatis, ut audiant, infit: "etsi manifesta mors mihi imminet caedesque in promptu est, non tamen vos veritatem celabo. verum rogo atque obtestor ut in liberis atque uxore gratiam mihi rependatis. ego enim, domini mei, etsi nunc hostium manibus teneor, meum tamen munus implevi, vestraque ad Romanorum imperatorem legatione functus sum; ab eoque brevi vobis ventura auxilia exspectate. quare state fortiter, nec ignavia torpeatis. veniet enim qui vos liberabit, quanquam me periculo non eximet." quibus auditis Soldani ministri, factaque sibi fraude vehementi furore iraque conciti, eum statim gladiis conscindunt. veritus itaque Soldanus exspectatas ab imperatore copias obsidionem solvit et ad propria rediit. ex eoque tempore urbium illarum praefecti Romanae rei fideles perstiterunt, easque in imperatoris obsequio conservarunt.

59. *Συνέβη δὲ κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους καὶ ἄλλον στόλον Ἀγαρηνῶν κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐπικρατείας ἐλθεῖν· ἀλλὰ ταῖς τοῦ βασιλέως ἐπιμόνοις δεήσεσι πρὸς θεὸν καὶ ταῖς ἔμφροσι διατάξεσι καὶ τῇ δεούσῃ τῶν πραγμάτων μεταχειρίσει μετὰ τῶν Ῥω-* B *μαίων ἡ νίκη ἐγένετο καὶ δυσκλεᾶ τὴν ἧτταν οἱ ἐκ τῆς Ἄγαρ ἠνέγκαντο. ὁ γὰρ τῆς Ταρσοῦ ἀμηρᾶς, ὃς Ἐσμὰν ὠνομάζετο, τριάκοντα πλοίων μεγίστων, ἃ κομβάρια λέγεται, στόλον ἐξαρτυσάμενος κατὰ τοῦ κάστρου Εὐρίπου ὁπλίζεται. τοῦ δὲ στρατηγοῦ Ἑλλάδος (ὁ Οἰνιάτης οὗτος ἦν) κελεύσει βασιλικῇ τὸν ἱκανὸν εἰς φυλακὴν τοῦ κάστρου λαὸν ἀπὸ πάσης Ἑλλάδος εἰσαγαγόντος καὶ τοῖς τείχεσι τὰ ἁρμόζοντα παρασκευασαμένου ἀμυντήρια, ὡς εἶδον οἱ ἐκ τοῦ κάστρου τὰ πλοῖα τοῖς τείχεσι πλησιάζοντα καὶ τοὺς βαρβάρους βελῶν ἀφέσει συχνῶν ἀναστέλλειν καὶ ἀπωθεῖν πειρωμένους τοὺς ἔνδον ἐκ τῶν τειχῶν, θυμοῦ καὶ προθυμίας πλήρεις* C *γενόμενοι γενναίως ἀντηγωνίζοντο, καὶ τοῖς πετροβόλοις ὀργάνοις καὶ τοξοβαλλίστραις καὶ ταῖς ἐκ χειρῶν τῶν λίθων ἀφέσεσι χρώμενοι συχνοὺς τῶν βαρβάρων καθ' ἑκάστην ἀνήλισκον. οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ τῶν νεῶν τὰς πλείστας ἐπιφόρου γενομένου τοῦ πνεύματος τῷ ὑγρῷ πυρὶ κατενέπρησαν. ἀπορῶν οὖν καὶ δυσθυμῶν ὁ βάρβαρος, καὶ εἰδὼς ἐφέσει χρημάτων ἑκόντας τοὺς πολλοὺς ἀποθνήσκοντας, ἀσπίδα μεγάλην πρὸ τοῦ χάρακος θεὶς καὶ χρυσίου ταύτην πεπληρωκὼς "τοῦτο γέρας" ἔφη "καὶ ἀριστεῖον ἐγὼ δίδωμι, μετὰ καὶ παρθένων ἐπιλέκτων τὸν ἀριθμὸν ἑκατόν, τῷ πρώτως ἐπιβάντι τοῦ ἄστεος καὶ τοῖς ὁμοφύλοις βραβεύσαντι τὸ*

4 *Ῥωμαϊκῶν* A   8 *Ἐρίπου* A   15 *τοῖς* om P

59. Contigit vero per haec tempora ut et Agarenorum classis Romanam dicionem invaderet. verum imperatoris assiduis ad deum precibus solertibusque statutis nec non commoda rerum administratione, victoria a Romanis stante, Agareni probrosa clade affecti sunt. Tarsi enim ameras, Esmanus nomine, maximarum triginta navium (quas combaria vocant) instructa classe Euripi arcem aggreditur. Helladis praetor (Oeniates hic erat) imperatoris iussu iustas satis copias ad tuendam urbem ex omni Graecia inducit, et in moenibus praesidia apta disponit. tum videntes oppidani naves moenibus propinquare, barbarosque spissis sagittarum ictibus eos qui in muris erant conantes repellere, ira ac ardore plenis animis strenue impetum sustinebant, petrariisque et arcubalistis ipsaque manuum vi intortis lapidibus multos quotidie barbarorum necabant. neque id modo, sed et maximam classis partem, secundum nacti ventum, igni Graeco incenderunt. anceps itaque animi aegreque ferens barbarus, haud ignarus pecuniarum amore non paucos sponte se morti obiicere, ingenti scuto auro pleno pro vallo exposito, "hoc" inquit "praemium ac honorarium illi dabo, nec non lectas virgines centum, qui primus muros conscenderit suisque tribulibus victoriae auctor exsti-

νικᾶν." ὅπερ οἱ ἀπὸ τῆς πόλεως θεασάμενοι, καὶ τὸν νοῦν τοῦ D
πραττομένου κατανοήσαντες, τοῖς παρακλητικοῖς τῶν λόγων ἑαυ-
τοὺς παρεθάρρυνον, καὶ ὑφ' ἓν σύνθημα τῶν πυλῶν αὐτοῖς ἀνα-
ζυγεισῶν ἀνδρείως κατὰ τῶν βαρβάρων ἐξώρμησαν. καὶ πολλῶν
ἀναιρουμένων, δεξαμένου δὲ καὶ τοῦ ἀμηρᾶ καιρίαν πληγὴν καὶ
πεσόντος, ἐτράπησαν οἱ λοιποὶ καὶ τῶν διωκόντων ἐπικειμένων
μέχρι τῶν ὑπολοίπων νεῶν κατεσφάττοντο, καὶ φόνος ἐγένετο τῶν
βαρβάρων πολύς. οἱ γὰρ περιλιπεῖς ὀλίγας πληρώσαντες τῶν νεῶν
μετ' αἰσχύνης ἀπέφυγον πρὸς τὰ ἴδια. οὕτως ὁ βαρβαρικὸς στό-
λος δίχα ναυτικῆς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεως, ταῖς τοῦ βασιλέως
εὐχαῖς καὶ ταῖς τῶν ἀντιπαραταξαμένων ἀλκαῖς, περιφανῶς ἡτ-
τήθη καὶ δυσκλεῶς ἀνεχώρησεν.

60. Οὕτω δὲ τοῦ ἀπὸ Ταρσοῦ διασκεδασθέντος νέφους, P 185
αἱ ἀπὸ Κρήτης αὖθις ἀντηγείροντο θύελλαι. τοῦ γὰρ Σαὴτ ἐκεί-
νου τοῦ Ἀποχὰψ τῆς τοιαύτης ἀμηρεύοντος νήσου, ἔχοντος δὲ καὶ
Φώτιόν τινα συνεργόν, ἄνδρα πολεμιστὴν καὶ δραστήριον, ἑπτὰ
καὶ εἴκοσι κομβάρια κατὰ Κρήτην ἐγένετο. προσῆν δὲ αὐτοῖς
ἀναλόγως καὶ πλῆθος μυοπαρώνων καὶ πεντηκοντόρων, ἃς σα-
κτούρας καὶ γαλέας ὀνομάζειν εἰώθασι πάμπολλοι. μεθ' ὧν κατὰ
τῆς Ῥωμαίων ἐξιόντες ἐπικρατείας καὶ πάντα τὸν Αἰγαῖον κατα-
ληϊζόμενοι, πολλάκις δὲ καὶ μέχρι τῆς ἐν Ἑλλησπόντῳ Προικον-
νήσου ποιούμενοι τὴν ἐπέλευσιν, πολλοὺς ἠνδραποδίζοντο καὶ διέ-
φθειρον. προσβαλὼν δὲ τῷ τηνικαῦτα τῷ τοιούτῳ ναυτικῷ τῶν B

18 ἃ A 19 γαλαίας A

terit." viderunt cives, et quo res spectaret animadvertentes verbis se mutuo exhortantur; hisque animati, ex composito reseratis foribus, in barbaros fortiter irrumpunt. multisque caesis, ipsoque amera letali vulnere accepto demortuo, ceteri in fugam versi insequentibus ad reliquas usque naves victoribus contrucidabantur. ingensque barbarorum facta strages. qui residui fuerunt, paucis navibus impletis ad sua cum probro diffugerunt. in hunc modum navalis barbarorum exercitus absque navalibus Romanis copiis, imperatoris precibus pugnantiumque forti robore, illustri profligatus victoria est ac inglorie abscedere coactus.

60. Sic vero Tarsensi dissipata nebula, Cretenses rursus exortae sunt procellae. Saete enim Apochapsis filio eius insulae amera, sed et Photio viro strenuo ac bellatore illi socio ac administro, septem ac viginti combariis instructa classe; pro quorum numero et ratione myoparonum multitudo erat et pentecontororum (plerique sacturas galeasque vocare sueverunt) cum illis in Romanae dicionis loca excurrentes Aegaeumque omne depraedantes, nec raro ad ipsam in Hellesponto Proconnesum irrumpentes, multos captivos ducebant, alios contrucidabant. congressus vero, cuius ante meminimus, Nicetas patricius, Romanarum

Κρητῶν ὁ προμνημονευθεὶς Νικήτας πατρίκιος, ὁ τῶν Ῥωμαϊκῶν τριήρεων ἄρχειν λαχών, καὶ μάχην μετ' αὐτῶν καρτερὰν συστησάμενος, εὐθὺς τὰ μὲν εἴκοσι τῶν Κρητικῶν σκαφῶν τῷ ὑγρῷ πυρὶ συγκατέφλεξε, καὶ τοὺς ἐπ' αὐτῶν βαρβάρους μάχαιρα καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ διεμερίσαντο· τὰ δὲ λοιπὰ φυγῇ τὴν σωτηρίαν, ὅσα τὸν ἀπὸ τῆς θαλάσσης διέφυγον κίνδυνον, ἐπορίσαντο.

61. Ἀλλὰ καίπερ οὕτως οἱ Κρῆτες ἐλαττωθέντες καὶ δυστυχῶς ὑποστρέψαντες οὐκ ἠγάπησαν ἠρεμεῖν, ἀλλὰ πάλιν τῶν
C κατὰ θάλασσαν πραγμάτων ἀντείχοντο, καὶ τὰ μᾶλλον τῆς βασιλίδος ἀπέχοντα, τὴν Πελοπόννησον καὶ τὰς κάτωθεν ταύτης νήσους φημί, παρελύπουν καὶ ἐληΐζοντο, τὸν ἀνωτέρω μνημονευθέντα Φώτιον ναύαρχον ἔχοντες. ἀποστέλλεται τοίνυν κατ' αὐτοῦ μετὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν τριήρων ὁ τούτων καλῶς ἀφηγούμενος Νικήτας, τὸν Ὠορύφαν φημί, ὃς αἰσίως χρησάμενος πλῷ δι' ὀλίγων ἡμερῶν καταλαμβάνει τὴν Πελοπόννησον. καὶ τῷ λιμένι προσορμισάμενος Κεγχρεῶν, καὶ μαθὼν ὅτι τὰ δυτικώτερα Πελοποννήσου μέρη, Μεθώνην καὶ Πάτρας καὶ τὰ προσεχῆ Κορίν-
D θου χωρία, λυμαίνεται τὸ βαρβαρικόν, βουλὴν βουλεύεται συνετὴν καὶ σοφήν. οὐ γὰρ ἔκρινε διὰ θαλάσσης τὴν Πελοπόννησον διελθεῖν καὶ διὰ τοῦ Μαλέου κάμψας τὸ τῶν χιλίων μιλίων μῆκος ἀναμετρήσασθαι καὶ τοῦ προσήκοντος ὑστερῆσαι καιροῦ, ἀλλ' ὡς εἶχεν, εὐθὺς ἐν νυκτὶ διὰ τοῦ κατὰ Κόρινθον ἰσθμοῦ πολυχει-

2 κρατερὰν P 16 προσορμίσας Κεγχρέων P 20 Μαλαίου AP μιλίων om A

tunc triremium praefectus, fortique cum illis conserto praelio, statim ad viginti Cretensium naves igni Graeco combussit, harum classiariis barbaris, aliis alias gladio igni aqua absumptis. reliquae naves, quotquot maris periculo superiores exstiterant, salutem fuga quaesierunt.

61. Quanquam vero sic imminuto Cretensium numero, sicque illis infausto pugnae exitu, haud tamen ut quiescerent adduci potuere, sed rursus rei navali animum attendentes loca paulo a Byzantio remotiora, Peloponnesum scilicet ulterioresque insulas, devastabant ac praedabantur, ductore classis, cuius supra meminimus, Photio. mittitur contra illum cum Romana classe, qui illi bene praeerat, Nicetas Oorypha. is fausta usus navigatione, paucorum dierum spatio, in Peloponnesum evasit; appulsusque ad Cenchreorum portum, cum didicisset occidentaliores Peloponnesi partes, Methonam Patrasque ac loca Corintho vicina, barbarorum classe late divexari atque diripi, prudens catumque consilium iniit. haud enim commodum existimavit Peloponnesum circumnavigare, et per Maleam flectendo mille miliarium spatium remetiri, commodique temporis iacturam facere ac rebus opportuni: verum ut ex itinere comparatus erat, statim noctu per Corinthiacum isthmum multorum adnixu

ῥίᾳ καὶ ἐμπειρίᾳ πρὸς τὸ ἐκεῖθεν μέρος κατὰ τὸ ξηρὸν διαβιβάσας τὰς ναῦς ἔργου εἴχετο. καὶ οὔπω πεπυσμένοις τι περὶ τούτου τοῖς πολεμίοις αἰφνίδιον ἐπιφαίνεται, καὶ συγχέας αὐτῶν τῷ δέει τοὺς λογισμοὺς διά τε τὸ ἐκ τῆς προτέρας μάχης δέος καὶ διὰ τὸ τῆς ἐφόδου ἀπρόοπτον οὐδὲ συστῆναι καὶ ἀλκῆς μεμνῆσθαι παντελῶς P 186 συνεχώρησεν, ἀλλὰ τὰς μὲν πυρπολήσας τὰς δὲ καταποντώσας τῶν πολεμίων νεῶν, καὶ τῶν βαρβάρων τοὺς μὲν ἀνελὼν τῷ ξίφει τοὺς δὲ ὑποβρυχίους τῷ βυθῷ ποιησάμενος, καὶ τὸν τούτων ἀρχηγὸν ἀνελών, τοὺς λοιποὺς διασκεδασθῆναι κατὰ τὴν νῆσον ἠνάγκασεν· οὓς σαγηνεύσας ὕστερον καὶ ζωγρῶν διαφόροις τιμωρίαις ὑπέβαλε. τῶν μὲν γὰρ τὴν τῆς σαρκὸς ἀπέωσε δοράν, μάλιστα τῶν ἀρνησαμένων τὸ βάπτισμα τοῦ Χριστοῦ, τοῦτο παρ' αὐτῶν ἀφαιρεῖσθαι λέγων, καὶ οὐδὲν αὐτῶν ἴδιον· ἐκ δὲ τῶν ἱμάντας ἀπὸ τοῦ ἰνίου ἄχρι τῶν σφυρῶν μετ' ὀδύνης δριμείας ἐξεῖλκυεν· ἄλλους δὲ κηλωνείοις τισὶν αἰωρῶν, εἶτα ἀπὸ τοῦ μετεώρου πρὸς λέβητας πίσσης μεστοὺς ἐμβάλλων τε καὶ ὠθῶν, τοῦ B ἰδίου αὐτοῖς μεταδιδόναι βαπτίσματος ἔλεγε τοῦ ἐπωδύνου καὶ ζοφεροῦ. οὕτως οὖν κατακερτομήσας, καὶ ἀναλόγους τῶν ἐργασθέντων αὐτοῖς ποινὰς εἰσπραξάμενος, τοῦ καὶ αὖθις κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐπικρατείας ἐκστρατεύειν οὐκ ὀλίγον δέος ἐνέβαλεν.

Ἀλλ' οὕτως μὲν τὰ μεσημβρινὰ διεσκέδαστο πνεύματα, καὶ ἀκλύστως ἐντεῦθεν τὸ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ κράτους σκάφος ηὐθύνετο·

11 γὰρ om P   14 ἠνίου AP   16 πρὸς τοὺς λέβητας P
18 ἀναλόγοις A, ἀναλόγας P

solertique experientia ad alterum littus per siccum ac continentem traductis navibus opus accelerat, hostibusque nihil dum tale quid cogitantibus aut praemonitis repente ingruit; impletisque terrore eorum animis tum ob prioris pugnae cladisque recentem memoriam tum ob inexspectatam irruptionem, nec coire nec prorsus fortitudinis meminisse permisit, sed navium aliis igne absumptis aliis submersis, ipsorumque barbarorum aliis ense sublatis aliis maris profundo mersis, ipsoque illorum duce interempto, reliquos per insulam dissipari coegit; quos ipsos postea intra casses adactos ac quasi venatu ac indagine captos diversis suppliciis subiecit. aliis cutem detrahit, iis maxime qui eiurati Christi baptismatis rei essent, hoc ab eis auferri, non eorum aliquid proprium, dicens. aliis corrigias ab occipitio ad pedes usque malleosque acerbo cruciatu extrahebat. alios tollenonibus quibusdam sustollens, sic ex alto in lebetes pice plenos iniiciens pellensque, ipso illorum baptismate illos se impartiri aiebat, quanquam acerbo et caliginoso. sic subsannans, ac pro facinorum ratione debitis poenis excrucians, non levem timorem iniecit, ne deinceps Romanam dicionem armis infestare ac diripere audeant.

Hoc modo meridianis flatibus dissipatis, Romani imperii navis a naufragio tuta dirigebatur. (62) ex Occidente saeva rursus procella

(62) ἐκ δὲ τῆς ἑσπέρας αὖθις κλύδων δεινὸς ἐπηγείρετο. ὁ γὰρ τῆς Ἀφρικῆς ἀμερμουμνῆς παμμεγέθεις ναῦς ἑξήκοντα τὸν ἀριθμὸν κατασκευασάμενος κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐπικρατείας ἐξώρμησε, καὶ
C τὰ μεταξὺ ληϊζόμενος καὶ πολλὰ σώματα λαμβάνων αἰχμάλωτα ἄχρι Κεφαληνίας καὶ Ζακύνθου τῶν νήσων ἀφίκετο. ἅπερ ἀκηκοὼς ὁ βασιλεὺς συντόμως πρὸς τὴν βοήθειαν διανίσταται, καὶ τὸν τῶν ναυτικῶν ἡγεμόνα δυνάμεων (Νάσαρ δὲ οὗτος ἦν) μετὰ δυνάμεως ἐκπέμπει ἁδρᾶς, τριήρων τε καὶ διήρων καὶ ἄλλων νεῶν ταχυναυτουσῶν πλῆθος ἐξαρτυσάμενος. σύντομον δὲ τὸν ἔκπλουν ὁ Νάσαρ πεποιηκὼς καὶ αἰσίοις χρησάμενος πνεύμασι δι' ὀλίγου μὲν χρόνου τὴν Μεθώνην κατέλαβε, θᾶττον δὲ τὴν κατὰ τῶν πολεμίων ἐπίθεσιν ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας διεκωλύθη ποιήσασθαι· τῶν γὰρ ἐρετῶν οὐκ ὀλί-
D γους λαθραίως ἀπέφυγον, ὧν τῇ λειποταξίᾳ τὸ προσῆκον τάχος ἀφαιρεθεισῶν τῶν νεῶν, μὴ ἐχουσῶν τὴν μετὰ ῥοθίου σὺν ὀξύτητι κατὰ τῶν ἐναντίων ἐπέλασιν, οὐκ ἔκρινε δεῖν παρωπλισμένοις οὕτως κατὰ τῶν δυσμενῶν ἀπελθεῖν. μηνύει δὲ τὸ συμβὰν διὰ ταχυδρόμου τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ διὰ ταχείας ἀποστολῆς τῶν πρὸς τοῦτο ἐπιτηδείων πάντας τοὺς λειποτάκτας ἐζώγρησε καὶ ἐμφρούρους ἐποίησε. σκοπῶν δὲ ὅπως καὶ ὁμοφύλων φόνου τὰς χεῖρας τηρήσῃ καθαρὰς καὶ τὸ προσῆκον ἐμποιήσῃ δέος τοῖς ὑπολοίποις τῶν ἐρετῶν, ὡς ἂν μὴ καὶ ἄλλοις εἴη πρὸς μίμησιν ἡ τούτων κα-
P 187 κία καὶ ἐθελοκακῶσιν οἱ πλεῖστοι καὶ ῥαστωνεύωνται, βουλὴν

3 σκευασάμενος P 8 ἀποπέμπει P

exoritur. Africae namque amermumnes magnis navibus sexaginta instructus Romanam dicionem invasit; cunctaque interiecta diripiens ac multis adductis captivis ad Cephaleniam usque ac Zacynthum insulas pervenit. quibus auditis imperator ad opem ferendam quamprimum accingitur; navaliumque copiarum ducem Nasarum cum valida militum manu mittit, triremibus ac biremibus aliisque cursoriis navibus iisque multis stipatum. celeri Nasar navigatione ventisque secundis usus brevi Methonam venit: ne tamen citius hostes aggrederetur, tale quid obstaculo fuit. non pauci remigum, periculi metu deterriti, occulte paulatim diffugerant; quorum desertione, navibus ea quae deceret celeritate carentibus, deficiente remis impellentibus vehementi in hostem impetu, haud operae pretium putavit sic male instructa classe cum hostibus congredi, remque adeo per celerem cursorem denuntiare studet imperatori. ille, missis prompte qui ad hoc idonei essent, desertores omnes vivos capit et in carcerem trudit. spectans vero qua demum ratione et a tribulium caede impollutas manus servaret, et reliquis remigum quem par esset timorem incuteret, ne mollis eorum defectio in exemplum aliis cederet pluresque sic desertores ac elanguidi segnesque fierent, sapientissimum

βουλεύεται συνετήν. τῷ γὰρ τῆς βίγλης δρουγγαρίῳ διακελεύεται ἀπὸ τῶν ἐν τῷ πραιτωρίῳ δεσμίων τε καὶ κακούργων, ὧν ἐκ τῶν νόμων κατεψήφιστο θάνατος, τριάκοντα τὸν ἀριθμὸν ἔτι νυκτὸς οὔσης ἐξαγαγεῖν, καὶ τούτων ἀσβόλῃ τὰ πρόσωπα χρίσαντα, καὶ τὰς ἐπὶ τοῦ γενείου καὶ τῆς κεφαλῆς τρίχας ψιλώσαντα διὰ φλογός, περιελεῖν αὐτῶν τὸ γνώρισμα τῆς μορφῆς, ἐξασφαλίσασθαι δὲ τοῦ μηδένα τῶν ἁπάντων τολμῆσαι προσειπεῖν αὐτοὺς ἢ προσφθέγξασθαι, ἐπιτίμιον δὲ τῆς τόλμης ὁρίσασθαι θάνατον, καὶ τούτους ὡς δῆθεν ἐξάρχους τῶν λειποταχτησάντων ἐκείνων πλωΐμων ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ διὰ μαστίγων ἐπεξελθεῖν, καὶ ἑτοίμως διὰ τῆς κατὰ τὴν πόλιν ἀγορᾶς περιηγκωνισμένους διεξελθεῖν, B εἶτα ποδοκάκαις ἀσφαλισθέντας ἐκπεμφθῆναι πρὸς Πελοπόννησον, ὡς ἂν ἐν τῷ τόπῳ ὅθεν ἀποφυγεῖν ἐνομίζοντο, καὶ τὴν προσήκουσαν τιμωρίαν προσδέξωνται. ὑπηρετήσασθαι δὲ πρὸς τοῦτο Ἰωάννης ὁ στρατηγὸς ἐπετράπη Πελοποννήσου, ὁ λεγόμενος Κρητικός· ὃς τῇ βασιλικῇ κελεύσει καθυπουργῶν ἰσαρίθμους τῶν ἀποσταλέντων δεσμίων ἐν Μεθώνῃ φούρκας στῆναι προσέταξε καὶ τοὺς ὡς ἐξάρχους τῆς φυγῆς πεμφθέντας ἀνεσκολόπισεν. ὅπερ ὁ Ῥωμαϊκὸς στόλος ἀκούσας τε καὶ ἰδὼν ἐκείνους τε ὡς δειλοὺς καὶ ἀθλίους ᾤκτειρησε καὶ αὐτὸς ἐπερρώσθη πρὸς τὰ δεινά, πᾶσαν ἀποθέμενος μαλακίαν τε καὶ τρυφήν, καὶ ἄγειν αὐτοὺς ταχέως πρὸς τοὺς ὑπεναντίους παρεκάλουν τὸν ἡγεμόνα. C

63. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ αὐτὸς τὸ λεῖπον τῆς στρατείας ἀπὸ

4 ἀγαγεῖν P 10 τῷ om P 12 πεδοκάκαις P 13 ἐνομίζετο P 14 δὲ om P

init consilium. nempe excubiarum drungario praecipit ut vinctorum in praetorio ac maleficorum, in quos legum severitate lata capitis sententia sit, triginta numero sub noctis adhuc tenebras educat, vultusque illorum fuligine oblinat, ac erasis flamma tum barbae tum capitis pilis formam omnem aboleat, ac unde dignosci possint, caveatque ne quis prorsus eos salutare vel alloqui audeat. qui secus faxit, is vero morte luat. hos porro ceu desertorum navalium capita in Hippodromo acriter caedat, citoque revinctis post terga manibus per urbis forum traducat, ac deinde noxiorum vinculis constrictos tuto in Peloponnesum mittat, ut quo loco fugam fecisse existimabantur, poenas debitas luant. in eam rem operam conferre iussus Ioannes Peloponnesi praetor, dictus Croticus. is porro imperatoris iussioni parens, pro vinctorum numero totidem furcas erigi iubens, ad se missos in eis suspendit quasi qui fugae auctores exstitissent. quibus auditis visisque Romani classiarii tum illos deplorare ut timidos atque miseros, tum ipsi ad mala quaeque ac gravia animis roborari, omnique semota mollitie vitaeque deliciis, ut cito adversus hostes educat, imperatorem ducemque rogare.

63. Inter haec ipsi quoque ex Peloponnesiacis cohortibus ac Mar-

τῶν κατὰ Πελοπόννησον στρατιωτῶν καὶ Μαρδαϊτῶν ἀναπληρώσας, καὶ τὸν στρατηγὸν συνεργὸν προσλαβόμενος, πρὸς ἐπίθεσιν εὐτρεπίζεται. τῶν δὲ Σαρακηνῶν ἤδη πολλὴν δειλίαν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ καταγνόντων στόλου διὰ τὸ δοκεῖν τὸν μεταξὺ χρόνον μάτην αὐτοῖς κατατρίβεσθαι, καὶ ἐπ' ἀδείας πολλῆς ἀπὸ τῶν οἰκείων ἐξερχομένων νεῶν καὶ τὰς ὑποκειμένας ληϊζομένων χώρας καὶ νήσους, ἐξαίφνης πλησίον αὐτῶν ἀφανῶς γεγονὼς ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατὸς ναυτικός, τὸ σύνθημα δόντος τοῦ στρατηγοῦ, ἐπι-
D τίθεται τοῖς πολεμίοις ἀπροόπτως ἐν τῇ νυκτί. καὶ μήτε συστῆναι μήτε πρὸς ἀλκὴν τραπῆναι σχόντες καιρὸν δυστυχῶς ἀπεσφάττοντο, καὶ αἱ τούτων ναῦς πυρὶ μετὰ τῶν ἐπιβατῶν καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς κατεφλέγοντο. ὅσαι δὲ τὸν τοῦ πυρὸς κίνδυνον διέφυγον, ταύτας τῇ ἐν Μεθώνῃ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ φέρων ὁ Νάσαρ ὡς χαριστήρια ἐδωρήσατο, καὶ ἀπὸ τῶν λαφύρων καὶ τῶν περιλειφθέντων σωμάτων ὠφεληθῆναι τὸν ὑπ' αὐτὸν λαὸν συνεχώρησεν. δηλοποιεῖ δὲ ταῦτα θᾶττον τῷ βασιλεῖ, καὶ περὶ τοῦ τί χρὴ τὸ ἐντεῦθεν πράττειν καὶ ποῖ τραπέσθαι πυνθάνεται. ὃν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ἐπαινέσας ὁ βασιλεὺς προσωτέρω χωρεῖν ἐγκελεύεται.

P 188 64. Ἐπεὶ οὖν τοῖς προκατειργασμένοις πρόθυμος ἦν ὁ στρατός, διαπεραιοῦται πρὸς Σικελίαν καὶ Πάνορμον, καὶ τὰς ἐνταῦθα πόλεις, ὅσαι τοῖς ἐκ Καρχηδόνος Ἀγαρηνοῖς ἐτέλουν ὑπόφοροι, ἐπιὼν ἐληΐζετο· καὶ φορτηγῶν νεῶν καὶ σκαφῶν παμπόλλων ἐκράτησεν, ὧν ὁ φόρτος ἔλαιόν τε δαψιλὲς ἦν καὶ ἄλλα τῶν

12 κίνδυνον om A 14 περιληφθέντων AP 22 ἐκ om P

daitis suppletis auctisque ordinibus, ascitoque praetore adiutore, ad impressionem sese accingit. Saraceni Romanam classem ingentis ignaviae ac timiditatis iam insimulantes, quod frustra interim viderentur tempus terere, licenter admodum ac secure navibus egressi subiecta praedia insulasque diripiebant, cum repente improvisus eis accedens navalis Romanus exercitus, signoque dato, noctu inexspectatus hostes aggreditur; ac nec coeundi facta facultate nec animos sumendi, misere trucidabant, navesque cum vectoribus ac reliqua supellectili et impedimentis igni cremabant. quae vero naves ignis ereptae periculo sunt, eas Nasar ecclesiae dei, quae est Methonae, velut gratiarum actionis munere donavit; manubiis atque captivis milites gaudere iisque ditari permisit. rei vero omnem eventum ocius imperatori significat, quidve in posterum agendum aut quo vertendus animus ducendaque classis sciscitatur. imperator ob praeclare gesta laudatum ulterius progredi iubet.

64. Alacri igitur exercitu superiori victoria in Siciliam Panormumque traiicit, urbesque ibi Agarenis Carthaginensibus tributarias diripit, praedasque agit. onerariae plures captae ac scaphae. onus olei ingens

τιμιωτέρων πολλά. τοσοῦτον δέ φασιν ἐπευωνηθῆναι τότε τὸ ἔλαιον ἐκ τῆς τοιαύτης προσαγωγῆς ὥστε ὀβολοῦ τὴν λίτραν πιπράσκεσθαι. (65) διαπεράσας δὲ καὶ πρὸς τὰ τῆς Ἰταλίας μέρη ὁ αὐτὸς στόλος, καὶ ταῖς ὁπλιτικαῖς καὶ ἱππικαῖς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεσιν ἑνωθείς, ὧν Προκόπιος ὁ τοῦ βασιλέως ἡγεῖτο πρωτοβεστιάριος καὶ Λέων ὁ τῶν Θρᾳκῶν καὶ Μακεδόνων τότε στρατηγός, B ὃν Ἀποστύππην ἐκάλουν, πολλὰ καὶ ἐπωφελῆ τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ κατεπράξατο· τόν τε γὰρ ἐξ Ἀφρικῆς αὖθις ἐξελθόντα στόλον ἐν τῇ νήσῳ τῇ καλουμένῃ Στῆλαι ὁ αὐτὸς Νάσαρ κατεπολέμησε, καὶ τὰ ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν κατεχόμενα κάστρα ἔν τε Καλαβρίᾳ καὶ Λαγοβαρδίᾳ, πλὴν ὀλίγων πάνυ, πάντα τῆς βαρβαρικῆς χειρὸς ἠλευθέρωσε καὶ πρὸς τὴν Ῥωμαίων ἐξουσίαν μετήγαγε. καὶ οὕτω μὲν ὁ ναυτικὸς στρατὸς κρείττων δόλου καὶ φθόνου φανεὶς καὶ νεμέσεως μετὰ πολλῶν λαφύρων καὶ νικητικῶν στεφάνων ἐπανῆλθε πρὸς βασιλέα, εὐφροσύνης ἐμπλήσας πᾶν τὸ πολίτευμα, καὶ βασιλεῖ πολλὰς ἀφορμὰς παρασχὼν τῆς πρὸς θεὸν C εὐχαριστίας καὶ ἀνθομολογήσεως.

66. Αἱ πεζικαὶ δὲ δυνάμεις οὐ πάντῃ τὸν φθόνον διέφυγον, ἀλλ' ἔργα μὲν ἀνδρικὰ καὶ λαμπρὰ κατειργάσαντο, ἐξ ἔριδος δὲ καὶ φιλονεικίας κατ' αὐτὸν τὸν ἀγῶνα συμπεσούσης ἀπώλεσαν τὸν μείζονα στρατηγόν. τοῦ γὰρ Λέοντος διενεχθέντος πρὸς τὸν Προκόπιον, συμβαλόντων δὲ ὅμως τοῖς πολεμίοις, συνέβη

6 τότε om A

copia mercesque aliae pretiosae. tantam inde olei vim invectam ferunt ut eius libra venierit obolo. (65) sed et ad Italiae partes transvecta eadem classis, pedestribusque ac equestribus Romanorum copiis coniuncta, quarum ductor erat Procopius imperatoris protovestiarius et Leo (Apostupem vocabant) Thracum et Macedonum dux, multa, eaque Romano imperio utilia, gessit. nam et classem rursus ex Africa profectam in insula cui Stelae nomen idem Nasar devicit, ac quas Agareni urbes munitas ac praesidia in Calabria et Longobardia tenebant, paucis admodum exceptis, cuncta eis erepta eorumque iugo liberata Romanae dicioni restituit. inque eum modum Romana quidem classis insidiis invidentia Nemesique superior, spoliis opima multisque clara victoriae coronis, ad imperatorem reversa est, implens omnes cives ac rem publicam laetitia, multaque imperatori gratiarum actionis et confessionis divinae laudis praebens nomina atque momenta.

66. Terrestres vero copiae haud prorsus invidiam effugere. verum gesserunt illae quidem fortia claraque facinora; orta tamen sub ipsius praelii tempus discordia ac contentione ducem amiserunt qui maior dignitate erat. cum enim dissideret Leo a Procopio, conserto

τὸν μὲν Ἀποστύππην μετὰ τῶν Θρᾳκῶν τε καὶ Μακεδόνων κατὰ τὸ δεξιὸν μέρος ἀγωνιζόμενον κρατεῖν τῶν ἐχθρῶν καὶ πολὺν φόνον ἐργάζεσθαι, τὸν δὲ Προκόπιον μετὰ τῶν Σκλαβηνῶν τε καὶ δυτικῶν κατὰ τὸ ἕτερον μέρος ἀντιταττόμενον ὑπὸ τῶν ἐναντίων D πιέζεσθαι. μὴ πεμφθείσης δὲ παρὰ τοῦ συστρατηγοῦ βοηθείας πρὸς τὸ πονοῦν διὰ τὴν προηγησαμένην φιλονεικίαν, ἐτράπη καθαρῶς τὸ κατὰ τὸν Προκόπιον μέρος, καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ἐσφάγη κατὰ τὴν δίωξιν, τοῦ ἵππου συμπεσόντος αὐτῷ. τοιοῦτον δὲ τέλος τῆς μάχης ἐκείνης λαβούσης, θέλων τι καὶ ἕτερον λαμπρὸν ὁ Λέων ἐργάσασθαι, ὡς ἂν τὸ ἐκ τῆς ἔριδος συσκιάσῃ συμβάν, τό τε οἰκεῖον στράτευμα λαβὼν καὶ τοὺς ἐκ τῆς φυγῆς διασωθέντας τῶν ταττομένων ὑπὸ τὸν Προκόπιον συμπεριλαβὼν τὸ κάστρον κατεπολέμησε Τάραντος, ἔτι κατεχόμενον ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν, καὶ τοῦτο κατὰ κράτος εἷλε, καὶ πάντα τὸν ἐν αὐτῷ λαὸν ἐξηνδραποδίσατο· ἐξ ὧν τό τε στρατιωτικὸν ἀποχρώντως ὠφεληθῆναι P 189 συνεχώρησε καὶ βασιλεῖ συχνὰ προσήγαγε λάφυρα. ἀλλ᾽ οὐκ ἐπεῖδε τούτοις ἡδέως ὁ βασιλεύς, οὐδὲ ὡς ἀριστέα τὸν Λέοντα ἀντημείψατο, ἀλλ᾽ ἐπεὶ διερευνώμενος εὕρισκεν ἐκ τῆς συμπεσούσης φιλονεικίας κατ᾽ αὐτὴν τοῦ πολέμου συμβολὴν ἀπολωλέναι τὸν ὁμοστράτηγον, τῆς τε ἀρχῆς παρέλυσε καὶ ἐξόριστον ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ ἀπέστειλε πλησίον Κοτυαείου τυγχάνοντι.

67. Τοιαύταις δὲ καὶ μετὰ ταῦτα τύχαις ὁ Ἀποστύππης

1 κατὰ τὸ δεξιὸν μέρος om A 3 Barberinus Σκλαβήνων
11 τε om A 15 ὧν τότε καὶ τὸ στρ. A

tamen cum hostibus praelio contigit Leonem cum Thracibus et Macedonibus in dextra acie victoria potiri atque hostium magnam stragem dare, Procopium vero cum Sclavinis et occidentalibus sinistram tenentem validiore premi hostium impetu; cui laboranti cum ob praecedentem discordiam nulla a collega missa essent auxilia, fusa penitus illius acie ipsemet in fuga equo lapsus necatus est. hunc exitum cum pugna habuisset, Leo aliud etiam aliquid clari facinoris edere in animo habens, ut illatam ob dissidium cladem obtegeret, tum suas ipse copias assumens tum ex Procopii clade residuas colligens, Tarenti arcem expugnavit, quam adhuc Agareni tenebant, penitusque diripiens populum omnem captivum abduxit. hinc et milites non parum praeda iuvit, et imperatori opima spolia obtulit. non tamen imperator haec libenter aspexit, nec ut viro forti mercedem Leoni reddidit: sed cum habita rei indagine ex contentione in ipso pugnae conflictu Leonem collegam perdidisse invenisset, abrogato ei munere in domum suam, quae haud procul Cotyaio est, relegavit.

67. Postea quoque tali Apostypes usus fortuna est. pari enim

ἐχρήσατο. συμφρονήσαντες γὰρ κατ' αὐτοῦ ὅ τε πρωτοστράτωρ Βαϊάνος καὶ Χαμάρετος ὁ κουβικουλάριος καὶ πρῶτος τῶν οἰκειοτάτων αὐτῷ γραφὴν κατὰ τοῦ ἰδίου δεσπότου πρὸς βασιλέα συνέθεσαν, δι' ἧς ἐδηλοῦτο καὶ ὁ τοῦ πρωτοβεστιαρίου Προκοπίου B θάνατος γνώμῃ τοῦ κυρίου αὐτῶν γεγονὼς καὶ καθοσιώσεως ἔγκλημα καὶ ἄλλα τινὰ βαρέα καὶ δυσχερῆ. ἣν ὁ Χαμάρετος λαβὼν καὶ πρὸς τὴν βασιλεύουσαν εἰσελθὼν τῷ βασιλεῖ ἐπιδέδωκεν. μαθόντες δὲ τοῦτο οἱ τοῦ Ἀποστύπη υἱοί, ὅ τε Βάρδας καὶ ὁ Δαβίδ, αὐτόχειρες τοῦ Βαϊάνου καθίστανται, τοῖς ξίφεσιν αὐτὸν ἀνηλεῶς κατακόψαντες. διὰ δὲ τὸ τοιοῦτον τόλμημα καὶ τὸ ἐκ βασιλέως δέος ὥρμησαν μετὰ τοῦ πατρὸς πρὸς Συρίαν φυγεῖν. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς σὺν τάχει πολλῷ Βαρτζαπέδονα τὸν μαγκλαβίτην ἀπέστειλε πρὸς τὸ κατασχεῖν αὐτοὺς καὶ πρὸς αὐτὸν ἀγαγεῖν. οὓς ἤδη πρὸς Καππαδοκίαν κατέλαβε, τὴν πρὸς Συ- C ρίαν ὁδὸν συντόνως ἐλαύνοντας. πειραθεὶς οὖν αὐτοὺς κατὰ τὸ πρόσταγμα τὸ βασιλικὸν κατασχεῖν, ἐκείνων δὲ ἀντιστάντων καὶ ἀμυνομένων εἰς δύναμιν, συνέβη κατὰ τὴν τοιαύτην ἀψιμαχίαν καὶ στάσιν σφαγῆναι τοὺς δύο τοῦ Ἀποστύπη υἱούς, αὐτὸν δὲ ληφθῆναι καὶ δέσμιον ἀχθῆναι πρὸς βασιλέα κατὰ τὰς ἐν Ἱερείᾳ βασιλικὰς οἰκίας τὸ τηνικαῦτα τυγχάνοντα· ὃς τῇ κρίσει Μανουὴλ τοῦ μαγίστρου βασιλικῇ κελεύσει ὑποπεσὼν καὶ τὸν ἕνα τῶν ὀφθαλμῶν ἐκκοπείς, ἀφαιρεθεὶς δὲ καὶ τῶν χειρῶν τὴν μίαν διά τε τὴν

1 πρ. αὐτοῦ Βαγιάνος A 5 γεγονότος A 8 Ἀποστύππου A 9 Βαγιάνου A 11 πρὸς om P 13 καὶ πρὸς αὐτὸν ἀγαγεῖν om P 18 Ἀποστύππου A, Barberinus ἀποστάτου

consensu tum protostrator Baianus tum cubicularius Chamaretus, ipsius necessariorum primus, accusationem struunt apud imperatorem contra herum suum, qua et protovestiarii Procopii necem eius voluntate certoque consilio factam insinuabant, reumque maiestatis agebant, nec non gravia quaedam alia ac difficilia ei imponebant. accusationis libellum Chamaretus accipiens, ingressusque Byzantium, imperatori porrexit. ea ubi rescivissent Apostypis liberi, Bardas Davidque, sua ipsi manu Baianum perimunt, corpusque minutim immani facinore ensibus concidunt. sceleris indignitate ac imperatoris metu conterriti assumpto patre in Syriam concito cursu diffugiunt. quibus imperator auditis, Bartzapedonem manglavitam qui illos detineret quam celerrime mittit. iam in Cappadociam venerant, cum in Syriam contento cursu approperantes invenit. conatur ille, quae ad eum erat divalis iussio, homines tenere. enimvero illis obnitentibus ac pro virili sese tuentibus, contigit ambos Apostypis filios in ea digladiatione rixaque cadere. pater ipse captus vinctusque ad imperatorem tum in regiis aedibus in Hieria versantem adductus, eiusdemque iussu Manuelis magistri iudicio subactus, unius oculi effossione uniusque item manus amputatione luit, tum ob indicia

ἔνδειξιν τὴν κατ' αὐτοῦ καὶ διὰ τὴν πεῖραν τῆς πρὸς τοὺς πολε-
D μίους φυγῆς, τὸ λοιπὸν ἐν Μεσημβρίᾳ ἐξόριστος κατεγήρασε.
καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν Ἀποστύππην, οὐδὲ ἄλλως ὄντα χρηστόν,
τοιοῦτον τέλος ἐδέξατο.

68. Ἐν ὅσῳ δὲ τὰ κατὰ τὴν ἑσπέραν διὰ τῶν ὑποστρατή-
γων τῷ βασιλεῖ κατεπράττετο, οἱ ἐκ μεσημβρίας ἀναπνεύσαντες
Ἄραβες ἀργεῖν τε καὶ σχολάζειν καὶ ῥαθυμοῦν νομίσαντες ἀνεθάρ-
ρησαν, καὶ τῶν κατὰ θάλασσαν ἀνθάπτεσθαι πραγμάτων πάλιν
διέγνωσαν, καὶ δὴ κατά τε τὴν Αἴγυπτον καὶ τὰς ἐν Συρίᾳ παρα-
θαλασσίους πόλεις ναῦς τεκτηνάμενοι κατὰ τῆς ὑποφόρου Ῥω-
μαίοις γῆς καὶ θαλάσσης ἐκστρατεῦσαι διενοοῦντο. κρίναντες δὲ
P 190 δεῖν διὰ κατασκόπων πρότερον τὰ βασιλέως πράγματα κατιδεῖν,
τὸν ἐποψόμενον ἕκαστα καὶ πρὸς αὐτοὺς ἀπαγγελοῦντα, Ῥωμαϊκῇ
στολῇ καὶ γλώσσῃ χρώμενον, ἐξαπέστειλαν. ὁ δὲ βασιλεὺς ταῖς
περὶ τοῦ κοινοῦ φροντίσιν ἀεὶ ἀγρυπνῶν καὶ τὰ δέοντα προπαρα-
σκευαζόμενος, ἐπεὶ μηδὲ τὰ ἐν Συρίᾳ ναυπηγούμενα πλοῖα τοῦ-
τον διέλαθε, πλειόνων τριήρων καὶ διήρων κατασκευὴν ἐποιήσατο,
καὶ τὰς ναυτικὰς δυνάμεις κατὰ τὴν βασιλίδα συναγαγὼν ἐκαρα-
δόκει τὸ μέλλον. καὶ τέως μέν, ὡς ἂν μὴ σχολάζων ὁ ναυτικὸς
ὄχλος ἀτακτότερος γένοιτο, ἐν τῇ ἀνοικοδομῇ τοῦ κατὰ τὴν βασί-
B λειον αὐλὴν ἐγειρομένου τότε ναοῦ εἰς ὄνομα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν
Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἀρχιστρατήγων καὶ Ἠλιοῦ τοῦ Θεσβίτου

7 καὶ ῥαθυμοῦντα A. an αὐτὸν ῥαθυμοῦντα? 15 ἀεὶ om A
17 πλεόνων A

quibus premebatur, tum quod conatus esset ad hostes diffugere; quod reliquum est, in Mesembriam relegatus ibi consenuit. ac quidem Apostypis, viri alioqui haud probi, res eiuscemodi finem habuere.

68. Interim dum per legatos ita res Occidentis imperatori administrantur, qui ad meridiem incolunt Arabes, assumptis animis, dum ipsum desidere segniusque agere ac otio torpere existimant, maris sibi iterum aleam tentandam constituunt. per Aegyptum itaque urbesque Syriae maritimas constructis navibus Romanam dicionem terra marique infestare parabant. operae pretium tamen rati per speculatores prius lustrare ac experiri quo se modo res imperatoris haberent, hominem Romano habitu linguaque utentem, qui singula dispiceret eisque referret, miserunt. verum imperator rei publicae curis enixe invigilans, ac quae bello opportuna essent in antecessum parans, quem nec fugeret ille hostium classis in Syria apparatus, triremium ac biremium maiori instructa copia classeque Byzantii congregata, quid ferret futura dies exspectabat. classiarii interim, ne per otium insolescerent, exstruenda basilica in regio atrio (templo scilicet quod sub nomine salvatoris nostri Iesu Christi sanctorumque caelestis militiae principum nec non Eliae

διωρίσατο αὐτοὺς ὑπουργεῖν, ὅτε δὲ τῶν ὁρίων Συρίας ὁ ἐκεῖθεν στόλος ὑπερκύπτων φανῇ, ἀποσταλῆναι καὶ τούτους πρὸς τὴν ἐκείνων ἀντιπαράταξιν. ἐλθὼν οὖν ὁ ἀπὸ Συρίας κατάσκοπος, καὶ τό τε πλῆθος ἰδὼν τῶν νεῶν καὶ τὴν δύναμιν ὡς ἑτοίμη πάρεστι πρὸς τὴν ἔκπεμψιν, καὶ πάντα καταμαθών τε καὶ στοχασάμενος, ἀπαγγέλλει τοῖς ἀποστείλασιν, οἳ παρ' ἐλπίδα τὸ ἐμπαράσκευον βασιλέως ἀκούσαντες, τότε μὲν πτήξαντες τὴν ἡσυχίαν ἠγάπησαν καὶ τὴν πρὸς τὸν ἔκπλουν σπουδὴν διελύσαντο, ἔμενε δὲ ὅμως κατὰ τὴν βασιλεύουσαν ἡ ναυτικὴ πληθὺς εἰς τὸ εἰρημένον ἔργον ἀσχολουμένη.

69. Οἱ δὲ ἐν Καρχηδόνι βάρβαροι διὰ τὰς προγεγενημένας C ἥττας δείσαντες μὴ πρὸς τὴν αὐτῶν ἤδη πρὸς τὸ ἑξῆς διαπεράσαι ὁ στόλος ὁ Ῥωμαϊκὸς πειρασθῇ, καὶ διὰ τοῦτο ναῦς ἱκανὰς καὶ αὐτοὶ τεκτηνάμενοι, ἐπεὶ τοῦ ἦρος ἐληλυθότος οὐδεμίαν ἐκ βασιλέως δύναμιν κατελθοῦσαν ἐπύθοντο, ὑποτοπήσαντες πρὸς ἄλλοις πολέμοις ἄσχολον τυγχάνειν τὸν βασιλέως στρατὸν ἐκστρατεύεσθαι κατὰ Σικελίας ἐθάρρησαν, καὶ πρὸς τὴν ταύτης ἐλθόντες μητρόπολιν, τὰς Συρακούσας φημί, ταύτην ἐπολιόρκουν καὶ περὶ αὐτὴν ἐληΐζοντο καὶ κατεδῄουν τὴν χώραν καὶ τὰ προάστεια. τοῦ δὲ στρατηγοῦ τῆς Σικελίας δῆλα ταῦτα τῷ βασιλεῖ καταστή- D σαντος, εὐθέως ἡ κατὰ Συρίας εὐτρεπισθεῖσα δύναμις πρὸς Σικελίαν ἐκπέμπεται, Ἀδριανόν τινα ναύαρχον ἔχουσα· οὗτος γὰρ ἔτυχε τότε τῆς ναυτικῆς δυνάμεως ἐξηγούμενος. ὃς ἀπὸ τῆς βα-

20 τῆς om A

prophetae aedificabatur) operam conferre iussit, cum vero ex Syriae finibus hostium classis emerserit, mox praesto esse ad illorum excipiendum impetum. veniens itaque e Syria explorator, conspectaque parata classe ac imperium exspectante, cunctaque assecutus riteque coniiciens, his qui miserant nuntiat. hi porro contra quam speraverant audito regiae classis apparatu, metu deterriti cessare hactenus eligunt, expeditionisque ac excursionis solvunt propositum. navales tamen copiae ac classiarii Byzantii manebant, atque huic quod dixi operi insistebant.

69. Barbari autem Carthaginenses, propter iam acceptas clades veriti ne et in suas deinceps sedes Romana classis traiicere tentaret, eaque ratione multis et ipsi exstructis navibus, cum exeunte vere nullas imperatoris exisse copias didicissent, rati illius cohortes bellis aliis distineri, adversus Siciliam cum navalibus copiis proficiscuntur. venientesque ad eius metropolim (nempe Syracusas) vallo eam cinxerunt, circa eam posita diripientes agrumque ac suburbana vastantes. haec simulac imperator a Siciliae praetore significata accepit, copias adversus Syriam destinatas in Siciliam mittit, navarcho quodam Adriano: hic enim navalibus tum copiis praeerat. solvens itaque Adrianus Byzantio,

σιλίδος ἐξορμισάμενος, πνευμάτων δὲ μὴ εὐμοιρήσας ἐπιτηδείων καὶ δεξιῶν, μόλις κατῆλθεν ἄχρι Πελοποννήσου, ἐν Μονεμβασίᾳ δὲ ἐν τῷ λιμένι τῷ καλουμένῳ Ἱέρακος προσορμίσας τὰς ναῦς ἐπίφορον πνεῦμα ἀνέμενε, ῥαθυμότερος, ὡς ἔοικεν, ὢν καὶ μὴ ἔχων ζέουσαν τὴν ψυχήν, ὥστε καὶ πρὸς ἐναντία παραβάλλεσθαι πνεύ-
P 191 ματα καὶ δι' εἰρεσίας ἐν ταῖς διὰ μέσου γαλήναις πρὸς τὸ προκείμενον κατεπείγεσθαι. ἐπὶ πολὺ δὲ χρονοτριβοῦντος αὐτοῦ κατὰ τὸν εἰρημένον λιμένα, καὶ τῶν Ἀγαρηνῶν σφοδρότερον τῇ πολιορκίᾳ ἐπικειμένων καὶ πᾶσαν μηχανὴν κινούντων καὶ σπευδόντων πρὸ τοῦ ἐπιστῆναι τοῖς πολιορκουμένοις βοήθειαν ἀνύσαι τὸ σπουδαζόμενον, συνέβη τὴν πόλιν κατὰ κράτος ἁλῶναι καὶ τῶν ἀντιταττομένων φόνον γενέσθαι πολύν, ἐξανδραποδισθῆναι δὲ πᾶσαν τὴν κατὰ τὸ ἄστυ πληθὺν καὶ τὸν ἐν αὐτῇ πλοῦτον λάφυρα τοῖς πολεμίοις γενέσθαι, κατασκαφῆναι δὲ τὴν πόλιν καὶ πυρὶ δοθῆναι τοὺς ἐν αὐτῇ θείους ναούς, καὶ ἐρείπιον χρηματίσαι τὴν μέχρι τότε πόλιν περιφανῆ καὶ λαμπρὰν καὶ πολλὰς πολλάκις Ἑλληνικάς
B τε καὶ βαρβαρικὰς δυνάμεις ἐπ' αὐτὴν ἐλθούσας καταβαλοῦσαν. (70) τοῦ δὲ συμβάντος αἴσθησις ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας γίνεται τῷ Ἀδριανῷ. τόπος τις ἔστι κατὰ Πελοπόννησον οὐ μακρὰν Μονεμβασίας διεστηκώς, καθ' ἣν ὁ Ῥωμαϊκὸς στόλος ηὐλίζετο, Ἕλος προσαγορευόμενος, ἀπὸ τῆς περὶ αὐτὸν δασείας καὶ συνηρεφοῦς ὕλης τὸ ὄνομα κληρωσάμενος. ἐν τούτῳ τοίνυν δαιμονία τις ἐφήδρευε δύναμις, ἢ καὶ ὑπὸ τῶν ἐκεῖσε νεμόντων ποιμένων πολ-

20 δν A

quod ventis secundis ac commodis destituebatur, vix tandem ad Peloponnesum pervenit, Monembasiaeque in portu, quem Hieracis vocant, appulsis navibus aspirare sibi ventos exspectabat, homo segnior, ut videtur, nec cor ferventibus munitum spiritibus gerens, ut audacter etiam adversantibus ventis sibi connitendum putaret, ac interim dum tranquillum est nullisque ventis mare perflatur, quo propositum est remigando contendere. dum itaque in eo portu longiores is moras nectit, et Agareni acrius obsidendo urgent, nullumque non movent lapidem, ut antequam obsessis auxilia veniant opus occeptum perficiant, contigit civitatem vi armisque capi, multaque praesidiariorum facta strage oppidanorum multitudo omnis in servitutem abducta est. eius multae divitiae hostibus spolia cessere: urbs funditus eversa, sacrae in ea aedes igne succensae. civitas ad ea tempora praeclara ac nobilis, et quae plerasque saepius tum Graecas tum barbaricas copias ipsam aggressas debellaverat, parietinis tantummodo claret. (70) res Adriano in hunc modum innotuit. est locus in Peloponneso haud procul Monembasia, ad quam Romana classis stationem acceperat, Helus nomine a silvae prope ambientis condensitate ac opacitate. in eo daemonum vis quaedam insederat, quam haud raro pastores obsequio cultuque deliniebant, ut quas

λάκις ἐθεραπεύετο, ὡς ἂν ἀσινῆ δῆθεν ἐκ τούτων τὰ νεμόμενα διαφυλάττοιτο θρέμματα. ὧν τινῶν δαιμόνων οἱονεὶ πρὸς ἀλλήλους διαλεγομένων καὶ ἐπιχαιρόντων ἤκουσαν οἱ νομεῖς ὡς ἑάλω τῇ χθὲς ἡμέρᾳ Συράκουσα καὶ τὰ ἐν αὐτῇ πάντα κατέσκαπται καὶ C πυρὶ παραδέδοται. ἅπερ πρός τινας τῶν νομέων ἐξηγουμένων ἔφθασε καὶ πρὸς τὸν Ἀδριανὸν τὸ διήγημα. ὁ δὲ τοὺς ποιμένας αὐτοὺς μετακαλεσάμενος καὶ πολυπραγμόνως ἀναζητήσας, εὗρε τοῖς ἀκουσθεῖσι συμβαίνοντα καὶ τὰ παρὰ τῶν ποιμένων λεγόμενα. βουληθεὶς δὲ καὶ αὐτήκοος γενέσθαι, καὶ πρὸς τῷ τόπῳ μετὰ τῶν ποιμένων γενόμενος, καὶ δι᾽ αὐτῶν τοῖς δαίμοσι προσαγαγὼν τὴν ἐρώτησιν περὶ τοῦ πότε καταλήψεται Συρακούσας, ἤκουσεν ὅτι ἤδη ἑάλω ἡ Συράκουσα. λύπῃ δὲ καὶ ἀμηχανίᾳ περισχεθεὶς ὅμως πάλιν ἀνέφερε, μὴ χρῆναι πιστεύειν οἰόμενος τὰ παρὰ τῶν πονηρῶν δαιμόνων λεγόμενα ὡς οὐκ οὔσης αὐτοῖς τῆς προγνώσεως, ἀγνοῶν ὅτι τοῦτο οὐχὶ πρόγνωσις ἦν ἀλλὰ τῶν ἀποβάντων D καὶ τελεσθέντων δήλωσις, ἐκ τοῦ λεπτομεροῦς καὶ ταχυκινήτου τὴν ἐξ ἀνθρωπίνης ἐπιδημίας ἀπαγγελίαν προφθανόντων αὐτῶν. διαπιστοῦντος δ᾽ οὖν ὅμως αὐτοῦ, μετὰ δεκάτην ἡμέραν τινὲς τῶν διαδράντων τὸν ὄλεθρον, ἀπὸ τῶν κατὰ Πελοπόννησον Μαρδαϊτῶν καὶ Ταξατῶν τυγχάνοντες, αὐτάγγελοι τῶν ὀλεθρίων διηγημάτων γεγόνασιν. ἀφ᾽ ὧν τὴν πληροφορίαν δεξάμενος ὁ Ἀδριανός, ὡς εἶχε τάχους, ἐπεὶ καὶ τὰ πρὸς τὴν κάθοδον ἐναντιούμενα πνεύματα ἐπιτήδεια πρὸς τὴν ἄνοδον καθεστήκεισαν,

10 προσάγων P 11 λήψεσθαι P 17 ἐπαγγελίαν A

pascebant pecudes, ab eis illaesas ac incolumes praestarent. hos illi daemones velut inter se colloquentes ac gratulantes audierunt, quasi pridie capta urbe Syracusana cunctisque in ea eversis ac igni traditis. haec pastores dum nonnullis referunt, pervenit narratio ad ipsum Adrianum. accersitis vero ipsis pastoribus, exque illis diligenter ac curiose sciscitatus, invenit eadem ipsos loqui quae audierat. volens autem suis quoque auribus audire, cum pastoribus ad locum venit, interpellatisque per eos daemonibus quandonam capiendae Syracusae essent, iam captas esse Syracusas audivit. maerore itaque correptus ac consilii inops rursus nihilominus se colligere, haud habendam fidem nequissimorum daemonum dictis existimans, cum nulla eis insit praescientiae vis, ignorans scilicet non fuisse eam praescientiam, sed eorum manifestationem quae evenerant gestaque erant; qua nimirum illi, ob subtilitatem motusque celeritatem, humani omnis nuntii iter longe praeveniunt. adhuc tamen eo non credente, post decem dies Mardaitarum quidam et Taxatorum (i. e. praesidiariorum) Peloponnesiorum, qui urbis excidio superstites fugerant, ipsi tristes nuntii cladis exstiterunt. hinc itaque certior iam factus Adrianus, qua licuit celeritate, quod et venti, qui ad eundem obstiterant, ad regressum flarent accommodi, cum classe

P 192 καταλαμβάνει μετὰ τοῦ στόλου τὴν βασιλεύουσαν, καὶ τῷ μεγάλῳ τοῦ θεοῦ τεμένει, ἐν ᾧ τὸ τῆς αὐτοῦ σοφίας ἐπικεκήρυκται ὄνομα, ὡς ἱκέτης προσέφυγεν. ἀλλὰ τοῦ μεγέθους τῆς συμφορᾶς τὰ βασιλέως σπλάγχνα δριμέως διασπαράξαντος καὶ πρὸς ἀμετρίαν σχεδὸν θυμοῦ καὶ λύπης προαγαγόντος, οὐδ' αὐτὸς ὁ θεῖος ναός, οὐδ' ὁ ὑπὲρ αὐτοῦ πρεσβεύων ἀρχιερεὺς τῆς παντελοῦς τιμωρίας ἐξείλκυσε τὸν Ἀδριανόν, ἀλλὰ τῆς ἐσχάτης μὲν καὶ προσηκούσης τυχὸν ἐλυτρώσατο, τῆς μετρίας δὲ καὶ πρὸς σωφρονισμὸν τῶν ἄλλων ἐπαγομένης καθάπαξ αὐτὸν ἀθωῶσαι οὐκ ἴσχυσεν. οὕτως ἐν τοῖς ἰδίοις μέτριον ἔχων καὶ κεκολασμένον ὁ βασιλεὺς τὸν θυμὸν ἐν τοῖς κοινοῖς οὐ πάνυ τι ἐμετρίαζεν.

B 71. Οὕτω τοίνυν τῶν κατὰ τὴν ἑσπέραν πάλιν κρατυνομένων ἐχθρῶν, καὶ ἀπὸ τῆς παρούσης εὐτυχίας καὶ κατὰ τῶν προσεχεστέρων ἐκστρατεῦσαι προσδοκωμένων, ἀποστέλλεται Στέφανος ὁ καὶ Μαξέντιος προσαγορευόμενος, ὃς ἐκ Καππαδοκῶν, στρατηγὸς τῶν ἐν Λαγοβαρδίᾳ δυνάμεων μετὰ Θρᾳκῶν καὶ Μακεδόνων καὶ ἐπιλέκτων Χαρσιανιτῶν καὶ Καππαδοκῶν. ὃς τὴν ἀποδειχθεῖσαν τῆς ἀρχῆς χώραν καταλαβών, καὶ τὴν πόλιν Ἀμαντίας ὑπὸ τῶν Σαρακηνῶν κατεχομένην ἀφελέσθαι πειραθεὶς ἐξ αὐτῶν, καὶ διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ μέλλησιν καὶ ῥαθυμίαν, ὡς ἔοικε, μᾶλλον δὲ ἀνανδρίαν τε καὶ τρυφήν, μηδὲν ἄξιον λόγου
C καὶ τῆς περὶ αὐτὸν δυνάμεως καταπράξασθαι δυνηθείς, παραλύεται τῆς ἀρχῆς, καὶ ἀντ' αὐτοῦ ἀποστέλλεται Νικηφόρος ὁ

9 ἀποθωῶσαι P   15 ὃς] ὁ?

Byzantium venit, et in magnum dei templum, eius sapientiae invocatione ac praeconio clarum, supplex confugit. cladis tamen magnitudine acerbe nimis imperatoris viscera dilacerante et ad nimium prope furorem animique dolorem propellente, nec sacrae aedis religio nec pro illo supplex antistitis obsecratio omnino Adrianum poena exemerunt; verum extremo quidem (ipso forsan haud immerito) supplicio liberarunt, haud tamen a mediocri, et quod aliorum castigandae temeritati adhibetur, omnino innoxium praestare valuerunt. sic imperator in suis moderatae irae ac castigatae, in publicis non omnino sibi poterat moderari.

bat fidem, monachus quidam, ut videbatur, et sacerdos illique amicus ac minister strenuus, cui Santabareno nomen. is etsi ab imperatore colebatur, apud alios tamen non bonae famae erat nec reprehensione carebat. idque in causa erat cur non raro a sapientissimo Leone ut praestigiator ac seductor, quique imperatorem a recti tramite abduceret et ad absurda traheret, conviciis incesseretur. quibus saepius auditis impostor ille ac scelestus, simulata benevolentia ac amicitiae larva, ad mitissimum Leonem sic loquitur. "cur" inquit, "cum iam robustis viribus ad aetatem adoleveris patrique admodum carus sis, non occulte pugiónem aut sicam tecum defers, cum una cum illo ruri in equo veheris, ut in promptu porrigendum habeas, cum ferienda bestia fuerit, et, si quid adversus eum latenter ex insidiis agi contigerit, non ipse inermis inveniaris, sed praesto aliquid habeas unde paternos hostes ulciscaris." dolum ille minime subodoratus, nec viri fraudes animo reputans (quod enim ad malitiam pronum non est, nec improba facile suspicatur) consilium approbat viroque obsequitur, ut cultrum in ocrea deferat. perfidus autem insidiator, Leonem consilio suo paruisse intelligens, imperatori denuntiat filium structis insidiis illius necem machinari. "quodsi fidem abnuis" inquit, "cum venatum aliave ex causa urbe exieris, iube ei ocreas auferri; ac si quidem gladium deferre invenietur, ne in tuam necem eum sibi parasse dubitaveris." indicta igitur ruri principis vena-

γελθείσης οὖν ἐξόδου βασιλικῆς συνεξῆλθεν ἅπαν τὸ εἰωθός, καὶ B κατά τινα τόπον γενομένων αὐτῶν προσποιεῖται χρείαν ἔχειν μαχαίρας ὁ βασιλεύς, καὶ ἐπεζήτει ταύτην μετὰ σπουδῆς. συμπαρὼν δὲ ὁ υἱός, καὶ μηδὲν τῶν ὑπονοουμένων τῷ πατρὶ προειδόμενος, ἀκάκως πάνυ καὶ ἀπονήρως ἐφελκυσάμενος ἣν ἐπεφέρετο μάχαιραν ἐπιδίδωσι τῷ πατρί. γενομένου δὲ τούτου ἔδοξεν εὐθέως ἡ κατ' αὐτοῦ προσαγγελία πιστὴ καὶ αἱ παρ' αὐτοῦ ἀπολογίαι μάταιαι καὶ κεναί. ὑποστρεψάντων οὖν αὐτίκα πρὸς τὰ βασίλεια, πρὸς ὀργὴν ὁ βασιλεὺς κατὰ τοῦ υἱοῦ διανίσταται, καὶ κατά τινα τῶν βασιλείων οἴκων, ὃς Μαργαρίτης κατονομάζεται, ἔμφρουρον τοῦτον πεποίηται, καὶ τῶν ἐρυθρῶν πεδίλων ἀπογυμνοῖ. C διηρέθιστο δὲ παρὰ τοῦ ἐχθροῦ καὶ ἐκδικητοῦ πρὸς τὸ καὶ τοὺς λύχνους ἐπισβέσαι τῶν ὀφθαλμῶν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὑπὸ τοῦ τῆς βασιλίδος ἀρχιερέως καὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς κωλύεται διαπράξασθαι, τῆς εἱρκτῆς δ' ὅμως εἶχεν ἐντός. χρόνου δὲ παραδραμόντος συχνοῦ, καὶ τῆς φύσεως οὐ γνωριζούσης ἑαυτὴν ἀλλ' ὑπὸ τῶν πονηρῶν πνευμάτων τραχυνομένης, τῶν δὲ τῆς γερουσίας ὑπερεχόντων πολλάκις βουληθέντων ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα διαπρεσβεύσασθαι, ἄλλοτε δὲ κατ' ἄλλην αἰτίαν κωλυομένων, ἀπὸ τοιαύτης προφάσεως εὔλογον ἔσχον ἀφορμὴν εἰς τὸ κατανύσαι τὸ βούλημα. (101) ἦν τι ζῷον πτηνὸν ἐν ταλάρῳ πλεκτῷ κατὰ τὰ βασίλεια αἰωρούμενον, μιμηλὸν καὶ πολύφωνον, ὃ ψιττακὸς ὀνομάζεται· D ὅπερ εἴτε πρός τινων διδαχθὲν εἴτε ἄλλως πως πολλάκις "αἲ αἲ κῦρ

5 ἐξελκυσάμενος? 13 ἀποσβέσαι?

tione, omnis ex more comitatus una exierunt. cumque in quendam locum evasissent, simulat imperator sibi opus gladio esse, eiusque sibi actutum copiam quaerit. aderat filius, eorumque ignarus quae pater animo versaret, simplici admodum nec malo quicquam animo, quem gestabat gladium, extractum patri offert. hinc statim data adversus Leonem delatio probabilis visa est, illiusque inanes defensiones ac frivolae. mox itaque reversis in regiam imperatoris in filium ita effervescit; inque regiarum aedium una, cui Margaritae nomen, truso in carcerem rubros calceos detrahit. incitaverat inimicus et ultor, ut et oculorum faces exstingueret. verum obstitere regiae urbis episcopus ac senatus omnis: interim tamen tenebatur in carcere. longum iam tempus fluxerat, nec ipsa se natura agnoscebat, sed malignis flatibus exasperata erat. senatus primates cum saepe constituissent pro filio apud patrem supplicationem obire, alias aliam ob causam impediti, eiuscemodi occasione rei praestandae probabilem opportunitatem exque ratione nacti sunt. (101) avis erat in implexo calatho in regiae pendens tricliuio, egregia imitatrix et loquacissima: psittacum vocant. hic sive a quibusdam edoctus erat sive alio quovis modo hauserat, "heu heu, domine Leo" saepius

"Λέων" ἐφθέγγετο. πανδαισίας δέ ποτε τελουμένης τῷ βασιλεῖ, καὶ τῶν πρώτων τῆς βουλῆς συνεστιωμένων αὐτῷ, καὶ τοῦ ὄρνιθος πολλάκις φθεγγομένου τὸ προρρηθέν, ἐπιστυγνάσαντες οἱ δαιτυμόνες καὶ τῆς εὐωχίας παυσάμενοι ἐπὶ συννοίας ἐκάθηντο. οἷς προσσχὼν ὁ βασιλεὺς τὴν αἰτίαν τῆς τῶν ἐδεστῶν ἀποχῆς ἐπυνθάνετο. οἱ δὲ δακρύων ὑποπλησθέντες τοὺς ὀφθαλμοὺς "τίνα βρῶσιν" εἶπον "φαγούμεθα, οὕτως ὑπὸ τῆς φωνῆς τοῦ ἀλόγου τούτου ὀνειδιζόμενοι οἱ δοκοῦντες ἡμεῖς λογικοί τε καὶ φιλοδέσποτοι, ὅτι αὐτὸ μὲν τὸν οἰκεῖον ἀνακαλεῖται δεσπότην, ἡμεῖς δὲ τρυφῶντες P 216
λήθην τοῦ μὴ ἀδικήσαντος δεσποσύνου ἐλάβομεν. εἰ μὲν γὰρ ἐλέγχεται ἀδικῶν καὶ κατὰ τῆς πατρικῆς κεφαλῆς εὐτρεπίσας τὴν δεξιάν, αὐτόχειρες αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες γενοίμεθα καὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ κορεσθείημεν· εἰ δὲ ἐφ' οἷς ἐνεκλήθη διαφεύγει τὸν ἔλεγχον, μέχρι τίνος ἡ συκοφάντις γλῶσσα δυναμωθήσεται κατ' αὐτοῦ;" μαλακισθεὶς οὖν τοῖς τοιούτοις τῶν λόγων ὁ βασιλεὺς τότε μὲν καθεσθῆναι τούτους προσέταξε, καὶ σκοπῆσαι περὶ τοῦ πράγματος ἐπηγγείλατο, μετ' οὐ πολὺ δὲ πρὸς τὴν φύσιν ἐπανελθὼν ἐξάγει τε τῆς φρουρᾶς καὶ εἰς ὄψιν ἄγει αὐτοῦ, καὶ τὴν πένθιμον B
ἀμείβει στολήν, καὶ τὸ περιττὸν τῆς ἐν τῇ λύπῃ τραφείσης κόμης περιαιρεθῆναι κελεύει, καὶ τὴν προτέραν τῆς βασιλείας τάξιν καὶ τιμὴν ἀποδίδωσιν.

102. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ φθινάδι νόσῳ περιπίπτει

1 δὲ τότε P   15 μαλαχθεὶς A

perstrepebat. cum itaque tunc imperator opipare instructum haberet convivium, senatusque primores pariter epularentur, ac avis ea quae dicta sunt crebrius repeteret, affecti maerore convivae, missaque epularum iucunditate, cogitabundi sedebant. animum advertit imperator, quidve causae sit cur se a dapibus abstineant ex illis quaerit. illi vero oppleti lacrimis "quas" aiunt "dapes sumemus, sic nobis exprobrante bruta hac animante, qui ipsi praediti ratione herique amantes videamur? dum illa sic repetitis vocibus dominum inclamante, nos genio indulgentes insontis dominici germinis prolisque sumus obliti? siquidem enim paternum ius violasse convincitur et in eius caput dexteram armasse, ipsi nos omnes eius auctores necis erimus, illiusque cruore exsaturabimur. sin autem eorum quorum accusatur nulla convictio est certaque probatio, quamdiunam calumniosa lingua opprimendo praepollebit?" istiusmodi sermonibus tantisper delinitus imperatoris animus tunc quidem sedere eos iussit, eiusque rei gratia se deliberaturum promisit. nec diu post ad indolem geniumque reversus e carcere educto sui illi copiam facit, lugubrique ipsius mutato habitu ac superfluo comae per tristitiae tempus adultae, levato onere, in pristinum eum imperii gradum honoremque restituit.

102. Nec multo post in tabificum gravemque morbum imperator

ὁ βασιλεύς, ἐκ διαρροίας παρακολουθησάσῃ γαστρός, ἣ τὴν ἀρχὴν ὑπό τινος τῶν κατὰ θήραν παραπτώσεων ἔλαβεν· καὶ λοιπὸν κατ᾽ ὀλίγον τῇ τοιαύτῃ τηκεδόνι κατεμαραίνετο. διαθεὶς δὲ τὰ τῆς βασιλείας ἄριστα καὶ τὸν κληρονόμον γνωρίσας, καὶ περὶ τῶν καθ᾽ ἕκαστα τὰ εἰκότα βουλευσάμενός τε καὶ ἐμφρόνως διορισά-
C μενος, ὕστερον πυρετοῦ καυσώδους ἀναφλεγέντος αὐτῷ πᾶσαν τὴν ζωτικὴν ἰκμάδα ἀνιμωμένου καὶ ἀναλίσκοντος τὸν βίον ἀπέλιπε, συμβασιλεύσας μὲν τῷ πρὸ αὐτοῦ Μιχαὴλ χρόνον ἕνα, ἐν ἑτέροις δὲ χρόνοις ἐννεακαίδεκα περὶ τὴν αὐτοκράτορα τῆς βασιλείας διαπρέψας ἀρχήν, ἄριστα μὲν τὰ πολιτικὰ διαθείς, κάλλιστα δὲ καὶ περὶ τὰ στρατιωτικὰ διαγεγονώς, καὶ πλατύνας μὲν τὰ ὅρια τῆς ἀρχῆς, ἀδικίαν δὲ καὶ βίαν ἐξελάσας ἀπὸ τοῦ ὑπηκόου παντός, ὡς καὶ τὴν Ὁμηρικὴν περὶ τοῦ ἀρίστου βασιλέως μαρτυρίαν ἁρμόζειν αὐτῷ τὴν

ἀμφότερον, βασιλεύς τ᾽ ἀγαθὸς κρατερός τ᾽ αἰχμητής.

D Διαδέχεται δὲ τὴν ὅλην τῆς ἐξουσίας ἀρχὴν ὁ καὶ παρὰ τῆς φύσεως καὶ παρὰ τῆς ἀρετῆς ἐπὶ τὸν πατρῷον κλῆρον καλούμενος καὶ παρὰ τοῦ ὑπηκόου δι᾽ εὐχῶν ἐπιζητούμενος, Λέων ὁ πραότατος καὶ σοφώτατος καὶ πρῶτος τῶν ἔτι περιλειπομένων υἱῶν.

Καὶ τὰ μὲν περὶ τῆς εὐσεβοῦς βασιλείας Βασιλείου τοῦ ἀοιδίμου, ὅσα μὴ τῆς λήθης παρεσύρη ῥεύμασι καὶ τῷ διὰ μέσου χρόνῳ ἐξίτηλα γέγονε, καὶ αὐτὴ δὲ ἡ πρὸ τῆς βασιλείας ἀγωγή,

17 τῶν πατρῴων κλήρων A 20 Βασιλείου om P 21 τοῖς λήθης?

incidit, qui ex profluvio ventris acciderat; quod ipsum ex casu inter venandum oriri contigerat. iamque paulatim tali tabe contabescebat. imperii itaque rebus optima ratione dispositis, designatoque successore, nec non singulis consentanea ratione solertique consilio constitutis, tandem febris ardoribus violentiori aestu eius omnem vitalem humorem exhaurientibus ac consumentibus vita excessit, cum imperasset cum Michaële eius decessore annum unum, alios vero decem et novem solus rerum summam praeclare administrasset; cum civilibus optime constitutis, ipsa quoque armata militia praeclare effulsisset, atque imperii fines produxisset, iniuriamque ac vim a subditis omnibus longe reppulisset, ut et merito Homericum illud optimi regis in eum quadret elogium "utrumque, rex bonus et fortis bellator."

Excepit post eum rerum summam, qui et natura ipsoque virtutis iure ad paternam hereditatem vocabatur subditorumque votis exposcebatur, mitissimus Leo ac sapientissimus, liberorum ipse superstitum natu maximus.

Atque haec incliti Basilii pie religioseque administrati imperii munera, quotquot illius rerum oblivionis gurgitem effugerunt, nec quod intercurrit aevo exoleverunt. ipsam quoque eius ante adeptum imperium

καὶ ὅσα ἡ τῆς ὅλης αὐτοῦ ζωῆς περιέχει ὑπόθεσις, κατὰ τὸ ἡμῖν ἐφικτόν, καθὼς ἡ τῆς ἀληθείας εἶχε φύσις, ἀπήγγελται καὶ ἱστόρηται.

institutionem, ac quanta omnis eius vitae argumentum ratioque complectitur, quoad licuit ac veritatis ordo poscebat, narravimus et in historiam coniecimus.

ΒΑΣΙΛΕΙΑ P 217

ΛΕΟΝΤΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ.

ΛΟΓΟΣ Ζ.

Βασίλειος τελευτήσας, Λέων ὁ υἱὸς αὐτοῦ αὐτοκράτωρ ἐβασίλευσεν ἔτη εἴκοσι πέντε, μῆνας ὀκτώ. Στέφανος δὲ ὁ αὐτοῦ ἀδελφὸς κληρικὸς ὢν καὶ σύγκελλος συνῆν τῷ πατριάρχῃ Φωτίῳ, ὑπ' αὐτοῦ ἀναγόμενός τε καὶ παιδευόμενος. ἀπέστειλεν οὖν ὁ βασιλεὺς τὸν στρατηλάτην Ἀνδρέαν ἐν τῇ Χρυσοπόλει καὶ ἄλλους συγκλητικοὺς σὺν αὐτῷ μετὰ κλήρου καὶ κηρῶν καὶ ἁρμάτων· καὶ ἐξαγαγόντες τοῦ τάφου τὸν Μιχαὴλ ἐν γλωσσοκόμῳ κυπαρισσίνῳ κατέθεντο, καὶ ἐπὶ κραβάτου θέντες, ἐντίμως καὶ βασιλικῶς περιστείλαντες, ἐν τῇ πόλει εἰσήγαγον, καὶ μεθ' ὕμνων μέχρι τῶν ἁγίων ἀποστόλων προέπεμψαν, ἑπομένων ἐκεῖσε καὶ τῶν αὐτοῦ ἀδελφῶν, καὶ ἐν λάρνακι κατέθεντο.

2. Μετὰ ταῦτα δὲ ὁ βασιλεὺς τὸν αὐτὸν στρατηλάτην P 218
Ἀνδρέαν ἅμα Ἰωάννῃ Ἁγιοπολίτῃ, λογίῳ πάνυ ὄντι καὶ λογοθέτῃ

IMPERIUM LEONIS IMPERATORIS.

LIB. VI.

Defuncto Basilio Leo eius filius imperator rerum potitus est, annos quinque supra viginti, octo menses. Stephanus illius frater clericus cum esset ac syncellus, cum Photio patriarcha versabatur, sub cuius educabatur ac erudiebatur disciplina. misit itaque imperator Andream magistrum militiae Chrysopolim, aliosque cum eo senatorii ordinis, cum clero et cereis ac curribus; eductumque e sepulchro Michaelis cadaver ac in cypressino loculo positum lectuloque impositum, pretiosis vestibus regioque cultu ornatum, in urbem invexerunt; ac cum canticis ad sacram usque apostolorum aedem pompa deduxerunt, eius quoque fratribus illic funus comitantibus, tumuloque condiderunt.

2. Post haec vero idem imperator eundem magistrum militiae Andream cum Ioanne Hagiopolita, viro valde erudito ac qui cursus publici

τοῦ δρόμου γεγονότι, ἐν τῇ ἁγίᾳ Σοφίᾳ ἀπέστειλεν, οἳ ἐν τῷ ἄμβωνι ἀνελθόντες καὶ τὰς τοῦ πατριάρχου Φωτίου αἰτίας πάντων εἰς ἐπήκοον ἀναγνόντες τοῦτον τοῦ θρόνου κατήγαγον, καὶ ὑπερόριον αὐτὸν ἐν τῇ μονῇ τῶν Ἀρμονιανῶν τῇ ἐπονομαζομένῃ τοῦ Βόρδονος ἀνήγαγον. Στέφανον δὲ σύγκελλον τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν πατριάρχην προβάλλεται, ὑπὸ Θεοφάνους χειροτονηθέντα τοῦ B πρωτοθρόνου. Ἔζησεν δὲ πατριαρχῶν ἔτη ἓξ καὶ μῆνας πέντε, καὶ τελευτήσας θάπτεται ἐν τῇ μονῇ Σικεῶν.

3. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν Ζαοῦτζαν Στυλιανὸν μάγιστρον καὶ λογοθέτην τοῦ δρόμου προβάλλεται.

4. Προεδόθη δὲ ἡ πόλις ἡ ἐπώνυμος Ὑψηλή, καὶ ᾐχμαλωτίσθησαν ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ. γέγονε δὲ καὶ μέγας ἐμπρησμὸς πλησίον τῶν Σοφιῶν, καὶ ἐνεπρήσθη καὶ ὁ ναὸς τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Θωμᾶ, ὃν ὁ βασιλεὺς Λέων λαμπρῶς ἀνεκαίνισεν.

5. Ἀποστείλας δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς Εὐχάϊταν Θεόδωρον τὸν C Σανδαβαρηνὸν ἐν τῇ πόλει εἰσήγαγεν· Ἀνδρέας δὲ ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν καὶ Στέφανος ὁ μάγιστρος τῆς Καλομαρίας, οἱ πολλὰ πρὸς Βασίλειον διαβληθέντες ὑπὸ τοῦ Σανδαβαρηνοῦ, ὑπέθεντο τῷ βασιλεῖ ὡς βουληθεὶς Φώτιός τε καὶ Θεόδωρος ὁ Σανδαβαρηνὸς βασιλέα ἐκ συγγενῶν Φωτίου ποιήσασθαι. προσέταξε δὲ ὁ βασιλεύς, καὶ ἄμφω ἐν τοῖς παλατίοις ἤγαγον τῶν Πηγῶν, καὶ

20 βουληθείη?

logotheta exstiterat, ad S. Sophiae misit. qui ambone conscenso, relictisque in omnium auribus Photii patriarchae accusationis capitibus, eum e sede expulerunt inque Armonianorum monasterium, quod Bordonis vocant, exsulem relegarunt. Stephanum autem fratrem suum syncellum Leo patriarcham praeficit, ordinationis manus impendente Theophane primae sedis antistite. vixit autem in patriarchatu annos sex et menses quinque: vita functus in Siceorum tumulatur monasterio.

3. Imperator Zautzam Stylianum magistrum praefecit ac cursus publici logothetam.

4. Proditione capta urbs Hypsele dicta, eiusque omnes incolae ac cives ab Agarenis ducti in captivitatem. sed et ingenti prope Sophias excitato incendio, ipsa quoque S. Thomae apostoli sacra aedes ambusta, quam Leo imperator postmodum magnifice instauravit.

5. Missis imperator Euchaitam apparitoribus Theodorum Santabarenum in urbem induxit. Andreas vero scholarum domesticus et Stephanus magister Calomariae dictus, multis olim apud Basilium a Santabareno petiti accusationibus, Leoni suggerunt id Photio ac Theodo fuisse constitutum, ut imperatorem ex Photii gente eiusque cognatis cre rent. iussit itaque imperator, ambosque ad regias in Pegis aedes ad

ἰδίᾳ φρουρεῖσθαι διεκελεύσατο. ἀπεστάλησαν δὲ διαγνώμονες τῶν κατ' αὐτῶν κινουμένων αὐτός τε ὁ μάγιστρος Στέφανος καὶ ὁ δομέστικος Ἀνδρέας καὶ ὁ Κρατερὸς καὶ ὁ Γοῦμερ πατρίκιοι καὶ D Ἰωάννης ὁ Ἁγιοπολίτης. ἀγαγόντες οὖν τὸν πατριάρχην Φώτιον καὶ ἐπὶ θρόνου ἐντίμως καθίσαντες, καὶ αὐτοὶ καθεσθέντες, τὴν ἐξέτασιν ἐποιοῦντο. ὁ δὲ δομέστικος Ἀνδρέας ἔφη τῷ πατριάρχῃ "γνωρίζεις, ὦ δέσποτα, ἀββᾶν Θεόδωρον;" ὁ δὲ "ἀββᾶν οὐ γνωρίζω Θεόδωρον." ὁ δὲ Ἀνδρέας "τὸν ἀββᾶν οὐ γνωρίζεις Θεόδωρον τὸν Σανδαβαρηνόν;" καὶ ὁ πατριάρχης "γνωρίζω τὸν μοναχὸν Θεόδωρον ἀρχιεπίσκοπον ὄντα Εὐχαΐτων." ἐνεχθέντος δὲ τοῦ Σανδαβαρηνοῦ, λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Ἀνδρέας "ὁ βασιλεύς σοι δηλοῖ, ποῦ εἰσὶ τὰ χρήματα καὶ τὰ πράγματα τῆς βασιλείας μου;" P 219 ὁ δὲ ἔφη "ὅπου δέδωκεν αὐτὰ ὁ κατὰ τὴν ἡμέραν βασιλεύς· νῦν δὲ ἐπεὶ ταῦτα ὁ βασιλεὺς ζητεῖ, ἐξουσίαν ἔχει τοῦ ἀναλαβέσθαι αὐτά." καὶ ὁ Ἀνδρέας "εἰπέ, τίνα ἐβουλεύου βασιλέα ποιῆσαι τῷ πατρὶ τοῦ βασιλέως ὑποθεὶς τοὺς ὀφθαλμοὺς τὸν ἴδιον ἀποστερῆσαι υἱόν; σὸν συγγενῆ ἢ τοῦ πατριάρχου;" ὁ δὲ εἶπεν "οὐκ οἶδα ταῦτα περὶ ὧν μοι κατηγορεῖτε." λέγει οὖν ὁ μάγιστρος Στέφανος "καὶ πῶς ἐμήνυσας τῷ βασιλεῖ ἐλέγξειν περὶ τούτου τὸν πατριάρχην;" ὁ δὲ παρευθὺ τοῖς ποσὶ τοῦ πατριάρχου προσπεσὼν εἶπεν "ὁρκίζω σε δέσποτα κατὰ τοῦ θεοῦ ἵνα πρότερόν με B καθαιρήσῃς, καὶ τότε γυμνόν με ὄντα ἱερωσύνης ὡς κακοῦργον ὄντα κολαζέτωσαν· οὐ γὰρ τοιαῦτα τῷ βασιλεῖ ἐδήλωσα." ὁ δὲ

ctos in sua quemque custodia seorsumque servari praecepit. missi cognitores capitum accusationis, magister ipse Stephanus et Andreas domesticus et Craterus et Gumer patricii et Ioannes Hagiopolita. adducto itaque patriarcha Photio, et in sede reverenter collocato, ipsi quoque sedentes causae examen instituunt. tunc Andreas domesticus patriarchae infit "nosti, domine, abbatem Theodorum?" cui ille "abbatem Theodorum non cognosco." ait Andreas "Theodorum abbatem Santabarenum non nosti?" cui patriarcha "Theodorum monachum Santabarenum Euchaitarum archiepiscopum cognosco." tum Santabareno in medium adducto, ait ad eum Andreas "mandat tibi imperator, ubi sunt imperii mei pecuniae bonaque et supellex?" ait ille "ubi illa dedit, qui pro tempore imperium gessit. nunc autem quoniam haec imperator quaerit, licet illi ea recipere." tunc Andreas "dic, oro, quem voluisti imperatorem facere, cum imperatoris patri auctor esses ut filium oculis orbaret? num tibi sanguinis necessitudine coniunctum, an patriarchae?" respondit ille "haec, quae mihi obiicitis crimina, nescio." ad quem magister Stephanus "ecquomodo imperatori significasti te patriarcham eius sceleris reum peracturum?" mox ille, hisce auditis, patriarchae pedibus advolutus "obtestor te, domine, per deum," ait, "ut me prius deiicias ac exauctores, tumque in me omni sacerdotio nudatum, ut maleficum, animadvertant. nec enim eiusmodi aliquid unquam imperatori detuli." tum

πατριάρχης ἔφη "μὰ τὴν σωτηρίαν ἐμῆς ψυχῆς, κῦρι Θεόδωρε, ἀρχιεπίσκοπος εἶ καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι." θυμωθεὶς οὖν ἐπὶ τούτοις Ἀνδρέας ἔφη "καὶ οὐκ ἐμήνυσας, ἀββᾶ, τῷ βασιλεῖ δι' ἐμοῦ ἵνα ἐν τούτῳ τὸν πατριάρχην ἐλέγξῃς;" ὁ δὲ ἀπηρνήσατο μηδὲν εἰδέναι. ὑποστρέψαντες οὖν τῷ βασιλεῖ τὰ C λαληθέντα ἀνήγγειλαν· ὁ δὲ βασιλεὺς θυμῷ καὶ ὀργῇ ἀκατασχέτῳ ληφθείς, ὡς μὴ εὔλογον αἰτίαν κατὰ τοῦ πατριάρχου εὑρηκώς, ἀποστείλας ἔτυψε τὸν Σανδαβαρηνὸν σφοδρῶς καὶ ἐξώρισεν ἐν Ἀθήναις. κατόπιν δὲ ἀποστείλας ἐξετύφλωσεν αὐτὸν καὶ ἐξώρισεν εἰς Ἀνατολήν. χρόνων δὲ παρῳχηκότων πολλῶν ἐκ τῆς ἐξορίας αὐτὸν ἀνεκαλέσατο καὶ ἐν τῇ πόλει εἰσήγαγεν, προστάξας σιτηρέσια τούτου ἐκ τῆς νέας ἐκκλησίας λαμβάνειν· ὃς καὶ τελευτᾷ ἐπὶ Κωνσταντίνου καὶ Ζωῆς τῆς αὐτοῦ μητρός.

6. Ἐν ταῖς ἡμέραις δὲ Λέοντος ὁ Λογγίβαρδας δοὺξ, D γαμβρὸς δὲ τοῦ ῥηγὸς Φραγγίας γεγονώς, ἀντῇρε τῷ βασιλεῖ καταστασιάσας καὶ πᾶσαν τὴν χώραν ὑφ' ἑαυτῷ ποιησάμενος. τοῦτο γνοὺς ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνον τὸν τῆς τραπέζης σὺν πᾶσι τοῖς δυτικοῖς ἐξαπέστειλεν θέμασιν ὥστε καταπολεμῆσαι Ἐγίωνα. συμβολῆς δὲ γενομένης οἱ μετὰ Κωνσταντίνου ἡττήθησαν καὶ κατεσφάγησαν, μόγις ἐκείνου περισωθέντος. γέγονε δὲ τηνικαῦτα καὶ ἡλιακὴ ἔκλειψις, ὥρᾳ τῆς ἡμέρας ἕκτη, ὥστε καὶ τοὺς ἀστέρας φαίνεσθαι, ἀνέμων τε βιαία φορὰ καὶ ἀστραπαὶ καὶ βρονταί,

11 αὐτοῦ P, αὐτὸν margo.

patriarcha "per salutem animae meae, domine Theodore, archiepiscopus es, tum in saeculo hoc tum in futuro." ad haec Andreas ira concitus "nonne meo ipsius ore, abba, eius te criminis reum peractarum Photium significasti?" cui ille rursus scire se aliquid negavit. reversi itaque nuntiant quae illa cognitione essent interlocuti. imperator ira percitus effrenique furore subactus, ut qui probabile adversus patriarcham crimen nullum nactus esset, Santabarenum acriter verberari iubet, tumque Athenis exsulare. post eum vero mittens oculis orbavit et in Asiam relegavit. multis autem exactis annis ab exsilio revocatum in urbem induxit, annonasque illi ex novae ecclesiae censu constituit. porro diem obiit Constantino et Zoe illius matre imperatoribus.

6. Leonis temporibus Longobardiae dux, qui gener (i. e. affinis) regis Franciae fuit, adversus imperatorem rebellionem movit, ab eoque deficiens regionem omnem suae dicionis fecit. imperator eius certior factus Constantinum mensae praepositum cum occidentalis tractus legionibus omnibus ad debellandum Egeonem misit. conserta autem pugna Constantini victus exercitus est et ad internecionem deletus, adeo ut vix ipse a clade Constantinus superstes exstiterit. contigit vero tunc etiam solaris eclipsis, diei hora sexta, ita ut et stellae in caelo apparerent.

ὥστε καὶ ἐν τοῦ φόρου ἀναβαθμοῖς τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου ἀνθρώπους κεραυνωθῆναι ἑπτά.

7. Ἐπολιορκήθη δὲ ὑπὸ Ἀγαρηνῶν ἡ Σάμος, συμπαραληφθέντος καὶ τοῦ στρατηγοῦντος ἐν αὐτῇ Πασπαλᾶ. P 220 Λέων δὲ ὁ βασιλεὺς βασιλεοπάτορα τὸν Ζαούτζαν τιμᾷ, αὐτὸς καινουργήσας τὸ ὄνομα· ἤδη γὰρ Ζωῇ τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ συνεφιλιώθη, τοῦ ταύτης ἀνδρὸς Θεοδώρου, ᾧ Γουνιατζίτζης ἐπώνυμον, ἀναιρεθέντος φαρμάκῳ.

8. Στεφάνου δὲ πατριάρχου τὸν βίον ἀπολιπόντος, Ἀντώνιος ὁ τὴν ἐπωνυμίαν Καυλέας πατριάρχης ἀντ' αὐτοῦ προχειρίζεται.

9. Ἀγγελία δὲ κατέλαβεν ὡς ὁ ἄρχων Συμεὼν Βουλγαρίας βούλεται κατὰ Ῥωμαίων ἐκστρατεύσασθαι, πρόφασιν ἔχων τῆς B μάχης ταύτην. εὐνοῦχον εἶχε δοῦλον ὁ βασιλεοπάτωρ Ζαούτζας· Μουσικὸς ἦν ὄνομα τούτῳ. οὗτος συνεφιλιώθη ἀνδράσιν ἐμπορικοῖς καὶ φιλοκερδέσι καὶ φιλοχρύσοις, ἐξ Ἑλλάδος οὖσι, Σταυρακίῳ τε καὶ Κοσμᾷ· οἵ τινες μεσιτείᾳ τοῦ Μουσικοῦ κερδαίνειν βουλόμενοι τὴν μετὰ Βουλγάρων πραγματείαν ἐν τῇ πόλει ἐν Θεσσαλονίκῃ μετέστησαν, κακῶς κουμερκεύοντες τοὺς Βουλγάρους. τῶν δὲ Βουλγάρων ταῦτα τῷ Συμεὼν ἀναγγειλάντων, αὐτὸς δῆλα ταῦτα τῷ βασιλεῖ κατέστησε Λέοντι. ὁ δὲ πάντα ὡς λῆρον ἐλογίζετο, τῇ πρὸς Ζαούτζαν προσπαθείᾳ νικώμενος. μανεὶς οὖν ὁ C Συμεὼν ἦρε κατὰ τῶν Ῥωμαίων τὰ ὅπλα. ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν

tantaque ventorum vis ac turbo fuit fulguraque et tonitrua, ut et septem viri in gradibus Fori S. Constantini e caelo tacti perierint.

7. Expugnata ab Agarenis Samus est, una quoque Paspala praetore in eo comprehenso. Leo autem imperator Zautzam imperatoris patrem, novo abs se dignitatis titulo excogitato, appellat. iam enim secreto amore Zoes eius filiae flagrabat, viro illius Theodoro, cognomento Guniazitze, veneno sublato.

8. Stephano patriarcha vivis exempto, in eius locum praeficitur Antonius cognomento Cauleas.

9. Venit nuntius rumorque percrebuit, Symeonem Bulgarorum principem expeditionem moliri adversus Romanos, ea scilicet praetexta causa. Zautzas imperatoris pater servum eunuchum habebat, Musicum nomine. iunxerat hic amicitias cum Stauracio et Cosma, viris mercatoribus, lucrique ac auri cupidis, Attica oriundis. hi porro Musici auctoritate freti, maioris quaestus gratia, quod in urbe cum Bulgaris commercium erat, Thessalonicam transferunt et graviora vectigalia a mercatoribus Bulgaris exigunt. Bulgari de iniuria Symeoni expostulant: ipse vicissim eorum querelas per nuntium Leoni exponit. is vero ob benevolentiam qua Zautzam prosequebatur, cuncta haud secus ac nugas sprevit. Symeon ergo furore actus arma adversus Romanos sumit. rescivit

Κρηνίτην ἀποστέλλει κατ' αὐτοῦ στρατηλάτην ὄντα, λαῷ πολλῷ καὶ ἄρχουσι καθοπλίσας αὐτόν. συμβολῆς δὲ ἐν Μακεδονίᾳ γενομένης ἡττῶνται Ῥωμαῖοι, καὶ κατασφάττεται αὐτός τε ὁ Κρηνίτης καὶ ὁ Ἀρμένιος Κουρτίκης καὶ ἄλλοι πολλοί. ἐπεὶ δὲ καὶ Χαζάρους κατέσχεν ὁ Συμεὼν τῶν ἐκ τῆς ἑταιρείας τοῦ βασιλέως Λέοντος, τὰς αὐτῶν ῥῖνας ἀποτεμὼν εἰς αἰσχύνην τῶν Ῥωμαίων ἐν τῇ πόλει ἀπέστειλεν· οὓς ἰδὼν ὁ βασιλεύς, καὶ θυμοῦ πλησθείς,
D Νικήταν τὸν ὀνομαζόμενον Σκληρὸν ἐν τῷ Δανουβίῳ ποταμῷ μετὰ δρομώνων ἐξαπέστειλεν, δοῦναι δῶρα τοῖς Τούρκοις ὥστε τὸν
Συμεὼν καταπολεμῆσαι. ὁ δὲ τούτοις συντυχὼν καὶ πείσας κατὰ 1
Συμεὼν ὅπλα ἄρασθαι, ὁμήρους λαβὼν παρ' αὐτῶν πρὸς βασιλέα ὑπέστρεψεν. ὁ δὲ βασιλεὺς διά τε γῆς καὶ θαλάττης διέγνω τοὺς Βουλγάρους πολεμεῖν. καὶ διὰ μὲν θαλάσσης Εὐστάθιον δρουγγάριον ἀποστέλλει, διὰ γῆς δὲ πατρίκιον Νικηφόρον τὸν Φωκᾶν,
δομέστικον τῶν σχολῶν μετὰ τὴν τελευτὴν Ἀνδρέου γενόμενον. 1
P 221 ὧν μέχρι Βουλγαρίας καταλαβόντων, ὁ βασιλεὺς τὸν κυαίστωρα Κωνσταντινάκιν πρὸς Συμεὼν ἐξαπέστειλεν, ἔτι τὴν εἰρήνην στέργων καὶ βουλόμενος σπείσασθαι πρὸς αὐτόν· ὃν Συμεὼν κατασχὼν ἐν φρουρᾷ κατακλείει, δόλῳ πρὸς αὐτὸν ὑποπτεύσας παρα-
γενέσθαι. τοῦ Συμεὼν οὖν ἐπὶ τὸ στράτευμα Νικηφόρου ἀσχο- 2
λουμένου, οἱ Τοῦρκοι καταδραμόντες πᾶσαν τὴν Βουλγαρικὴν ἐληΐσαντο γῆν. ὁ Συμεὼν ἐκμαθὼν κατὰ τῶν Τούρκων ἐτράπετο. οἱ δὲ ἀντιπεράσαντες πόλεμον πρὸς Βουλγάρους συμβάλλουσι καὶ

imperator, Crinitemque magistrum militiae ingenti exercitu procerumque numero constipatum adversus illum mittit. concurrentibus aciebus in Macedonia victi Romani, occisus ipse Crinites et Curtices Armenius ac alii multi. quod vero Symeon etiam Chazaros Leoni imperatori foederatos inter spolia ceperat, amputatis eorum naribus Romanorum probro in urbem eos remisit. spectaculi indignitate ira totus effervescens imperator, Nicetam cognomento Sclerum (Durum dicas) cum celocibus ad Danubium fluvium mittit, qui Turcos oblatis muneribus adversus Symeonem eiusque debellandi causa conducat. Nicetas ubi in colloquium venit, Turcosque et ipsos ad bellum adversus Symeonem induxit, acceptis etiam ab eis obsidibus ad imperatorem rediit. imperator terra marique urgendum Bulgaricum bellum constituit; ac mari quidem Eustathium drungarium mittit, terra autem Nicephorum Phocam patricium, exstincto Andrea, scholarum domesticum. ad Bulgariam usque copiae venerant, cum imperator Constantinacium quaestorem ad Symeonem misit, adhuc pacem ambiens ac cum eo foedus percutere volens. Symeon comprehensum legatum in carcere tenuit, secum dolo agi existimans. dum itaque Symeon Nicephori copiis aciem opponit, omnem Turci Bulgaricam dicionem late vastant ac diripiunt. audivit Symeon, adversumque Turcos vertit impetum. Turci iterum traiecto amne, conserta cum Bulgaris

νικῶσι τούτους κατὰ κράτος, ὡς μόλις τὸν Συμεὼν ἐν τῇ Δίστρᾳ περισωθῆναι. ᾐτήσαντο οὖν οἱ Τοῦρκοι τὸν βασιλέα τοὺς Βουλ- B γάρων αἰχμαλώτους ὠνήσασθαι· ὃ δὴ καὶ πεποίηκεν, τοὺς πολίτας ἐξαποστείλας εἰς τὴν τούτων ἐξώνησιν. ὁ δὲ Συμεὼν δι' Εὐσταθίου δρουγγαρίου τὸν βασιλέα περὶ τῆς εἰρήνης ἱκέτευεν· πρὸς ἣν ὑπεῖξεν ὁ βασιλεύς, καὶ τὸν Χοιροσφάκτην Λέοντα πρὸς τὸ ταύτην ποιήσασθαι ἐξαπέστειλεν. ὁ δὲ δομέστικος Νικηφόρος καὶ ὁ δρουγγάριος Εὐστάθιος ὑποστρέψαι μετὰ λαοῦ ἐκελεύσθησαν. Λέοντα δὲ Χοιροσφάκτην οὐδὲ λόγου ἠξίωσεν ὁ Συμεών, ἀλλ' ἐν εἱρκτῇ ἐστραγγαλίσατο. ἐκστρατεύσας δὲ κατὰ τῶν Τούρκων πάντας κατέσφαξεν, μὴ δυνηθέντας παρὰ Ῥωμαίοις βοήθειαν δέξασθαι. ὑποστρέψας δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ γαυριῶν πρὸς τὸν Λέοντα C ἔφη "εἰ μὴ πρότερον πᾶσαν τὴν αἰχμαλωσίαν Βουλγάρων λάβω, εἰρήνην οὐ ποιῶ." ἐπένευσεν οὖν ὁ βασιλεὺς ταύτην ἀποδοῦναι. ἦλθεν οὖν μετὰ Λέοντος ὁ Βούλγαρος Θεόδωρος, οἰκεῖος ὢν τῷ Συμεών, καὶ παρέλαβεν αὐτούς.

10. Τοῦ δὲ δομεστίκου Νικηφόρου πρὸς τοῦ βασιλέως ἐξόχως ἀγαπωμένου, ὁ βασιλεοπάτωρ Ζαούτζας τοῦτον ὡς δυνάστην προεβάλλετο, γαμικὸν μετ' αὐτοῦ ποιῆσαι συνάλλαγμα βουλόμενος. τοῦ δὲ πρὸς τοῦτο ἀπαναινομένου, μήποτε δῷ ὑπόνοιαν τῷ βασιλεῖ Λέοντι, μανεὶς ἐπὶ τούτῳ ὁ Ζαούτζας αἰτίας ἐκίνησε D κατ' αὐτοῦ καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦτον μετέστησεν. προεβλήθη δὲ ἀντ' αὐτοῦ δομέστικος τῶν σχολῶν ὁ μάγιστρος Καταχαλών. ἐπὶ πολὺ

10 ᾐστρηλίσατο P, ἐστραγγαλίσατο margo.

acie, eos penitus profligant, ita ut Symeon Distram incolumis vix evaserit. victores Turci ab imperatore expescunt ut Bulgarorum captivos redimat. praestitit ille, cives mittens qui redimerent. porro Symeon Eustathii drungarii opera pacem supplex imperatorem rogat. annuit in eam imperator, Leonem Choerosphactem ad eam componendam mittens. Nicephorus domesticus et Eustathius drungarius redire iussi cum copiis. Symeon Leonem Choerosphactem nec alloquio dignatus stringit in carcere. expeditione vero in Turcos suscepta omnes iugulavit, cum eis nulla ex Romanis auxilia licuisset accipere. reversus Symeon pro victoria ferociens, Léoni denuntiat nulla se pacis foedera admissurum, nisi Bulgaros omnes captivos ante receperit. annuit imperator, ac reddendos captivos consentit. venit itaque Theodorus Bulgarus Symeonis domesticus cum Leone, eosque recepit.

10. Nicephorus domesticus eximie carus imperatori erat. hunc Zautzas imperatoris pater ceu virum potentatum obtinentem ad id munus provexerat, nuptiarum cum illo commercia ambiens. verum respuit ille, ne quam forte Leoni imperatori de se suspicandi occasionem praeberet. ea re furiis actus Zautzas crimina in eum intentans dignitate spoliat. eius loco scholarum domesticus provectus magister Catacalo.

δὲ σχολάσας ὁ Νικηφόρος αὖθις στρατηγὸς ἐν τῷ τῶν Θρακησίων θέματι προχειρίζεται. πολλὰς δὲ καὶ γενναίας ἀνδραγαθίας διὰ πάσης αὐτοῦ ἐν τοῖς πολέμοις κατεπραξάμενος βιοτῆς, καὶ πολλὰ κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν στησάμενος τρόπαια, τελευτᾷ τὸν βίον ἐν γήρᾳ καλῷ, υἱοὺς καταλιπὼν Βάρδαν καὶ Λέοντα, ὧν ὁ Βάρδας οἰκειότατος ὢν τῷ βασιλεῖ Λέοντι ἐστέργετό τε καὶ ἠγαπᾶτο καὶ δουλείαις ἐξυπηρετεῖτο ταῖς ἀνηκούσαις
P 222 τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ βασιλεύς, καθὼς εἴρηται, τὸν Κατακαλὼ προχειρισάμενος εἰς δομέστικον κατὰ τοῦ Συμεὼν τοῦτον ἐξαποστέλλει, συνεξαποστείλας αὐτῷ καὶ Θεοδόσιον πατρίκιον καὶ πρωτοβεστιάριον. διαπερασάντων δὲ πάντων τῆς ἀνατολῆς θεμάτων τε καὶ ταγμάτων, καὶ πολέμου μετὰ Βουλγάρων συγκροτηθέντος περὶ τὸ Βουλγαρόφυγον, τρέπονται Ῥωμαῖοι κακῶς, καὶ πάντες ἀπώλοντο· οἷς συναπώλετο καὶ ὁ πρωτοβεστιάριος Θεοδόσιος. ἐπὶ τούτου καὶ οἱ τῆς Χερσῶνος οἰκήτορες τὸν αὐτῶν ἀπέκτειναν στρατηγὸν Συμεὼν τὸν τοῦ Ἰωνᾶ. παρελήφθη δὲ καὶ τὸ Κόρον ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν.

B 11. Ὁ δὲ βασιλεὺς εἰς τὰ Δαμιανοῦ ἐξελθὼν εἶχεν μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τὴν Ζωὴν τὴν τοῦ Ζαούτζα θυγατέρα καὶ αὐτὸν τὸν Ζαούτζαν. Θεοφανὼ δὲ ἡ τοῦ βασιλέως γαμετὴ οὐ παρῆν ἐκεῖσε, ἀλλ' ἐν τῇ ἁγίᾳ σορῷ τῇ ἐν Βλαχέρναις προσεκαρτέρει εὐχομένη. δόξαν δὲ τῷ βασιλεῖ μεῖναι ἐν τοῖς Δαμιανοῦ, συμβούλιον οἱ τοῦ Ζαούτζα ποιησάμενοι, ὅ τε υἱὸς αὐτοῦ ὁ Ταύτζης καὶ οἱ λοιποί, τῇ νυκτὶ τὸν βασιλέα διαχειρίσασθαι ἐβουλεύσαντο. ἡ δὲ Ζωὴ

post longam vacationem Nicephorus iterum dux in Thracesiorum themate constituitur; multisque, quoad vixit, egregie fortiterque bello gestis, nec paucis adversus Agarenos gentesque alias erectis tropaeis, in senectute bona diem obiit, Barda et Leone liberis relictis, quorum prior Leoni imperatori familiaris illi carissimus erat eiusque ministeria strenuus obibat. imperator itaque, uti dictum est, Catacalonem creatum domesticum adversus Symeonem mittit, cui etiam Theodosium patricium ac protovestiarium comitem adiunxit; cunctisque Asiae cohortibus ac ordinibus traductis, collatis signis cum Bulgaris ad locum (quem vocant) Bulgarophygum, Romani male funduntur omnesque internecioni dantur, ipso etiam patricio ac protovestiario Theodosio desiderato. inter haec etiam Chersonitae ducem suum Ionae filium Symeonem occiderunt, Agareni in Cappadocia Corum ceperunt.

11. Imperator ad Damiani aedes egressus Zoem Zautzae filiam secum habebat ac ipsum Zautzam. Theophano autem imperatoris uxor iis solennis non intererat, sed ad sanctum loculum in Blachernis precibus assidua erat. visum imperatori in illis aedibus morarum aliquid trahere. Zautzae affines, tum scilicet eius filius Tautzes tum reliqui, consilium ineunt ut imperatorem noctu interimant. at Zoe in imperatoris sinu

τῷ βασιλεῖ συγκαθεύδουσα καὶ τὸν θρόον ἐνωτισθεῖσα, διὰ τῆς θυρίδος προκύψασα κατεσίγασεν, ὡς δὲ τοῦ δεινοῦ τῆς ἐπιβουλῆς ᾔσθετο ἀκριβῶς, τὸν βασιλέα διυπνίσασα τὸ πραττόμενον κατεσήμανεν· ὃς ἐν πλοίῳ εὐθὺς εἰσελθὼν εἰς Πηγὰς διεπέρασεν, C πάντας ἐκεῖσε καὶ αὐτὸν τὸν Ζαούτζαν καταλιπών. ταχὺ δὲ πρωῒ εἰς τὸ παλάτιον εἰσελθὼν Ἰωάννην μὲν τὸν βίγλης δρουγγάριον διεδέξατο, Πάρδον δὲ υἱὸν Νικολάου ἑταιρειάρχου ἀντ' αὐτοῦ προεβάλετο· ὁ γὰρ Νικόλαος οὗτος φίλος ἦν τῷ βασιλεῖ καὶ πιστός, καὶ [περὶ] τὰ ἀπόρρητα πάντα τοῦ Ζαούτζα δῆλα τούτῳ καθίστη καὶ ἔκπυστα. ἔκτοτε οὖν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ τοῦ Ζαούτζα κελλίον οὐκ εἰσήρχετο, εἰ μὴ Λέων ὁ μάγιστρος, ᾧ Θεοδοτάκης ἐπώνυμον, τούτους ἀλλήλοις διήλλαξεν.

12. Τελευτᾷ δὲ Αὐγοῦστα Θεοφανὼ ἔτη βασιλεύσασα D δώδεκα, ἥτις καὶ θαυματουργὸς ἀνεδείχθη, ἀνωτέρα τοῦ τῆς ζηλοτυπίας πάθους φανεῖσα καὶ πρᾴως τὴν παρευδοκίμησιν ὑπενεγκοῦσα Ζωῆς, καὶ ἐν ἐλεημοσύναις καὶ προσευχαῖς τὸν ἅπαντα βίον διανύσασα.

13. Στέφει Λέων ὁ βασιλεὺς τὴν θυγατέρα τοῦ Ζαούτζα Ζωήν, καὶ εὐλογεῖται παρὰ τοῦ κληρικοῦ τοῦ παλατίου, ᾧ ἐπίκλην Σινάπης. ὁ μὲν οὖν εὐλογήσας καθῃρέθη, ἡ δὲ ἔτος ἓν καὶ μῆνας ὀκτὼ βασιλεύσασα ἐτελεύτησεν. λάρνακα δὴ ἐφεῦρον ἐφ' ᾧ ἀποτεθῆναι τὸ σῶμα αὐτῆς ἐν αὐτῇ, ἥτις τοιάνδε εἶχεν ἐγκεκολαμμένην P 223 γραφὴν "θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ ταλαίπωρος."

dormiens, audito murmure, per fenestram aspectans silentium indicebat. perspectoque clare insidiarum periculo, suscitans imperatorem insidias indicavit. statim ergo in navigium ingressus Pegas transfretavit, cunctis ibi, ac ipso Zautza, relictis. statimque mane in palatium veniens, Ioanne excubiarum drungario ab officio remoto Pardum Nicolai heteriarchae filium ei muneri praefecit: is namque Nicolaus imperatori amicus propensusque in eum fide Zautzae arcana omnia ac consilia ei detegebat. ex tunc igitur imperator in Zautzae cubiculum non introibat, donec Leo magister, cognomento Theodotaces, ambos reconciliasset.

12. Moritur Theophano Augusta, annos duodecim imperio potita, atque post mortem miraculorum gloria claruit; quae nimirum zelotypiae affectu superior fuisset, Zoesque spretionem placide tulisset, ac vitam omnem eleemosynis atque precibus assidua egisset.

13. Coronat Leo imperator Zoem Zautzae filiam, et a quodam clerico palatino, cognomento Sinapes, pro nuptiarum corollis benedictione donatur. benedictionis minister officio depositus est. Zoe cum annum unum ac menses octo in imperio vixisset, fatis functa est. inventa urna in quam eius cadaver inferretur, in haec verba ac sententiam caelata, "filia Babylonis misera."

14. Διεβλήθησαν δὲ τῷ βασιλεῖ Μουσικὸς καὶ Σταυράκιος, ὡς παρὰ τῶν στρατηγῶν δῶρα λαμβάνοντες, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν ἀρχόντων, μεσιτεύουσι τούτοις τῷ βασιλεοπάτορι. καί ποτε τοῦ Σταυρακίου μετὰ γραμμάτων τινὸς τῶν στρατηγῶν εἰς τὸν βασιλεοπάτορα εἰσεληλυθότος, ὡς εἶδεν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ ἡλιακῷ ἑστηκώς, κατόπιν αὐτοῦ εἰσῆλθεν καὶ τοῦ τένοντος αὐτὸν λαβόμενος ἔξω ἐξήγαγεν ὡς δῆθεν περὶ τῶν στρατηγῶν ἐρωτήσων, B καὶ εἰς τὸ Μονόθυρον ἀγαγὼν καὶ τὰ γράμματα ἐξάρας ἀπεσφενδόνησε τοῦτον καὶ τοῖς προστυχοῦσιν ἔδωκεν τοῦ παλατίου ἐξαγαγεῖν καὶ μοναχὸν ἀποκεῖραι. μαθὼν δὲ τοῦτο ὁ Μουσικὸς ἐν ἀπογνώσει γέγονεν. εἰσελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἔνθα ὁ Μουσικὸς παρίστατο τῷ Ζαούτζᾳ, τοῦτον παρὰ τὸν τράχηλον ὠθήσας ἐξήγαγεν, διορισάμενος Χριστοφόρον κοιτωνίτην ἐν τοῖς Στουδίοις ἀποκεῖραι αὐτόν. μετ' ὀλίγον δὲ Ζαούτζας τελευτᾷ ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ διὰ τοῦ Βουκολέοντος κατενεγκόντες αὐτὸν ἐν τῇ μονῇ τοῦ Καυλέου κατέθαψαν.

C 15. Συμφιλιοῦται δὲ ὁ ἐπείκτης Βασίλειος τῷ κουβικουλαρίῳ Σαμωνᾷ τῷ ἐξ Ἀγαρηνῶν, τοῦ τῆς βασιλείας ὀρεγόμενος ἀξιώματος. ἐθάρρησεν δὲ τῷ Σαμωνᾷ ὅτι τῆς θείας ἡμῶν τελευτησάσης Ζωῆς ἑτέρᾳ γυναικὶ πάντως ὁ βασιλεὺς συζευχθήσεται, καὶ ἡμᾶς ἐκποδὼν καταστήσει. δὸς οὖν μοι λόγον ὡς φυλάξεις τὸ ἀπόρρητον, κἀγώ σοι πάντα θαρρήσω τὰ ὑφ' ἡμῶν βουλευόμενα. ὁ δὲ τοῦτο πεποιηκὼς πᾶσαν παρ' αὐτοῦ τὴν συσκευὴν

14. Porro delati sunt apud imperatorem Musicus et Stauracius, tanquam qui munera a ducibus ac magistratibus acciperent et apud imperatoris patrem per sordes intercederent. ac vero ingresso quandoque Stauracio ad imperatoris patrem cum ducum alicuius libello, ubi eum imperator in solari horologio stans aspexit, hominem pone secutus est cerviceque apprehensum foras eduxit, tanquam nimirum de ducibus quaestionem habiturus; trahensque ad Monothyrum, ablatisque tabulis, hominem excussit; ac iis qui forte aderant, palatio educendum atque in monachum detondendum, dedit. id vero ut cognovit Musicus, desperatione agi suisque rebus diffidere coepit. ingressus itaque imperator, ubi ille Zautzae adstabat, collo apprehensum trudens expulit, ac Christophoro cubiculario in Studianis detonderi praecepit. haud multo post Zautzas in palatio moritur, elatumque eius funus per Bucoleonem in Cauleae monasterio deponitur.

15. Basilius imperialis exactor seu compulsor amicitia iungitur Samonae cubiculario, Agarenorum prosapia sato, imperii scilicet cupidine incensus. concepta ergo fiducia mentem aperit, aitque "defuncta nunc Zoe, amita nostra, fiet prorsus ut imperator aliam uxorem ducat nosque omnes e medio tollat. verum mihi fidem obstringito, arcanum te servaturum; tum ego omne tibi nostrum consilium credam." quod cum ille

ἐδιδάσκετο. ὁ δὲ Σαμωνᾶς εἰς βασιλέα εἰσελθὼν ἔφη "θέλω σοί τι, δέσποτα, ἰδίᾳ εἰπεῖν, ὅπερ ἐμοὶ μὲν λεγόμενον θάνατον προξενεῖ, σοὶ δὲ σιωπώμενον." καὶ διεξῆλθε πρὸς τὸν βασιλέα πᾶσαν Βασιλείου ἐπιβουλήν. τοῦ δὲ βασιλέως τοῖς ῥηθεῖσι διαπιστήσαν- D
τος, καὶ εἰπόντος μήποτε ὡς ἐξ ὑποβολῆς τινὸς ταῦτα εἰρήκει, ὁ δὲ Σαμωνᾶς "εἰ βούλει πληροφορηθῆναι" φησιν, "οὓς βούλει εἰς τὸ ἐμὸν κελλίον ἀπόστειλον, καὶ ἀποκρύψω τούτους ἐν ἀποκρύφῳ, καὶ ὅσα παρὰ Βασιλείου καὶ παρ' ἐμοῦ λέγωνται, γράψωσι, καὶ τηνικαῦτα βεβαιωθήσῃ ὡς οὐδὲν ψεῦδός ἐστι τῶν παρ' ἐμοῦ σοι ῥηθέντων." ἀποστέλλει οὖν ὁ βασιλεὺς Χριστοφόρον πρωτοβεστιάριον ἅμα Καλοκῦρι κοιτωνίτῃ· οἳ ἐν τῷ τοῦ Σαμωνᾶ κελλίῳ ἀνελθόντες ἐκρύβησαν. ὁ δὲ Σαμωνᾶς τὸν Βασίλειον δελεάσας P 224
καὶ λόγον ἔνορκον δοὺς ἔπεισε πάλιν πᾶσαν αὐτῷ τὴν ἐπιβουλὴν φανερῶς ἐξειπεῖν καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ βουλευομένους· ἅπερ Καλοκῦρις καὶ Χριστοφόρος ἀκούοντες διὰ γραφῆς ἐσημήναντο. τούτων δὲ ἀριστευόντων οὗτοι κατελθόντες τὴν γραφὴν τῷ βασιλεῖ ὑπεσήμηναν καὶ ἀνέγνωσαν. καὶ παρευθὺ Βασίλειον μὲν προσκαλεσάμενος δέδωκε μιλιαρήσια χιλιάδας κδ' ὡς δῆθεν ψυχικὰ τῆς αὐτοῦ θείας Ζωῆς ὁρισθέντα, καὶ ἐν Μακεδονίᾳ ἀπέστειλεν· Πάρδον δὲ δρουγγάριον τῆς βίγλης αὐτῷ κεκοινωνηκότα πρὸς τὸν Στυπιώτην ἀποστέλλει τοῦ δῆθεν ἀγαγεῖν αὐτόν, ὃς προμηνυθεὶς B
διὰ βασιλικῆς γραφῆς τοῦτον ἐδέσμευσεν· Νικόλαον δὲ ἑταιρειάρχην τῆς πόλεως ἐξήγαγεν. ἀγαγὼν δὲ ἐκ Μακεδονίας Βασίλειον

fecisset, omnem ab eo discit conspirationem. Samonas vero ad imperatorem ingressus "est" inquit, "domine, quod tibi secreto loquar, res scilicet eiusmodi, quae si dicatur, mihi quidem interitum, sin taceatur, certum tibi exitium afferet," omnemque imperatori machinationem narravit. cumque imperator haud satis delationi fidem accommodaret, secumque ambigeret num forte cuiusdam suasu haec ille locutus esset? ait ad eum Samonas: "si rem plenius scire desideras, mitte domum quos libuerit, ut in cubiculi angulo latentes omnia conscribant, quae ambo pariter loquemur; inque eum modum nihil me falso locutum esse omnino intelliges." mittit itaque imperator Christophorum protovestiarium una cum Calocyri cubiculario; ingressique in Samonae cubiculo delitescunt. tum Samonas Basilio obblandiens, iurataque fide sibi eum obstringens, omnem rursus suadet machinationem clare detegere ac coniuratos referre. audita Calocyris et Christophorus scripto annotarunt; illisque prandentibus se cubiculo subducentes scripturam imperatori subscriptione sua munitam legerunt. Basilium confestim accersit imperator, datque vigintiquattuor milia nummorum miliarensium in amitae Zoes animae levamen legata, inque Macedoniam perferre iussit. Pardum excubiarum drungarium coniurationis socium, ad Stupiotem mittit, velut eum adducturum; quem ille imperatoris diplomate praemonitus in vincula compegit. Nicolaum hetaeriarcham solerter urbe eiecit. Basilium ex Macedonia revo-

καὶ ἀνακρίνας αὐτὸν καὶ τύψας σφοδρῶς καὶ τρίχας αὐτοῦ καταφλέξας καὶ ἐν μέσῃ θριαμβεύσας τῇ πόλει ἐν Ἀθήναις ἐξώρισεν. πάντας δὲ τοὺς μαγίστρους καὶ τοὺς ἐν τέλει ὁ βασιλεὺς προσκαλεσάμενος ἐνώπιον αὐτῶν τὰ ὑπὸ Σαμωνᾶ μηνυθέντα ἀνέγνω. οἱ δὲ τοῦτον ὑπερεπῄνεσαν ὡς τῆς τοῦ βασιλέως παραίτιον καταστάντα ζωῆς, καὶ ἄξιον μεγίστης εἶναι τιμῆς προσειρήκασιν. ὁ δὲ
C τοῦτον παρευθὺ τῇ τοῦ πρωτοσπαθαρίου τιμῇ ἠξίωσεν καὶ οἰκεῖον ἑαυτῷ κατεστήσατο.

16. Ἐτελεύτησεν δὲ ὁ πατριάρχης Στέφανος, καὶ ἀντ' αὐτοῦ πατριάρχης ὁ μυστικὸς ἐχειροτονήθη Νικόλαος, ὁ πολλὰ μὲν κατὰ τῆς σοφίας προτερήματα σὺν εὐσχήμονι καταστάσει. παρελήφθη δὲ ἡ πόλις Δημητριάς, ἡ ἐν τῷ θέματι Ἑλλάδος, ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν.

17. Λέων δὲ ὁ βασιλεὺς στέφει Ἄνναν θυγατέραν Ζωῆς τὴν ἀπὸ τοῦ Ζαούτζα, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ποιεῖν τὰ κατὰ τύπον κλητόρια, Αὐγούστας μὴ οὔσης. ἠγάγετο δὲ ὁ βασιλεὺς κόρην
D ἐκ τοῦ Ὀψικίου θέματος, ὡραίαν τε καὶ περικαλλῆ· ὄνομα δὲ αὐτῇ Εὐδοκία. ἔγημέν τε αὐτὴν καὶ ἔστεψεν· ἐξ ἧς παῖδα ἐποίησεν ἄρρενα, ἐφ' ᾧ καὶ αὐτὴ καὶ τὸ γεννηθὲν ἐτελεύτησεν.

18. Ἔκτισεν δὲ πλησίον τοῦ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ναοῦ ἐκκλησίαν ὁ βασιλεὺς ἐπ' ὀνόματι τῆς προτέρας αὐτοῦ γυναικὸς Θεοφανοῦς. ἔκτισεν δὲ καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Λαζάρου ἐκκλησίαν

9 Ἀντώνιος margo Combef. 10 ὁ πολὺς τὰ τῆς Combef. 15 τῆς τοῦ Ζ. Combef.

catum institutoque iudicio acerbis suppliciis subiicit, exustis capillis, pompaque traductum per mediam civitatem Athenas in exsilium misit. convocatis autem imperator cunctis magistris ac proceribus, quae a Samona indicata fuerant, sub omnium conspectum legit. hi summis laudibus hominem extulerunt, ut qui imperatoris vitae consuluisset, maximoque dignum honore proclamarunt. confestim itaque protospatharii dignitate auctum inter familiares eum Leo coaptavit.

16. Defuncto patriarcha Antonio, eius loco ordinatus est patriarcha Nicolaus mysticus, vir longe sapientia praestans, cum pari modestia morumque compositione. capta ab Agarenis urbs Demetrias, spectans ad Atticae thema.

17. Coronat Leo Annam Zoes filiam Zautzae neptem, quod constituta ex more convivia publica, deficiente Augusta, celebrare non posset. duxit vero imperator puellam ex Opsicii themate formosam longeque pulcherrimam, Eudociam nomine, celebratisque nuptiarum solenniis Augustali corona donavit; ex qua suscepta prole mascula, tum ipsa in partu interiit, tum quam prolem sustulerat.

18. Haud procul ab aede SS. apostolorum Leo templum ex nomine prioris uxoris suae Theophanonis exstruxit. sed et S. Lazari ecclesiam

τῶν λεγομένων Τόπων, καὶ μονὴν ἀνδρῶν εὐνούχων ἐν αὐτῇ κατεσκεύασεν· ἔνθα καὶ τὸ τοῦ ἁγίου Λαζάρου σῶμα καὶ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ Μαγδαληνῆς ἀνακομίσας ἀπέθετο. τοῦ δὲ στόλου ἐν τοῖς P 225 τῶν ἐκκλησιῶν τοιούτων ἔργοις ἀσχολουμένου, τὸ ἐν Σικελίᾳ Ταυρομένιον ὑπὸ τῶν Ἄφρων παρελήφθη καὶ πολὺς τῶν Ῥωμαίων φόνος ἐγένετο. κατεσχέθη δὲ καὶ Λῆμνος ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν, καὶ πλεῖστος ᾐχμαλωτίσθη λαός.

19. Προέλευσιν δὲ τοῦ βασιλέως πεποιηκότος τῇ ἡμέρᾳ τῆς Μεσοπεντηκοστῆς εἰς τὸν ἅγιον Μώκιον, ἐν τῷ εἰσοδεύειν καὶ πλησίον τῶν ἁγίων γενέσθαι θυρῶν ἐκπεπηδηκώς τις τοῦ ἄμβωνος ῥάβδῳ παχείᾳ καὶ ἰσχυρᾷ τούτου ἔπαισε κατὰ κεφαλῆς. καὶ δὴ ἂν ἐθανάτωσεν παρευθύ, εἰ μὴ προνοίᾳ τινὶ τὸ τῆς ῥάβδου ἄκρον τῷ πολυκανδήλῳ προσκεκρουκὼς τῆς βιαίας μικρὸν ἀνεσχέθη φο- B ρᾶς. τοῦ δὲ αἵματος σφοδρῶς ἐκ τῆς τοῦ βασιλέως καταρρέοντος κεφαλῆς ταραχή τε καὶ φυγὴ τῶν ἀρχόντων ἐγένετο. ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀλέξανδρος νόσον προφασισάμενος οὐ κατῆλθεν ἐν τῇ εἰσόδῳ, ὡς ἐκ τούτου ὑποπτευθῆναι αὐτὸν τὴν τοιαύτην ἐπιβουλὴν κατεργάσασθαι. ὁ δὲ τὸν βασιλέα πλήξας κατασχεθεὶς καὶ πολλὰς βασάνους ὑπομεμενηκώς, ἐπεὶ μηδένα συνειδέναι καθωμολόγει, τέλος χεῖρας καὶ πόδας ἐκκοπεὶς ἐν τῇ τοῦ ἱππικοῦ σφενδόνῃ ἐκάη. ἔκτοτε δὲ ἡ τοιαύτη ἐξεκόπη προέλευσις. μετὰ δέ τινα καιρὸν Μάρκος ὁ σοφώτατος μοναχός, οἰκονόμος ὢν τῆς C αὐτῆς ἐκκλησίας, ὃς καὶ ἐν μεγάλῳ σαββάτῳ τετρᾳδίον τοῦ μεγάλου Κοσμᾶ ἀνεπλήρωσεν, ἐν τῇ τραπέζῃ τῷ βασιλεῖ συνεστιώ-

ad Topos (quos vocant) aedificavit, inque illa virorum eunuchorum monasterium constituit; quo etiam S. Lazari corpus eiusque sororis Magdalenae corpus translatum deposuit. dum vero classiarii istiusmodi operibus tempus distrahunt, Tauromenium in Sicilia ab Afris capitur ingensque Romanorum clades agitur. Lemno quoque potiti Agareni magnam captivorum multitudinem abducunt.

19. Cum imperator die mediae pentecostes solenni pompa ad S. Mocium processisset, iamque introgressus ad sanctas prope ianuas ac sacrarium venisset, exsiliens quis ex ambone robustum crassumque fustem in eius caput impegit. ac sane mox sustulisset, nisi quadam dei providentia fustis summitas multifido pendenti candelabro illisa impetum tantisper remisisset. cruore ex imperatoris capite largiter defluente turbati proceres alii alio diffugere. Alexander eius frater aegrotationem causatus pompae non interfuit, ex quo eiuscemodi in fratrem insidiarum auctor prope inaudiit. apprehensus igitur percussor, multisque tormentis subactus, cum nullum coniurationis socium nosse se profiteretur, ad extremum manibus pedibusque praecisis ad Circi metam combustus est. post breve autem tempus Marcus sapientissimus monachus, eius ecclesiae oeconomus, qui magni Cosmae Tetraodium hymnum magni Sabbati absolvit, cum impe-

μενος ἐλιπάρει τούτῳ μὴ τὴν τοιαύτην ἐκκοπῆναι προέλευσιν. τοῦ δὲ βασιλέως ἀπαναινομένου ὁ Μάρκος ἔφη "μὴ ὀργίζου μηδὲ χαλέπαινε, ὦ βασιλεῦ, ἐπεὶ προγεγραμμένον ἦν παρὰ τοῦ προφήτου Δαβὶδ τοῦτό σε καθυποστῆναι· προείρηκε γὰρ τοῦτο, λέγων 'ὅσα ἐπονηρεύσατο ὁ ἐχθρὸς ἐν τῷ ἁγίῳ σου, καὶ ἐκαυχήσαντο οἱ μισοῦντές σε ἐν μέσῳ ἑορτῆς σου.' δεῖ οὖν σε, δέσποτα, ἀπὸ τοῦ νῦν ἔτη δέκα τὴν βασιλείαν κατασχεῖν." ὃ καὶ γέγονεν· μετὰ γὰρ
D τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν δέκα ἐνιαυτῶν, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ καὶ ἐπλήγη, τετελεύτηκεν.

20. Ἦν δὲ Ζωὴ ἡ τετάρτη γυνὴ τοῦ βασιλέως ἐν τῷ παλατίῳ μετὰ τοῦ βασιλέως ἀστεφής. τῶν δὲ Βουλγαρικῶν ἐφόδων Ῥωμαίους ἐπιτριβόντων, οἱ ἐξ Ἄγαρ μαθόντες τοῦτο στόλος ἐξῄεσαν ναύμαχος, ἐπιστήσαντες στρατηγὸν Τριπολίτην Λέοντα, Ἀττάλου μὲν ἐξωρμημένον τῆς πόλεως, τῆς δὲ Χριστιανῶν εὐσεβείας ἀποστήσαντα. καὶ Τρίπολις μὲν ὠνόμασται ἡ κατὰ Φοινίκην τρισὶ διαιρεθεῖσα ταῖς γενεαῖς ἐξ Ἀραδίων καὶ Τυρίων καὶ Σιδονίων ἀποίκων. τοῦ δὲ βασιλέως ἐξελθόντος ἐν τῷ τοῦ Βουτίου
P 226 ἐμπορίῳ πρὸς τὸ τὴν μονὴν ἐγκαινίσαι τοῦ πρωτοβεστιαρίου αὐτοῦ Χριστοφόρου, ἡ ἀγγελία αὕτη κατέλαβεν ὡς Τριπολίτης μετὰ στόλου τῶν Σαρακηνῶν κατὰ Κωνσταντινουπόλεως ἀνέρχεται. ἀποστέλλει οὖν ὁ βασιλεὺς τὸν Εὐστάθιον τὸν τηνικαῦτα δρουγγάριον μετὰ στόλου κατὰ τοῦ Τριπολίτου· ὃς μὴ δυνηθεὶς ἀντιτάξα-

15 ἀποστάντα? an ἀποστατήσαντα? 16 ἐκ Σαραδίων P, ἐξ Ἀραδίων margo.

ratore mensae assidens rogabat ne eiusmodi processus ac pompa ab eo abrogaretur. quo abnuente, ait Marcus "ne irascaris aut iniquius feras, imperator. etenim id olim tibi eventurum vaticinatus erat David propheta. praedixit enim ille (Psalm. 73 3), quanta malignatus est inimicus in sancto meo! et gloriati sunt qui oderunt te in medio solennitatis tuae. itaque oportet te alios exinde annos decem imperare." quod et contigit. post decem enim annos, ipsa die qua vulnus acceperat, vivis exemptus est.

20. Porro Zoe quarta Leonis uxor in palatio cum eo versabatur, hauddum nuptialibus corollis donata. cum vero Bulgari incursionibus rem Romanam attererent, Agareni occasionem nacti classem navalesque copias miserunt, Leone Tripolita classiario duce, Attalea urbe oriundo, sed qui Christianam eiuraverat pietatem. appellata autem est Phoeniciae Tripolis, quod tribus nationibus, Sardiis scilicet Tyriis ac Sidoniis colonis, divisa sit. egresso itaque imperatore ad Butii emporium encaeniorum causa monasterii a Christophoro protovestiario exstructi, nuntius venit Tripolitam cum hostili Saracenorum classe Cpolim petere. mittit ergo imperator Eustathium rei tunc navalis drungarium cum classe adversus Tripolitam, qui pugnae cum illo impar vacuus rediit. eum inse-

σθαι τούτῳ ἀντεστράφη κενός. κατόπιν δὲ αὐτοῦ ὁ Τριπολίτης ἐλθὼν ἐντὸς Ἀβύδου εἰσελήλυθεν καὶ μέχρι Παρείου κατέλαβεν. τοῦτο τῷ βασιλεῖ ἀγγελθὲν εἰς μεγάλην αὐτὸν ἀθυμίαν καὶ ἀμηχανίαν περιέστησεν. Ἡμερίῳ οὖν πρωτασηκρῆτις τὴν ναυτικὴν B δύναμιν ἐγχειρίσας κατὰ τοῦ Τριπολίτου ἀπέστειλεν· ὃς Ἄβυδον διελθὼν τὴν καθ' Ἑλλήσποντον, ἣν Μιλησίων κατῴκισαν ἄποικες, Ἑλλήσποντον τὸν ἀπὸ Ἕλλης τῆς Φρίξου ἀδελφῆς τῷ ἐκεῖσε πελάγει ῥιφείσης οὕτως ἀγορευόμενον, καὶ Αἰγαῖον πέλαγος, ὃ τὴν κλῆσιν ἀπείληφεν ἀπὸ τῆς τῶν ὑδάτων φορᾶς ἀϊσσούσης κατὰ τρόπον αἰγός, ἑξῆς δὲ προσωρμικὼς Στροβήλῳ τῇ κατὰ Κιβύρραν (καὶ Στρόβηλος μὲν ἀπὸ τῆς τοπικῆς θέσεως, Κιβύρρα δὲ ἀπὸ Κιβύρρου ἀδελφοῦ Μαρσοῦ τε καὶ Κιδράμου) καὶ Λαμψάκῳ, ἀπὸ φωτὸς λάμψεως ὠνομασμένῃ, ὅπερ νυκτὶ Φωκαέων θεμελιούντων ταύτην εὐξαμένων θεόθεν ἐπέλαμψεν, καὶ ἡ τῶν θεμε- C λίων βάσις καλῶς κεκραταίωτο, μετὰ ταῦτα τῇ Ἴμβρῳ διεληλυθώς, ἥτις ἀπὸ Ἴμβρου κέκληται υἱοῦ Ἄνθου, οὗ γενέτης Στάφυλος Διονύσου φίλτατος ἔγγονος, Σαμοθρᾴκην δὲ διαβὰς καὶ τῇ Θάσῳ προσπελάσας, ἣν Χρυσῆν οἱ πρὶν διεφημίζοντο, Σαμοθρᾴκην δὲ ἐν Θρᾴκῃ χερόνησον τὴν πρότερον Θηριοῦσαν διὰ τὸ θηρίων πεπληρῶσθαι, ἱερὰν Νυμφῶν οὖσαν, μετέπειτα τοῦ ῥοῦ συρραγέντος εἰς νῆσον συστῆναι καὶ ὑπὸ Σαμίων μετοίκων ἐν κατασχέσει γενέσθαι καὶ Σαμοθρᾴκην κληθῆναι, τοὺς πολεμίους κατέλαβεν. πλὴν οὐδὲ D

13 Φωκέων P

cutus Tripolita intra Abydum penetravit ac usque Parium venit. huius rei nuntius gravem imperatori maerorem ac consilii inopiam attulit. itaque Hemerio a secretis primario classem adversus Tripolitam ducendam committit. is Abydum praetervectus (quae est in Hellesponto, quam Milesii coloni civitatem condiderunt. Hellespontus ab Hella Phrixi sorore illic pelago mersa sic appellatus) Aegaeoque mari emenso (dictum hoc ab aquarum quasi caprarum more salientium inaequalitate), ac cum iam ad Strobelum appulisset, quae est ad Cibyrrham (ac Strobelus quidem sic dicta a loci situ, Cibyrrha vero a Cibyrrho fratre Marsi et Cidrami), atque Lampsacum transisset (sic illa appellata a luce, quae noctu Phocensibus fundamenta iacientibus votaque concipientibus caelitus affulsit; quo auspicio iacta civitatis fundamenta firma steterunt). postea Imbro superata (sic illa appellata est ab Imbro Anthi filio, cuius pater Staphylus Dionysii nepos carissimus) itemque Samothrace, ac cum Thaso iam immineret (quam antiqui Aureae titulo atque nomine insigniebant. Samothracem vero in Thracia olim θηριοῦσαν, quasi bestiis abundantem iisque plenam, Nymphis sacram, peninsula cum esset, fluxus postea allisione in insulam coaluisse dixerunt, ac Samiorum colonorum iuris factam Samothraciam nuncupatam esse) hostes assequitur. at neque

πλησιάσαι τούτων τῷ στόλῳ τετόλμηκεν. ἀφθόρμητος δὲ ὁ πολίτης θεοῦ τοῦτον ἀπελαύνοντος ἀντεστράφη, καὶ ἐν Θεσσ νίκῃ, καταλαβὼν ταύτην, καὶ Λέοντα τὸν ταύτης στρατηγ ἦν ἐπώνυμον Κατζιλάκιος, κατασχών, σφαγὴν πολλὴν καὶ αἱμάτων εἰργάσατο.

21. Ῥοδοφύλης δέ τις κουβικουλάριος ἔτυχεν ἐν Σι διά τινα χρείαν ἀποσταλείς, χρυσίου-λίτρας ἐπιφερόμενος τόν· νόσῳ δὲ περιπεσὼν ἐν Θεσσαλονίκῃ εἰσῆλθεν ὥστε λοῦσα
P 227 καὶ ἀπολαῦσαι ἀνέσεως. τοῦτον ὁ Τριπολίτης κατασχὼν μαθὼν ὡς χρυσίον ἐπιφέρεται, πολλὰ βασανίσας ἀπέκτεινεν ἔχειν διατεινόμενον· ἔτυχεν γὰρ τοῦτο ἐν τῇ ὁδῷ ἀπολιπών, Συμεὼν ἀσηκρῆτις διερχόμενος ἀνείλετο, ὃς μετὰ ταῦτα πατ καὶ πρωτασηκρῆτις ἐγένετο. τοῦ δὲ Τριπολίτου καταστρέψα πόλιν βουληθέντος, δηλοῖ αὐτῷ Συμεὼν χρυσίον λαβεῖν κα καταστροφῆς ἀποσχέσθαι· ὃ καὶ γέγονεν. ὀπισθόρμητος ὁ τῶν Σαρακηνῶν στόλος ἀπῄει. ὁ δὲ Ἡμέριος ταῦτα διεγν πρὸς τὴν κατ' αὐτῶν διανίσταται δίωξιν. οἱ δὲ τῇ Κρήτῃ βάλλουσι, καὶ τοῖς ἐν αὐτῇ ἀπόμοιραν τῆς λείας ἀπένειμαν, κ
B θεν τῇ πατρίδι παλινοστήσαντες ἀπρακτεῖν κατὰ Λῆμνον τὸν Ἡμέριον.

22. Ὁ δὲ βασιλεὺς εἶχε τῶν Ἀνατολικῶν ὑποστρά Εὐστάθιον πατρίκιον, ὃς ἐκ τῆς καλλίστης καὶ ἀγαθῆς γενεᾶ Ἀργυρῶν ἐκπεφώνηται· ὃς τοῖς Ἰσμαηλίταις κατεστράτει καὶ

classem propius adire ausus est. Tripolita vero ipse a se, dei in ac nutu, reflectit iter; veniensque Thessalonicam, et comprehen illi praetoris iure praeerat, Leone cognomento Cataziliaco, ing stragem ac neces plurimas egit.

triarcha, tum Michael patricius cognomento Stypietes et Ioannes mysticus, administrandarumque rerum imperatori adiutor ac minister intimus. iam enim Ioannes rector criminis apud imperatorem delatus, ipse a se aegritudinem praetexens aula discesserat inque suo monasterio haud procul a Galacrenis in monachum tonsus fuerat. legati igitur cum Symeone de pace colloquebantur. verum Symeon illis repudiatis, ipsum imperatorem videre eiusque congressum expetebat: certo enim relatu de eius prudentia et fortitudine sapientiaque acceperat. pergrata ea res fuit Romano, quippe qui pacis desiderio tenebatur, ac quotidianis utrinque caedibus finem imponere studebat. mittit itaque qui ad mare in Cosmidii littore tutissimam exscensionem struerent, quo loco eius praetoria navis appellenda esset. loco itaque undique communito, in medio iussit septum fieri, ubi erant collocuturi. interim Symeon, suorum misso manipulo, sanctae dei genitricis templum in Pega, a Iustiniano conditum, incendit, ac circum vicina omnia igni ferroque vastavit. his igitur alienum a pace palam prodebat animum, vanaque spe imperatorem deludere haud obscurum erat. veniens autem imperator cum Nicolao patriarcha in sacrum ingressus est loculum, manusque in preces extendit. tum pronus in terram procidens sacrum ubertim solum lacrimis rigabat, omni celebrandam laude omnique labis puram sanctam dei genitricem

ὑπερηφάνου Συμεὼν καρδίαν μαλάξαι καὶ πεῖσαι τὰ πρὸς εἰρήνην συνθέσθαι. τὸ ἅγιον οὖν κιβώτιον διανοίξαντες ἐν ᾧ τὸ σεπτὸν τῆς ἁγίας θεοτόκου τεθησαύριστο ὠμοφόριον, καὶ τοῦτο ὁ βασιλεὺς ἀνελόμενος καὶ ὥσπερ τινὰ θώρακα ἀδιάρρηκτον περιβαλό- B μενος, καὶ τὴν πίστιν τὴν εἰς τὴν ὑπεράμωμον θεοτόκον οἷα περικεφαλαίαν τινὰ περιθέμενος, ἐξῄει τοῦ ναοῦ ὅπλοις ἀσφαλέσι φραξάμενος. τὸν σὺν αὐτῷ οὖν στόλον ἀσπίσι τε καὶ ὅπλοις κατακοσμήσας τὸν ὡρισμένον τόπον κατέλαβεν συνομιλῆσαι τῷ Συμεών. πέμπτη δὲ ἦν ἡμέρα ὅτε ταῦτα ἐγένετο, ἐννάτη τοῦ Νοεμβρίου μηνός, τετάρτη δὲ τῆς ἡμέρας ὥρα. παρεγένετο δὲ καὶ ὁ Συμεών, πλῆθος ἐπαγόμενος εἰς πολλὰς διῃρημένον τὰς παρατάξεις, τῶν μὲν χρυσασπίδων καὶ χρυσοδοράτων, τῶν δὲ ἀργυρασπίδων καὶ ἀργυροδοράτων, τῶν δὲ πάσῃ ὅπλων χροιᾷ C κεκοσμημένων, πάντων καὶ κατακεκοσμημένων σιδήρῳ· οἱ μέσον αὐτῶν εἰληφότες Συμεὼν ὡς βασιλέα εὐφήμουν τῇ τῶν Ῥωμαίων φωνῇ. πάντες δὲ τῆς συγκλήτου βουλῆς τοῖς τείχεσιν ἐφεστῶτες κατεθεῶντο τὰ δρώμενα. ἦν οὖν ἰδεῖν τότε ψυχὴν βασιλικὴν τῷ ὄντι καὶ μεγαλόφρονα, καὶ θαυμάσαι τὸ τοῦ φρονήματος ἀκατάπληκτον καὶ τὸ τῆς ἀνδρείας παράστημα, ὅπως τοσαύτην πολεμίων βλέπων ἐπιφορὰν οὐ κατεπλάγη καὶ συνεστάλη καὶ ὑπεχώρησεν, ἀλλ' ὥσπερ εἰς φίλων πλῆθος χωρῶν, οὕτως ἀτρέμας ἀπῄει, D μόνον οὐχὶ τὴν ψυχὴν τοῖς πολεμίοις τῶν ὑπηκόων διδοὺς ἀντίλυ-

14 καὶ] δὲ?

obsecrans, ut inflexum durumque Symeonis pectus emolliret et ad pacis concordiam ineundam induceret. sacra igitur reserata arcula, in qua venerandum sanctae dei genitricis palliolum repositum erat, eoque imperator sublato, velutque thorace quodam nullis telis pervio assumpto, ac quam in intemeratissima dei genitrice collocaverat, galeae instar, fide sibi adhibita, tutis scilicet munitus armis templo egreditur. suis itaque classiariis ac comitatu clypeis armisque aliis probe instructis in locum constitutum cum Symeone tractaturus venit. feria quinta erat, cum haec gesta sunt, mensis Novembris die nona, hora diei quarta. venit et Symeon cum exercitu in multas distributo turmas atque acies. militum alii clypeis hastisque auratis, alii argento splendidis, omnis alii coloris armis instructi atque ornati, cuncti ferro circumcincti erant. hi medium assumptum Symeonem ut imperatorem ac regem Romana lingua faustis vocibus prosequebantur. senatus omnis muris insidentes, quicquid huius fabulae erat, spectabant. res vero spectatu dignissima regius vere atque excelsus imperatoris animus fuit, mira res interritae illa mentis constantia et praesentia ac fortitudo; quomodo tantam hostium confluentem multitudinem videns sic placide processit, tantum non animam pretium redemptionis hostibus pro subditis tradens. primus ita-

τρον. πρῶτος οὖν ἐν τῇ ἀποβάθρᾳ τῇ ῥηθείσῃ καταλαβὼν τὸν
Συμεὼν ἐξεδέχετο. ἐπεὶ δὲ ὅμηροι ἐξ ἀμφοτέρων ἐλήφθησαν τῶν
μερῶν, καὶ τὴν ἀποβάθραν οἱ Βούλγαροι διηρευνήσαντο ἀκριβῶς,
μή πού τις δόλος ἢ ἐνέδρα τυγχάνει, κατῆλθε Συμεὼν τοῦ ἵππου
καὶ πρὸς τὸν βασιλέα εἰσῆλθεν. ἀσπασάμενοι οὖν ἀλλήλους εἰ-
ρήνης λόγους ἐκίνησαν. εἰπεῖν δὲ λέγεται τὸν βασιλέα πρὸς Συ-
μεὼν "ἀκήκοά σε θεοσεβῆ ἄνθρωπον καὶ Χριστιανὸν ὑπάρχοντα
P 253 ἀληθινόν, βλέπω δὲ τὰ ἔργα τοῖς λόγοις μὴ συμβαίνοντα. ἴδιον
μὲν γὰρ ἀνθρώπου θεοσεβοῦς καὶ Χριστιανοῦ τὸ τὴν εἰρήνην καὶ
τὴν ἀγάπην ἀσπάζεσθαι, εἴπερ ὁ θεὸς ἀγάπη ἔστι τε καὶ λέγεται·
ἀσεβοῦς δὲ καὶ ἀπίστου τὸ χαίρειν σφαγαῖς καὶ αἵμασιν ἀδίκως
ἐκχεομένων. εἰ μὲν οὖν ἀληθὴς Χριστιανὸς ὑπάρχεις, καθὼς
πεπληροφορήμεθα, στῆσόν ποτε τὰς ἀδίκους σφαγὰς καὶ τὰς τῶν
ἀνοσίων αἱμάτων ἐκχύσεις, καὶ σπεῖσαι μεθ' ἡμῶν τῶν Χριστια-
νῶν εἰρήνην Χριστιανὸς καὶ αὐτὸς ὢν καὶ ὀνομαζόμενος, καὶ μὴ
θέλε μολύνεσθαι Χριστιανῶν δεξιὰς αἵμασιν ὁμοπίστων Χριστια-
νῶν. ἄνθρωπος εἶ καὶ αὐτός, θάνατον προσδοκῶν καὶ ἀνάστα-
B σιν καὶ κρίσιν καὶ ἀνταπόδοσιν· καὶ σήμερον ὑπάρχεις, καὶ αὔ-
ριον εἰς κόνιν διαλυθήσῃ. εἷς πυρετὸς κατασβέσει τὸ φρύαγμα.
τίνα οὖν λόγον δώσεις τῷ θεῷ ἐκεῖ ἀπελθὼν ὑπὲρ τῶν ἀδίκων
σφαγῶν; ποίῳ προσώπῳ τῷ φοβερῷ καὶ δικαίῳ ἐνατενίσεις κριτῇ;
εἰ πλούτου ἐρῶν ταῦτα ποιεῖς, ἐγώ σε κατακόρως τοῦ ἐπιθυμου-

que ad eam, quam diximus, exscensionem veniens Symeonem praestolabatur. datis porro ultro citroque obsidibus, ac cum Bulgari exscensionem diligenter lustrassent, ne quis dolus subesset aut insidiae laterent, Symeon equo desiliens ad imperatorem intravit. ibi cum se mutuo consalutassent, de pace colloqui coeperunt. ferunt autem Romanum in haec verba Symeonem esse allocutum. "audivi te hominem religiosum esse deique cultorem ac verum Christianum: video autem opera non satis verbis consentanea esse. proprium enim est hominis religiosi deique cultoris ac Christiani, ut pacem et caritatem colat, quandoquidem deus caritas est ac nuncupatur: impii autem et irreligiosi et infidelis, ut caedibus iniusteque fusis cruoribus gaudeat. si quidem ergo verus Christianus existis, qualem te certo existimamus, tandem aliquando siste iniustas caedes, finemque facito fundendi innoxii sanguinis, ac pacem nobiscum Christianis compone, qui ipse Christianus sis et dicaris, nec Christianorum dexteras Christianorum itidem ac eandem colentium fidem cruoribus pollui sinas. ipse tu quoque homo es, qui mortem et resurrectionem et iudicium et retributionem exspectes. hodie in vivis es, et cras in pulverem dissolveris. febris una superbiam omnem exstinguet. quam ergo rationem, ante tribunal dei constitutus, pro iniustis caedibus deo redditurus es? quo vultu in tremendum iustumque iudicem oculos intendes? si te divitiarum cupido ad eiusmodi facinora impellit, ego te

μένου ἐμπλήσω· μόνον ἐπίσχες τὴν δεξιάν. ἄσπασαι τὴν εἰρήνην, ἀγάπησον τὴν ὁμόνοιαν, ἵνα καὶ αὐτὸς βίον ζήσῃς εἰρηνικὸν καὶ ἀναίμακτον καὶ ἀπράγμονα, καὶ οἱ Χριστιανοὶ παύσωνταί ποτε τῶν συμφορῶν καὶ στήσωνται τοῦ Χριστιανοὺς ἀναιρεῖν· οὐ θέμις γὰρ αὐτοὺς αἴρειν ὅπλα καθ' ὁμοπίστων." τοσαῦτα οὖν C εἰπὼν ὁ βασιλεὺς ἐσίγησεν. αἰδεσθεὶς οὖν Συμεὼν τὴν τούτου ταπείνωσιν καὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ κατένευσεν τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι. ἀσπασάμενοι οὖν ἀλλήλους διεχωρίσθησαν, δώροις μεγαλοπρεπέσι τοῦ βασιλέως δεξιωσαμένου τὸν Συμεών.

16. Ὁ δὲ τότε συμβέβηκεν διηγήσομαι τεράστιόν τι καὶ τοῖς ταῦτα εἰδόσι συγκρίνειν παράδοξον. δύο φασὶν ἀετοὺς τῶν βασιλέων ὁμιλούντων ἄνωθεν αὐτῶν ὑπερπτῆναι, κλάγξαι τε καὶ πρὸς ἀλλήλους συμμῖξαι καὶ παραυτίκα διαζευχθῆναι ἀλλήλοις, καὶ τὸν μὲν ἐπὶ τὴν πόλιν ἐλθεῖν, τὸν δὲ πρὸς Θράκην διαπτῆναι. D τοῦτο οἱ ἀκριβῶς τοιαῦτα σκοποῦντες οὐ καλὸν ἔκριναν οἰωνόν· ἀσυμβάτους γὰρ ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ ἀμφοτέρους διαλυθήσεσθαι ἔφησαν. Συμεὼν δὲ τὸ ἑαυτοῦ στρατόπεδον καταλαβὼν τοῖς ἑαυτοῦ μεγιστᾶσι τὴν τοῦ βασιλέως ἀπήγγειλε σύνεσιν καὶ ταπείνωσιν, ἐξεθείαζεν δὲ αὐτοῦ τό τε εἶδος τήν τε ῥώμην καὶ τὸ ἀκατάπληκτον τοῦ φρονήματος.

17. Δεκεμβρίῳ δὲ μηνὶ κε' ἔστεψε Ῥωμανὸς τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, Στέφανόν τε καὶ Κωνσταντῖνον· ἀλλὰ καὶ Θεοφύλακτον υἱὸν αὐτοῦ ὁ πατριάρχης Νικόλαος ἀπέκει- P 254

illis ad satietatem explebo; modo contine dexteram, pacem amplectere, dilige concordiam, ut et ipse vitam tranquillam agas ac incruentam nihilque solicitam, ac tandem Christianorum mala finem accipiant, atque alii alios Christianos necare desinant. nefas enim fideles in se mutuo arma sumere." haec itaque locutus imperator conticuit. Bulgarus igitur illius humilitatem ac sermones cum veneratione miratus, pacem fieri annuit. cum se itaque invicem osculati essent, discesserunt, imperatore magnificis donis Symeonem prosecuto.

16. Quod vero tunc accidit, referam, rem sane portentosam atque illis qui horum noverunt indicia novam et insolitam. aiunt enim colloquentibus ambobus regibus duas aquilas super eos volitasse et cum clangore coivisse, moxque divulsas alteram ad urbem alteram in Thraciam avolasse. rerum eiusmodi curiosi indagatores inauspicatum omen arbitrati sunt, fore nimirum ut infecta pace illi disiungerentur. Symeon ad suos reversus imperatoris solertiam modestiamque suis proceribus narrat, virique speciem et robur infractumque animum immensis laudibus celebrat.

17. Mensis Decembris die vigesima quinta Romanus filios suos Stephanum et Constantinum coronat in magna ecclesia: sed et Theophylactum eius filium Nicolaus patriarcha detondet clericum et subdia-

ρεν κληρικόν, χειροτονήσας ὑποδιάκονον σύγκελλόν τε προχειρισάμενος, διελθόντα πρότερον ἐν τῷ τῶν ὑποδιακόνων τάγματι εἰς τὰ ἅγια.

18. Ἀπριλλίῳ δὲ μηνί, ιθ' τοῦ μηνός, ἐτίμησεν Ῥωμανὸς Ἰωάννην μυστικὸν καὶ παραδυναστεύοντα πατρίκιον καὶ ἀνθύπατον, ὥστε καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο φθόνον κινηθῆναι αὐτῷ καὶ κατηγορηθῆναι ἀπό τινων.

19. Μαΐῳ δὲ μηνὶ ιε', ἰνδικτιῶνος ιγ', τελευτᾷ ὁ πατριάρχης Νικόλαος, κρατήσας ἐν τῇ δευτέρᾳ ἀναβάσει τοῦ πα-
B τριαρχείου ἔτη τρισκαίδεκα· καὶ ἀπετέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῇ ὑπ' αὐτοῦ κτισθείσῃ μονῇ τῶν Γαλακρηνῶν. Αὐγούστῳ δὲ μηνὶ πατριάρχης καθίσταται Στέφανος ὁ Ἀμασείας μητροπολίτης, εὐνοῦχος ὑπάρχων. Ὀκτωβρίῳ μηνὶ κατηγορήθη ὁ μυστικὸς Ἰωάννης καὶ παραδυναστεύων ὡς τῆς βασιλείας ἐφιέμενος ὑποθήκῃ τοῦ πατρικίου Κοσμᾶ καὶ λογοθέτου, διδόντος εἰς γυναῖκα τὴν θυγατέρα αὐτῷ. τούτου ἕνεκεν καταβιβάζεται μὲν τοῦ παλατίου, συγχωρεῖται δὲ τὸ προσέρχεσθαι καὶ τῷ βασιλεῖ ὑπηρετεῖν καὶ σὺν
C αὐτῷ τὰ ἀνήκοντα διοικεῖν· στοργὴν γὰρ ὅτι πλείστην ἐκέκτητο πρὸς αὐτὸν ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ὡς ἐν πᾶσιν αὐτὸν θεραπεύειν δυνάμενον, καὶ τελέως τοῦτον ἀπώσασθαι οὐκ ἠβούλετο. τῶν κατηγόρων οὖν κατεπειγόντων τὸν βασιλέα καὶ σαφῆ ἀποδεικνύντων τὰ κατηγορούμενα, ἐρευνήσας ὁ βασιλεὺς καὶ ἀληθῆ ταῦτα

17 Scylitzes et Cedrenus προσκυνεῖν. Combef.

conum ordinat, ac tandem promovet syncellum, cum is prius in subdiaconorum gradu in sancta processisset.

18. Mensis Aprilis die decima nona Romanus Ioannem mysticum rerumque gerendarum administrum ac subadiuvam patricia ac proconsulari dignitate ornavit, ita sane ut hinc illi conflata invidia et illatum a quibusdam crimen sit.

19. Maii mensis die quinta decima, indictione tertia decima, moritur Nicolaus patriarcha, cum a secunda provectione annos tredecim throno potitus esset. eius corpus in monasterio, quod ille condiderat ac Galacrenas vocant, conditum est. mense Augusto patriarcha sufficitur Stephanus Amaseae metropolita, eunuchus. mense Octobri Ioannes mysticus ac imperatori rerum gerendarum adiutor affectati imperii defertur, in rem inducente Cosma patricio ac cursus publici logotheta, qui filiam ei uxorem locaverat. eam ob rem eiectus ille quidem aula est: permissum tamen imperatorem adire eique ministrare, ac cum eo communicatis consiliis, quod operae pretium videretur, tractare. ingens quippe in eum imperatoris vis amoris erat, quod mysticus in omnibus ei blande assentaretur, nec ut a se penitus ablegaret in animum inducere poterat. accusatoribus tamen imperatorem urgentibus, veraque esse crimina obiecta ostendentibus, ille rem perscrutatus, cum non aliter se habere deprehendisset quam illi rettulerant, capiendum mysticum statuit

εἶναι ἀναμαθὼν ἔμελλεν τοῦτον κατασχὼν ἐξετάζειν. ὁ δὲ τοῦτο προγνοὺς χρῆται φυγῇ, καὶ τὴν Μονοκάστανον καταλαβὼν ἀποκείρεται μοναχός. πέφευγε δὲ καὶ Κωνσταντῖνος τοῦ Βοΐλα ὁ τῆς τραπέζης, οἰκεῖος καὶ φίλος ὢν αὐτῷ, καὶ τὸν Ὄλυμπον κα- D ταλαβὼν τὸ μοναχικὸν σχῆμα ἐνδύεται· ἐδεδοίκει γὰρ καὶ αὐτὸς ἅτε συμμύστης ὑπάρχων τοῦ μυστικοῦ καὶ τῶν ἀπορρητοτέρων αὐτοῦ κοινωνός. τὸν δὲ πατρίκιον Κοσμᾶν ἐν τῷ ὡρολογίῳ τοῦ παλατίου τύψας ὁ βασιλεὺς διεδέξατο. προβάλλεται δὲ ἀντὶ τοῦ μυστικοῦ Ἰωάννου Θεοφάνην πρωτοβεστιάριον παραδυναστεύοντα. ἐγένετο δὲ καὶ τηνικαῦτα σεισμὸς φοβερὸς ἐν τῷ θέματι τῶν Θρακησίων, καὶ χάσμα γῆς μέγα καὶ καταπληκτικόν, ὥστε πολλὰ χωρία καὶ ἐκκλησίας αὐτάνδρους καταποθῆναι.

20. Μαΐῳ δὲ μηνί, εἰκάδι ἑβδόμῃ, ἰνδικτιῶνος ιε', Συ- P 255 μεὼν ἄρχων Βουλγαρίας κατὰ Χρωβάτων ἐκίνησε στράτευμα, καὶ συμβαλὼν μετ' αὐτῶν πόλεμον, ἡττηθεὶς τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἅπαντας ἄρδην ἀπώλεσεν.

21. Τὸν δὲ βασιλέα Ῥωμανὸν Ἰωάννης ἀστρονόμος θεασάμενος οὕτως λελάληκεν. "δέσποτα, ἡ στήλη ἡ ἱσταμένη εἰς τὴν καμάραν ἐπάνω τοῦ Ξηρολόφου, ἐπὶ δυσμὰς βλέπουσα, τοῦ Συμεών ἐστι· καὶ εἰ ταύτης τὴν κεφαλὴν ἐκκόψῃς, τῇ αὐτῇ ὥρᾳ ὁ Συμεὼν τελευτᾷ." ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ἀποστείλας τῇ νυκτὶ τὴν κεφαλὴν τῆς στήλης ἐξέκοψεν· καὶ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ὁ Συ- B

17 deest ἀλόντα, ut infra, vel quid simile. Combef.

ac quaestionibus subiiciendum. hoc ille ubi praesensit, fuga se ad Monocastanorum monasterium recipiens ibi monachi ritu comam posuit. fugit vero et Constantinus Boilae filius, mensae praefectus, timens scilicet, ut qui et ipse mystici symmysta esset eiusque secretorum conscius; inque Olympum discedens monachum induit. patricium Cosmam ad palatii horologium verberibus subactum imperator officio movit. Ioannis mystici loco Theophanes protovestiarius subadiuva rerumque gerendarum imperatori adiutor promovetur. sub idem tempus horrendus in Thracensium themate exstitit terrae motus ingensque ac stupendus hiatus, ita ut plura praedia et ecclesiae cum hominibus voragine absorpta sint.

20. Maii mensis vigesima septima, indictione quinta decima, Symeon Bulgarorum princeps adversus Chrobatos expeditione suscepta, consertaque cum illis pugna, victus ipse suas omnes penitus copias amisit.

21. Ioannes porro astronomus Romanum imperatorem cernens sic eum affatus est. "quae in fornice supra Xerolophum, domine, statua constituta est, spectans ad occidentem, signum Symeonis est. huius caput si abstuleris, ipsa hora Symeon morietur." misit itaque imperator, ac statuae caput noctu abstulit; eademque hora Symeon in Bulgaria

μεὼν εἰς Βουλγαρίαν ἐτελεύτησεν, ἀνοίᾳ συσχεθεὶς καὶ νόσῳ καταχαρδίᾳ ἁλούς, διέφθαρτο, ἀνομήσας διὰ κενῆς, Πέτρον υἱὸν αὐτοῦ προβαλόμενος ἄρχοντα, ὃν ἐκ τῆς δευτέρας αὐτοῦ γυναικὸς ἔσχεν, τῆς ἀδελφῆς Γεωργίου Σουρσουβούλη, ὃν καὶ ἐπίτροπον τοῖς ἑαυτοῦ παισὶν ὁ Συμεὼν καταλέλοιπεν. Μιχαὴλ δὲ τὸν ἐκ τῆς προτέρας αὐτοῦ γυναικὸς γενόμενον ἀπέκειρεν μοναχόν· Ἰωάννης δὲ καὶ Βενιαμὶν οἱ τοῦ Πέτρου ἀδελφοὶ ἔτι στολῇ ἐκοσμοῦντο Βουλγαρικῇ.

22. Τὰ κύκλῳ οὖν ἔθνη τοῦ Συμεὼν μαθόντα τελευτήν,
C οἵ τε Χρωβάτοι οἱ Τοῦρκοι καὶ οἱ λοιποί, ἐκστρατεύειν κατὰ Βουλγάρων ἐβουλεύοντο. λιμοῦ δὲ μεγίστου σὺν ἀκρίδι τὸ Βουλγαρικὸν ἔθνος ἰσχυρῶς ἐκπιέζοντος, ἐδεδίεσαν μὲν καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ἔφοδον, ἐδεδίεσαν δὲ πλέον καὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐπέλευσιν. βουλὴν οὖν ποιησάμενοι κατὰ Ῥωμαίων ἐκστρατεύουσιν καὶ ἐν Μακεδονίᾳ καταλαμβάνουσιν, φόβον, ὡς εἰκός, τοῖς Ῥωμαίοις ἐμποιήσοντες. ἔπειτα μαθόντες ὅτι μέλλει κατ' αὐτῶν ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ἐκστρατεύειν, ἀποστέλλουσι Πέτρος τε καὶ Γεώργιος κρυφίως τινὰ μοναχὸν Καλοκύριν ὀνομαζόμενον, τῷ γένει Ἀρμενιακόν, χρυσοβούλλιον ἐπιφερόμενον. διηγόρευε δὲ τὰ
D ἐν αὐτῷ ὡς τὴν μετὰ Ῥωμαίων εἰρήνην ἀσπάζονται καὶ πρόθυμοι ταύτην συνθέσθαι εἰσίν, οὐ μόνον δέ, ἀλλ' εἴγε βούλωνται, καὶ γαμικὸν ποιῆσαι συνάλλαγμα. τὸν τοιοῦτον οὖν μοναχὸν ὁ βασιλεὺς ἀσμενέστατα ἀποδεξάμενος, παρευθὺ ἀπέστειλεν μετὰ δρό-

1 ἀνίᾳ τε margo Combef.

fatis concedit, ingentique captus angore ac cordis morbo elanguens perculsusque interiit, frustra leges iuraque transgressus, relicto ex testamenti tabulis principatu Petro filio ex secunda uxore, Georgii Sursubulii sorore, quem et liberorum suorum tutorem constituit. Michaelem ex priore coniuge susceptum monachum detondit; Ioannes vero et Beniamin Petri fratres Bulgarica adhuc stola ornabantur atque habitu.

22. Circumvicinae igitur gentes, Chrobati Turci ac reliqui, audita Symeonis morte Bulgaros bello incessere statuebant. fame vero Bulgarorum gentem cum locustarum ingenti copia graviter premente, cum aliarum gentium irruptionem formidabant, tum praecipue Romanorum in se impetum metuebant. re itaque in consilium vocata adversus Romanos copias educunt ac Macedoniam petunt, hoc nempe satagentes, ut Romanis metum incuterent. audito vero Romanum imperatorem adversus eos exercitum parare, una Petrus Georgiusque monachum quendam Calocyrim nomine, genere Armenium, auream bullam ferentem occulte mittunt. bullae tenor hic erat, pacem se cupere cum Romanis, et ut illam componant, promptis animis esse; neque id modo, sed et nuptiarum foedera, dum illis adlubeat, cum Romanis se esse inituros. acceptis literis, earumque latore humanissime suscepto, confestim imperator

μενος τὸν μοναχὸν Θεοδόσιον τὸν Ἀβούκην καὶ Κωνσταντῖνον βα-
σιλικὸν κληρικὸν τὸν Ῥόδιον τὰ εἰς εἰρήνην συλλαλῆσαι τοῖς Βουλ-
γάροις ἐν Μεσημβρίᾳ, τὸ πρὶν μὲν Μενεβρίᾳ καλουμένῃ, ἀπὸ
Μένου Θρᾳκὸς τοῦ ταύτην οἰκίσαντος καὶ Βρίᾳ τὸ παρά τισι
Θρᾳκῶν πόλισμα λεγόμενον· πρὸς δὲ τὸ εὐφραδέστερον Μεσημ- P 256
βρία ὀνομάζεται. οἱ δὲ παραγενόμενοι καὶ τὰ εἰκότα συλλαλή-
σαντες ἐξῆλθον ἅμα Στεφάνῳ Βουλγάρῳ διὰ τῆς ξηρᾶς· καὶ ὄπι-
σθεν αὐτῶν κατέλαβον καὶ Γεώργιος ὁ Σουρσουβούλης καὶ Συμεὼν
ὁ Καλουτερκάνος καὶ Οὔσαμψος καὶ Συμεὼν τοῦ ἀρχηγοῦ Βουλ-
γαρίας ἀδελφὸς πρὸς γυναῖκα, πρὸς δὲ τούτοις ὁ ἀγχιστεὺς αὐτοῦ
Στέφανος, καὶ μὴν καὶ Μαγοτῖνος Κρόνος τε καὶ Μηνικὸς διε-
κρατύναντο πρὸς τὸν ἄνακτα Ῥωμανόν. θεασάμενοι δὲ τὴν θυ-
γατέρα βασιλέως Χριστοφόρου Μαρίαν, καὶ μεγάλως ἐπ' αὐτῇ
ἀρεσθέντες, ἔγραψαν τῷ Πέτρῳ διὰ τάχους παραγενέσθαι, σύμ- B
φωνα ποιήσαντες πρότερον περὶ τῆς γεγονυίας εἰρήνης. ἀπεστάλη
δὲ Νικήτας ὁ μάγιστρος ὁ συμπενθερὸς Ῥωμανοῦ βασιλέως ὑπαν-
τῆσαι καὶ ἀγαγεῖν Πέτρον μέχρι τῆς πόλεως. τοῦ Βουλγάρου οὖν
Πέτρου καταλαβόντος, τριήρει ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ἐπιβὰς ἐν
Βλαχέρναις παρεγένετο, καὶ τὸν Πέτρον ὡς αὐτὸν ἀφικνούμενον
ἐθεάσατό τε καὶ κατησπάσατο. ἐπεὶ δὲ ἀλλήλοις εἰκότα συνωμί-
λησαν, ὑπογράφονται τά τε σύμβολα τῆς εἰρήνης καὶ τὰ γαμικὰ
συναλλάγματα, μεσολαβοῦντος ἐν τούτοις καὶ νουνεχῶς διευθύ-
νοντος μεταξὺ Ῥωμαίων τε καὶ Βουλγάρων πρωτοβεστιαρίου Θεο- C

cum celoce Theodosium Abucem monachum et Constantinum Rhodium palatinum clericum cum Bulgaris in Mesembria de pace collocuturos emisit. oppidum hoc dictum olim Menembria, a Meno viro Thracio eius conditore, et Bria, eius nominis apud quosdam Thraces vico; mollioris vero pronuntiationis causa Mesembriae nomen accepit. quo in colloquio cum res commode tractata esset, legati per continentem in urbem redierunt, cum eis Stephanus Bulgarus comes esset. post hos subsecuti Georgius Sursubulus et Symeon Calutercanus et Usampsus, Symeon item alterius illius Bulgariae principis ex uxore frater. ad haec illius affinis Stephanus, Magotinus quoque et Cronus et Menicus, Petri ad Romanum imperatorem legationem fulserunt. conspectaque Christophori imperatoris filia Maria, ac eius plurimum specie recreati, ictisque prius pacis foederibus, missis literis Petrum sine mora venire iusserunt. missus vero obviam Nicetas magister Romani imperatoris affinis, eumque in urbem inducturus. cum itaque venisset Petrus Bulgarus, conscensa Romanus imperator trireme Blachernas petit, ibique ad se venientem Petrum et vidit et osculo salutavit. inter se vero, uti par erat, collocutis, subscriptionibus munita rataque habita pacis pariter nuptiarumque foedera, protovestiario Theophane in omnibus quasi sequestro, ac solerter Romanos inter Bulgarosque negotium dirigente. (23) Octobris

φάνους. (23) ὀγδόῃ δὲ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς ἐξῆλθεν ὁ πα-
τριάρχης Στέφανος ἅμα Θεοφάνει πρωτοβεστιαρίῳ καὶ Μαρίᾳ
τῇ τοῦ βασιλέως Χριστοφόρου θυγατρὶ καὶ πάσῃ τῇ συγκλήτῳ εἰς
τὸν ναὸν τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου τῆς Πηγῆς, καὶ εὐλόγησεν Πέ-
τρον τε καὶ Μαρίαν, καὶ τοὺς νυμφικοὺς στεφάνους ταῖς αὐτῶν
ἐπέθηκε κεφαλαῖς, παρανυμφευόντων Θεοφάνους πρωτοβεστια-
ρίου καὶ Γεωργίου Σουρσουβούλη. λαμπρᾶς δὲ καὶ πολυτελοῦς
D γεγονυίας τραπέζης, καὶ πάντων τῶν εἰθισμένων τοῖς γάμοις φαι-
δρῶς ἐπιτελεσθέντων, εἰσῆλθεν Θεοφάνης πρωτοβεστιάριος ἅμα
Μαρίᾳ τῇ θυγατρὶ τοῦ βασιλέως ἐν τῇ πόλει. τῇ τρίτῃ δὲ τοῦ
γάμου ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς εὐωχίαν λαμπρὰν ἐν
τῇ τῶν Πηγῶν ἀποβάθρᾳ, περικοσμήσας αὐτὴν ὑφάσμασι σηρι-
κοῖς, παρ' αὐτῇ τῇ ἀποβάθρᾳ τοῦ βασιλικοῦ δρόμωνος ἑστηκό-
τος· ἔνθα συνέστη Ῥωμανὸς Πέτρῳ Βουλγάρῳ ἅμα Κωνσταντίνῳ
γαμβρῷ καὶ Χριστοφόρῳ υἱῷ. τῶν δὲ Βουλγάρων ἔνστασιν οὐ
μικρὰν ποιησαμένων πρότερον εὐφημισθῆναι Χριστοφόρον, εἶθ'
οὕτω τὸν Κωνσταντῖνον, ὑπεῖξε τῇ ἐνστάσει τούτων Ῥωμανὸς ὁ
P 257 βασιλεύς, καὶ γέγονεν ὅπερ ᾐτήσαντο. ἐπεὶ δὲ πάντα τὰ ἐν γά-
μοις συνετελέσθησαν, ἔμελλε δὲ ἡ Μαρία ἤδη τὴν πρὸς Βουλγα-
ρίαν σὺν τῷ ἀνδρὶ Πέτρῳ ὁδεύειν, οἱ ταύτης γονεῖς μέχρι τοῦ
Ἑβδόμου συνεξῆλθον αὐτῇ ἅμα Θεοφάνει πρωτοβεστιαρίῳ. ἐπειδὴ
ἀπαίρειν ἔμελλεν, περιχυθέντες τῇ θυγατρὶ καὶ πυκνὰ καταχέον-

14 συνειστιάθη Cedrenus

mensis die octavo egressus patriarcha Stephanus cum Theophane protovestiario, et Maria Christophori imperatoris filia universoque senatu ad sanctissimae deiparae ad Pegas, Petrum et Mariam benedixit, eorumque capitibus nuptiales corollas imposuit, sponsam comitantibus Theophane protovestiario et Georgio Sursubulo. mensa vero sumptuosa ac magnificentissima instructa, cunctisque ad nuptiarum solennia spectantibus rite splendideque peractis, Theophanes protovestiarius una cum Maria imperatoris filia in urbem reversus est. tertio autem a nuptiis celebratis die Romanus imperator in Pegarum exscensione magnificum paravit convivium, sericis aulaeis convestita machina, et ad ipsam paetoria celoce constituta. eo loco epulatus Romanus cum Petro Bulgaro et Constantino genero ac filio Christophoro, Bulgarisque etiam atque etiam enitentibus ut prior Christophorus tumque Constantinus faustis acclamationibus imperatorum more exciperentur, eorum Romanus flagitationibus annuit, sicque illis res ex voto cessit. tunc vero omnibus nuptiarum expletis solennibus ac gaudiis, et cum iam Maria cum Petro viro suo in Bulgariam esset profectura, ad Hebdomum usque a parentibus una cum Theophane protovestiario deducitur. in ipso discessus procinctu puellae circumfusi copiosas fundunt lacrimas, quantas par

τες δάκρυα, καὶ ὅσα εἰκὸς ἐπὶ στερήσει σπλάγχνου περιποθήτου, τόν τε αὐτῶν γαμβρὸν ἀσπασάμενοι καὶ ταύτην ταῖς τούτου χερσὶν παραθέμενοι ἐν τοῖς βασιλείοις ὑπέστρεψαν. Μαρία δὲ Βουλγαρικαῖς παραδοθεῖσα χερσὶ τὴν ἐπὶ Βουλγαρίαν ἀπῄει, χαίρουσά τε B ἅμα καὶ λυπουμένη, λυπουμένη μὲν ἐν οἷς γονέων φιλτάτων ἐστέρητο καὶ βασιλείων οἴκων καὶ συνηθείας τῶν γένει προσηκόντων, χαίρουσα δὲ ἐν οἷς βασιλεῖ προσήρμοστο ἀνδρὶ καὶ δέσποινα Βουλγάρων προσηγορεύθη. ἀπῄει τοίνυν πλοῦτον κομιζομένη παντοδαπῇ καὶ ἀποσκευὴν ἀναρίθμητον.

24. Τότε δὲ καὶ Ἰωάννης μάγιστρος καὶ δομέστικος τῶν σχολῶν ὁ Κουρκούας, καλῶς διοικῶν τὸν Ῥωμαϊκὸν στρατὸν σχεδὸν ἀπὸ τῆς ἀναρρήσεως Ῥωμανοῦ βασιλέως, καὶ καταπολεμῶν καθ᾽ ἑκάστην τοὺς Ἀσσυρίους, καὶ πόλεις καὶ κάστρα καὶ κώμας C καὶ χώρας αὐτῶν πορθήσας καὶ αἰχμαλώτους ποιήσας, μεθ᾽ ὧν καὶ τὸ ἐπίσημον καὶ ἐξάκουστον καὶ πάνυ ὀχυρὸν καὶ δυνατὸν κάστρον τῆς Συρίας, Μελιτινὴν ὀνομαζόμενον, διαφόρως καταπολεμήσας καὶ πραιδεύσας, καὶ εἰς φροῦδον ἀπωλείας τοῦτο ποιήσας, καὶ τὰς πέριξ κώμας καὶ χώρας πυρικαύστους ἐργασάμενος, αὐτὸ τὸ ἀήττητον καὶ ἀμάχητον κάστρον παρακαθίσας καὶ ἑλεπόλεις μηχανικὰς στήσας, καὶ εἰς παντελῆ ἀπορίαν καὶ ἀμηχανίαν ἐμβαλὼν αὐτοὺς ὅ τι πράξαιεν, καὶ ἅπαξ καὶ πολλάκις πρέσβεις πρὸς τὸν δομέστικον στελλόντων καὶ λόγον αἰτούντων, D

est fundere qui mox carissimo pignore privandi erant, generumque suum exosculati, atque eius manibus deposita filia, in regiam revertuntur. Maria viri Bulgari manibus tradita, gaudio mixta et tristitia, in Bulgariam iter contendit. tristitiam faciebat, quod amantissimis parentibus, quod regiis aedibus, quod necessariorum affiniumque consuetudine deficiebatur: rursusque gaudii seges erat, quod viro regi locata, Bulgarorum domina esset consalutata. ibat itaque omnigenas conferens opes, innumeraque suppellectili opulenter instructa.

24. Tunc quoque Ioannes magister ac scholarum domesticus Curcuas, qui Romanas praeclare copias regebat, quo fere ex tempore Romanus imperator salutatus est, Assyriosque quotidie expugnabat, urbesque et oppida munita et vicos ac loca evertebat, captivosque ducebat, atque in iis etiam insignem nominatissimamque ac plane munitam potentissimamque Syriae urbem arcemque, Melitinem dictam, varie tentaverat praedatusque fuerat ac penitus vastaverat, circumque posita oppida vicosque et praedia igni succenderat, ipsa invicta inexpugnabilique arce obsessa, adhibitisque illi tormentis ac machinis obsidionalibus, oppidanisque in extremas angustias consiliique inopiam coniectis, ac cum illi semel saepiusque missis ad domesticum legatis fidem ac securitatem ex-

ὁ συνετὸς καὶ ἐχέφρων Ἰωάννης ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν ὁ Κουρκούας τὰ τῶν δακρύων καὶ ἐλεεινολογιῶν καὶ τὰ τῆς τύχης σκοπήσας, οἷα τὰ ἀνθρώπινα, ὑπεῖξεν, καὶ λόγον δοὺς αὐτοῖς, ὁ Ἀπόχαψ ὁ τοῦ Ἄμερ ἔκγονος ἀμηρᾶς ὢν Μελιτινῆς, καὶ ὁ Ἀποσαλὰθ στρατηγὸς εὐγενέστατος ὢν καὶ πλούσιος ἐν Μελιτινῇ, παρεγένοντο. ἀποδεχθέντες οὖν παρὰ τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν Ἰωάννου, πρὸς τὸν αὐτοκράτορα τούτους ἀπέστειλεν· καὶ σύμφωνα εἰρήνης ποιήσαντες ὑπέστρεψαν πρὸς τὰ ἴδια. ἔκτοτε P 258 δὲ συνεξεστράτευον τοῖς Ῥωμαίοις κατὰ τῶν ὁμοφύλων Ἀγαρηνῶν, ἔν τε τοῖς ἐπινικίοις συνεισήρχοντο τοῖς Ῥωμαίοις ἐν τῇ πόλει αἰχμαλώτους ἄγοντες Ἀγαρηνούς, ὅπερ ἦν θαυμαστὸν καὶ παράδοξον καὶ δεῖγμα τῆς ἀθέων Σαρακηνῶν δυστυχίας. τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ἀπόχαψ, ἀνδρὸς φρονίμου καὶ συνετοῦ, διέλυσαν τὴν εἰρήνην οἱ τὴν Μελιτινὴν κατοικοῦντες. ἐκστρατεύουσιν οὖν κατ' αὐτῶν πάλιν ὅ τε δομέστικος τῶν σχολῶν ὁ Κουρκούας Ἰωάννης μετὰ τῶν θεμάτων καὶ ταγμάτων καὶ ὁ Μελίας μετὰ τῶν Ἀρμε-B νίων· καὶ πολλὰς προνομὰς καὶ πραίδας καθ' ἑκάστην ποιούμενοι, καὶ ταῖς συνεχέσιν ἐπιδρομαῖς αἰχμαλωτίζοντες τούτους καὶ ληϊζόμενοι, εἰς τοσαύτην στένωσιν τὴν Μελιτινὴν περιέστησαν ὥστε αὐτὴν συντομώτατον ἐκπορθῆσαι καὶ ἕως ἐδάφους καταστρέψαι, οὐ μόνον δὲ ταύτην ἀλλὰ καὶ τὰς ὁμόρους αὐτῇ πόλεις καὶ χώρας πολυφόρους τε καὶ πιοτάτας οὔσας καὶ οἵας πολλὰς παρέχειν προσόδους. ταύτην οὖν τὴν Μελιτινὴν εἰς κουρατωρίαν ἀποκα-

poscerent, vir prudens cordatusque Ioannes Curcuas scholarum domesticus, miserorum lacrimas supplicumque luctuosos clamores ac pro humanarum rerum ratione fortunae incerta considerans, eorum votis animum inflexit; ad quem accepta fide Apochaps ameris nepos, Melitines ipse ameras existens, Aposalathque dux apud Melitinem strenuissimus nobilissimusque ac locupletissimus, venere. hos scholarum domesticus Ioannes omni humanitate susceptos ad imperatorem misit; ictoque pacis foedere domum reversi sunt. indeque sociis adlecti ac foederati adversus tribules suos Agarenos cum Romanis ad bellum proficiscebantur, ac triumphi specie cum iisdem captivos suos ducentes (mirando sane spectaculo et inaudito, impiorumque Saracenorum afflictarum rerum indicio) urbem ingrediebantur. mortuo autem Apochapso, viro prudente ac sapiente, Melitinenses pacem dissolverunt. iterum igitur adversus eos proficiscuntur scholarum domesticus Ioannes Curcuas cum cohortibus ac legionibus, Meliasque Armeniis praefectus. hi multas quotidie agentes praedas, assiduisque excursionibus totam late regionem diripientes atque incolas subigentes, in tantas Melitinem coëgerunt angustias, ut brevissimo tempore ipsam expugnaverint ac solo tenus aequaverint. nec eam modo sed et vicinas urbes atque oppida et regiones feracissimas opimasque, ac quae multos proventus afferrent. hanc igitur Melitinem

ταστήσας ὁ βασιλεὺς πολλὰς χιλιάδας χρυσίου καὶ ἀργυρίου ἐκεῖθεν δασμοφορεῖσθαι ἐτησίως πεποίηκεν.

25. Κατηγορήθη δὲ Νικήτας ὁ μάγιστρος καὶ πενθερὸς C Χριστοφόρου βασιλέως ὡς ὑποτιθέμενος αὐτῷ κατὰ τοῦ ἰδίου γενέσθαι πατρὸς καὶ τῆς βασιλείας αὐτὸν ἐξεῶσαι. τοῦτον οὖν ἐξαγαγόντες τῆς πόλεως ἀπέκειραν μοναχόν, ὑπερορίσαντες τῷ ἑαυτοῦ προαστείῳ.

26. Μηνὶ δὲ Ἰουλίῳ ιε', ἰνδικτιῶνος ς', τελευτᾷ Στέφανος πατριάρχης, πατριαρχεύσας ἔτη δύο μῆνας ἕνδεκα. Δεκεμβρίῳ δὲ μηνί, τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, ἄγουσι Τρύφωνα μοναχὸν ἐν τῷ Ὀψικίῳ μονάζοντα, ἐπ' εὐλαβείᾳ καὶ ἁγιότητι μαρτυρούμενον, καὶ χειροτονοῦσι πατριάρχην ἐπὶ χρόνῳ ῥητῷ, μέχρις ἂν D εἰς μέτρον ἡλικίας φθάσῃ Θεοφύλακτος ὁ τοῦ Ῥωμανοῦ υἱός, ὃν ἔμελλον πατριάρχην χειροτονεῖν Κωνσταντινουπόλεως.

27. Εἰκάδι δὲ πέμπτῃ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς χειμὼν ἀφόρητος γέγονεν, ὥστε κρυσταλλωθῆναι τὴν γῆν ἐπὶ ἡμέρας ρκ'. ὅθεν καὶ γέγονεν ὁ μέγας λιμός, τοὺς πώποτε γενομένους ὑπερβαλλόμενος, καὶ θάνατος ἐκ τούτου πολύς, ὡς μὴ δύνασθαι τοὺς ζῶντας ἐκκομίζειν τοὺς τεθνεῶτας. ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς τὴν ἀφόρητον ἐκείνην βίαν κατανοήσας ἀξίαν τῆς ἑαυτοῦ συμπαθοῦς καὶ ἐλεήμονος φύσεως πρόνοιαν ἐποιήσατο, πολλαῖς ἐλεημοσύναις τὴν P 259 ἐκ τοῦ λιμοῦ παραμυθησάμενος ἔνδειαν· ἀνέφραξέν τε θυρίσι καὶ σανιδώμασι τὰς τῶν ἐμβόλων στοάς, ὡς μὴ τὴν χιόνα καὶ τὸ

imperator in curatoriam (alii provinciam dixerint) redigens, multa inde auri argentique milia tributo annuo fisco inferenda indixit.

25. Ceterum Nicetas magister ac Christophori imperatoris socer accusatus est, quod rebellandi adversus patrem eumque solio deturbandi auctor illi fuisset. quocirca urbe eiectum in monachum detondent, inque suburbano suo exsulem agere cogunt.

26. Mensis Iulii quinta decima, indictione sexta, moritur Stephanus patriarcha, cum ei muneri praefuisset annos duos, menses undecim. mensis autem Decembris quarta decima Tryphonem adducunt in Opsicio profitentem monachum, virum religiosis moribus ac sanctitate probatum, ordinantque patriarcham ad certum tempus, donec scilicet Theophylactus Romani filius maturae aetatis annos attingeret, quem patriarcham Cpolitanum ordinaturi erant.

27. Eiusdem mensis die vigesima quinta gravissimum fuit frigus, adeo ut dies 120 terra gelu concreta obriguerit. hoc gelu subsecuta fames, quanta ante nunquam exstiterat; exque illa crebrae adeo mortes ut nec efferendis mortuis vivi sufficerent. porro Romanus tantam illam vim mali considerans, pro benigna sua teneraque in miseros indole, convenientem eis curam adhibuit seduloque prospexit, larga eleemosynarum praebitione famis indigentiam solans. porticuum quoque spatia fenestris ac tabulatis obstruxit, ne per ea nix frigusque in pauperes

ὁ συνετὸς καὶ ἐχέφρων Ἰωάννης ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν ὁ Κουρκούας τὰ τῶν δακρύων καὶ ἐλεεινολογιῶν καὶ τὰ τῆς τύχης σκοπήσας, οἷα τὰ ἀνθρώπινα, ὑπεῖξεν, καὶ λόγον δοὺς αὐτοῖς, ὁ Ἀπόχαψ ὁ τοῦ Ἄμερ ἔκγονος ἀμηρᾶς ὢν Μελιτινῆς, καὶ ὁ Ἀποσαλὰθ στρατηγὸς εὐγενέστατος ὢν καὶ πλούσιος ἐν Μελιτινῇ, παρεγένοντο. ἀποδεχθέντες οὖν παρὰ τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν Ἰωάννου, πρὸς τὸν αὐτοκράτορα τούτους ἀπέστειλεν· καὶ σύμφωνα εἰρήνης ποιήσαντες ὑπέστρεψαν πρὸς τὰ ἴδια. ἔκτοτε
P 258 δὲ συνεξεστράτευον τοῖς Ῥωμαίοις κατὰ τῶν ὁμοφύλων Ἀγαρηνῶν, ἔν τε τοῖς ἐπινικίοις συνεισήρχοντο τοῖς Ῥωμαίοις ἐν τῇ πόλει αἰχμαλώτους ἄγοντες Ἀγαρηνούς, ὅπερ ἦν θαυμαστὸν καὶ παράδοξον καὶ δεῖγμα τῆς ἀθέων Σαρακηνῶν δυστυχίας. τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ἀπόχαψ, ἀνδρὸς φρονίμου καὶ συνετοῦ, διέλυσαν τὴν εἰρήνην οἱ τὴν Μελιτινὴν κατοικοῦντες. ἐκστρατεύουσιν οὖν κατ' αὐτῶν πάλιν ὅ τε δομέστικος τῶν σχολῶν ὁ Κουρκούας Ἰωάννης μετὰ τῶν θεμάτων καὶ ταγμάτων καὶ ὁ Μελίας μετὰ τῶν Ἀρμε-
B νίων· καὶ πολλὰς προνομὰς καὶ πραίδας καθ' ἑκάστην ποιούμενοι, καὶ ταῖς συνεχέσιν ἐπιδρομαῖς αἰχμαλωτίζοντες τούτους καὶ ληϊζόμενοι, εἰς τοσαύτην στένωσιν τὴν Μελιτινὴν περιέστησαν ὥστε αὐτὴν συντομώτατον ἐκπορθῆσαι καὶ ἕως ἐδάφους καταστρέψαι, οὐ μόνον δὲ ταύτην ἀλλὰ καὶ τὰς ὁμόρους αὐτῇ πόλεις καὶ χώρας πολυφόρους τε καὶ πιοτάτας οὔσας καὶ οἵας πολλὰς παρέχειν προσόδους. ταύτην οὖν τὴν Μελιτινὴν εἰς κουρατωρίαν ἀποκα-

poscerent, vir prudens cordatusque Ioannes Curcuas scholarum domesticus, miserorum lacrimas supplicumque luctuosos clamores ac pro humanarum rerum ratione fortunae incerta considerans, eorum votis animum inflexit; ad quem accepta fide Apochaps ameris nepos, Melitines ipse ameras existens, Aposalathque dux apud Melitinem strenuissimus nobilissimusque ac locupletissimus, venere. hos scholarum domesticus Ioannes omni humanitate susceptos ad imperatorem misit; ictoque pacis foedere domum reversi sunt. indeque sociis adlecti ac foederati adversus tribules suos Agarenos cum Romanis ad bellum proficiscebantur, ac triumphi specie cum iisdem captivos suos ducentes (mirando sane spectaculo et inaudito, impiorumque Saracenorum afflictarum rerum indicio) urbem ingrediebantur. mortuo autem Apochapso, viro prudente ac sapiente, Melitinenses pacem dissolverunt. iterum igitur adversus eos proficiscuntur scholarum domesticus Ioannes Curcuas cum cohortibus ac legionibus, Meliasque Armeniis praefectus. hi multas quotidie agentes praedas, assiduisque excursionibus totam late regionem diripientes atque incolas subigentes, in tantas Melitinem coëgerunt angustias, ut brevissimo tempore ipsam expugnaverint ac solo tenus aequaverint. nec eam modo sed et vicinas urbes atque oppida et regiones feracissimas opimasque, ac quae multos proventus afferrent. hanc igitur Melitinem

καὶ τῷ Κομινᾷ καὶ τῇ Χρυσῇ κατονομαζομένῃ Πέτρᾳ καὶ τοῦ Βαραχαίου ὄρει, οὐ διέλιπεν ἐτησίως ῥόγας ἐξαποστέλλων καὶ φροντίζων τούτων καὶ προνοούμενος, καὶ τοὺς ὀνομαστοὺς ἐπὶ πράξει καὶ θεωρίᾳ μετακαλούμενος ὡς αὐτόν, καὶ τῶν εὐχῶν αὐτῶν τὰς εὐλογίας τρυγῶν. οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ τοῖς διὰ θεὸν ἐγκλείστοις καὶ στενωτάτοις οἰκίσκοις καθείρξασι καὶ πᾶσι τοῖς μοναστηρίοις τὰς ἐτησίους ῥόγας, ἃς διετύπωσεν, οὐ διέλιπεν ἐπιχορηγῶν. ταῦτα ὡς ἐκ πολλῶν ὀλίγα τῶν αὐτοῦ κατορθωμάτων καὶ ἐλεημοσυνῶν διεξήλθομεν.

28. Πέτρῳ δὲ τῷ Βουλγάρῳ ἐπέθετο Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς P 260 αὐτοῦ μετὰ καὶ ἑτέρων μεγιστάνων τοῦ Συμεών· καὶ φωραθέντων αὐτῶν ὁ μὲν Ἰωάννης τύπτεται καὶ ἐγκλείεται φυλακῇ, οἱ δὲ λοιποὶ τιμωρίαις οὐ ταῖς τυχούσαις ὑποβάλλονται. ταῦτα δὲ δῆλα Πέτρου ποιήσαντος τῷ βασιλεῖ Ῥωμανῷ, ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς τὸν μοναχὸν Ἰωάννην, ὃς ἐγεγόνει ῥαίκτωρ, προφάσει μὲν τοῦ ποιῆσαι τὸ ἀλλάγιον τῶν κρατουμένων αἰχμαλώτων, τῇ ἀληθείᾳ δὲ Ἰωάννην κατασχεῖν καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀγαγεῖν. ὃ δὴ καὶ γέγονεν· εἰσελθὼν γὰρ ἅμα Ἰωάννῃ εἰς πλοῖον ἀπὸ Μεσημβρίας ἦλθεν ἐν τῇ πόλει. καὶ μετ' οὐ πολὺ τούτου τὸ μοναχικὸν B σχῆμα ἀπορρίψαντος καὶ γυναῖκα ἐπιζητήσαντος, δέδωκεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς οἶκον καὶ κτήματα πάμπολλα καὶ γυναῖκα ἐκ τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος τῆς τῶν Ἀρμενιακῶν ὁρμωμένην, γάμον τε λαμπρὸν ἐν τῇ τοῦ Καίσαρος οἰκίᾳ πεποίηκεν, Χριστοφόρου βασιλέως καὶ Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ γεγονότος ῥαίκτορος παρανυμφευσάντων.

Petram Auream et Barachaeo, nunquam destitit annua stipendia mittere eorumque res curare ac eis providere, quique inter illos actionis cultu ac contemplationis spectabiles essent, ad se accersere eorumque precum suffragia percipere. nec id modo, sed et religiosa exercitatione inclusis, et qui se angustissimis taguriolis velut carcere abdidissent, cunctis denique monasteriis statutas annonas subministrare non cessabat. haec velut ex multis paucas viri virtutes eleemosynasque percurrimus.

28. Petro Bulgarorum principi Ioannes frater cum aliis Symeonis proceribus struxit insidias. deprehensis illis, Ioannes quidem flagris emendatus in carcere includitur, reliqui acerbis suppliciis subacti sunt. horum Romanus imperator a Petro certior factus, Ioannem monachum (eum qui rector exstiterat) mittit, praetextu quidem redimendi captivos, re ipsa vero ut Ioannem caperet et Byzantium duceret; quod et ita contigit. una quippe cum Ioanne navim ingressus, a Mesembria in urbem delatus est. nec multo post proiecto monachi habitu, cum uxoris amplexus quaereret, imperator illi aedes assignavit multaque omnino praedia contulit, exque sua ipsius Armeniacorum patria coniugem ei locavit, atque in Caesaris domo praemagnificas nuptias fecit, ductoribus sponsae Christophoro imperatore ac Ioanne monacho, qui rector exstiterat.

ψῦχος ἐκεῖθεν ἐπεισιέναι τοῖς πένησι. τότε καὶ τὰς λεγομένας ἄρκλας ἐν πᾶσι κατεσκεύασε τοῖς ἐμβόλοις, ἀργύριά τε κατὰ μῆνα τοῖς ἐν ταύταις κατακειμένοις πένησι δίδοσθαι διετάξατο καὶ τὰ μηνιαῖα τριμίσια ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῖς πένησι διανέμεσθαι, ὡς εἶναι τὰ διδόμενα τοῖς τε ἐν ταῖς ἄρκλαις πτωχοῖς καὶ τοῖς ἐν ταῖς B ἐκκλησίαις ἀργύρου ἐγκεχαραγμένου χιλιάδας δώδεκα. οὐ μόνον δὲ ταῦτα ἡ συμπαθὴς αὐτοῦ ψυχὴ διετύπωσεν τῶν πενήτων προνοουμένη, ἀλλὰ καὶ καθ' ἡμέραν αὐτῷ τρεῖς συνεσθίειν πένητας διετάξατο, οἳ ἀνὰ ἓν ἐλάμβανον νόμισμα. τετράδι δὲ καὶ παρασκευῇ τρεῖς πένητες μοναχοὶ τούτῳ συνήσθιον, τὸ τετυπωμένον ἕκαστοι λαμβάνοντες νόμισμα. ὅπερ δὲ ἐν τοῖς μοναστηρίοις εἴωθεν γίνεσθαι ἐν τῷ καιρῷ ἀνὰ τῆς ἑστιάσεως, τοῦτο αὐτὸς ἐποίει, διπλῆν ἑαυτῷ καὶ τοῖς δαιτυμόσι τὴν τράπεζαν παρατιθείς, ὥστε τὸ μὲν σῶμα τρέφεσθαι τῇ συνήθει τροφῇ, τῇ δὲ ψυχῇ καταλ- C λήλῳ τῶν λόγων ἐπεντρυφᾶν ἡδονῇ, οἷς ἐκεῖνος ἐπιμελῶς προσέχων τὸν νοῦν κατένυσσε τὴν ψυχὴν καὶ πολλὰς δακρύων ὑφίει πηγάς. τὴν δὲ πίστιν ὅσην ἐκέκτητο πρὸς πάντας μὲν μοναχούς, μάλιστα δὲ τοὺς ἐπ' ἁγιοσύνῃ διαβοήτους καὶ εὐλαβείᾳ, τίς ἂν διηγήσαιτο; οὐκ ἐθεάσατο γάρ ποτε μοναχὸν ἀρετῆς ἀντεχόμενον, ᾧ τινὶ τὰς ἑαυτοῦ πράξεις σὺν πολλοῖς δάκρυσιν οὐκ ἐξηγόρευε. πιστότατος δὲ ὢν καὶ ὀρθοδοξότατος πάσας τὰς τῆς πόλεως ἐκκλησίας πέπλοις διαφανέσι καὶ φωταγωγίαις λαμπρῶς κατεκόσμει καὶ D κατεφαίδρυνεν. ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν ὄρεσι μοναχοῖς, τῷ τε Ὀλύμπῳ

grassarentur. tum quoque eas quas arculas vocant in cunctis porticibus construxit; nummumque argenteum iacentibus illic egenis quot mensibus erogari praecepit, menstrua queque trimisia per ecclesias pauperibus iussit distribui, adeo ut quae per arculas et ecclesias erogabantur argenti cusi numismata, ad duodecim milia numerarentur. neque haec solum misericordia pronus eius animus pauperumque liberalis provisor sibi ipse constituit, sed abunde tres quotidie pauperes secum comedere voluit, quibus singulis eleemosynae titulo nummus cederet. quarta autem feria ac parasceue tres egenos monachos mensae socios adhibebat, quibus singulis constitutum nummum erogabat. quodque in monasteriis observari solet, ut inter comedendum lectio habeatur, hoc ille praestabat, sibi ipse ac convivis duplicem apponens mensam, ut tum corpus consueto cibo aleretur, tum anima doctrinarum voluptate oblectaretur. quibus ille diligenter attendens animum, compungebatur ac lacrimarum large fontes emittebat. eius vero fidem erga monachos, quos praesertim sanctitas et religio claros reddiderat, quanta fuerit, quis possit enarrare? eorum nemo in conspectum veniebat, sedulus virtutis cultor, cui actus suos cum multis lacrimis non exponeret. cum autem fide devotissimus ac summe orthodoxus esset, urbis omnes ecclesias sumptuosis aulaeis cereorumque et lampadum copia praeclare exornavit. sed et monachis in montibus, tum nempe Olympo tum Cymina et quem vocant

καὶ τῷ Κομινᾷ καὶ τῇ Χρυσῇ κατονομαζομένῃ Πέτρᾳ καὶ τοῦ Βαραχαίου ὄρει, οὐ διέλειπεν ἐτησίως ῥόγας ἐξαποστέλλων καὶ φροντίζων τούτων καὶ προνοούμενος, καὶ τοὺς ὀνομαστοὺς ἐπὶ πράξει καὶ θεωρίᾳ μετακαλούμενος ὡς αὐτόν, καὶ τῶν εὐχῶν αὐτῶν τὰς εὐλογίας τρυγῶν. οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ τοῖς διὰ θεὸν ἐγκλείστοις καὶ στενωτάτοις οἰκίσκοις καθείρξασι καὶ πᾶσι τοῖς μοναστηρίοις τὰς ἐτησίους ῥόγας, ἃς διετύπωσεν, οὐ διέλιπεν ἐπιχορηγῶν. ταῦτα ὡς ἐκ πολλῶν ὀλίγα τῶν αὐτοῦ κατορθωμάτων καὶ ἐλεημοσυνῶν διεξήλθομεν.

28. Πέτρῳ δὲ τῷ Βουλγάρῳ ἐπέθετο Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς P 260 αὐτοῦ μετὰ καὶ ἑτέρων μεγιστάνων τοῦ Συμεών· καὶ φωραθέντων αὐτῶν ὁ μὲν Ἰωάννης τύπτεται καὶ ἐγκλείεται φυλακῇ, οἱ δὲ λοιποὶ τιμωρίαις οὐ ταῖς τυχούσαις ὑποβάλλονται. ταῦτα δὲ δῆλα Πέτρου ποιήσαντος τῷ βασιλεῖ Ῥωμανῷ, ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς τὸν μοναχὸν Ἰωάννην, ὃς ἐγεγόνει ῥαίκτωρ, προφάσει μὲν τοῦ ποιῆσαι τὸ ἀλλάγιον τῶν κρατουμένων αἰχμαλώτων, τῇ ἀληθείᾳ δὲ Ἰωάννην κατασχεῖν καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀγαγεῖν. ὃ δὴ καὶ γέγονεν· εἰσελθὼν γὰρ ἅμα Ἰωάννῃ εἰς πλοῖον ἀπὸ Μεσημβρίας ἦλθεν ἐν τῇ πόλει. καὶ μετ' οὐ πολὺ τούτου τὸ μοναχικὸν B σχῆμα ἀπορρίψαντος καὶ γυναῖκα ἐπιζητήσαντος, δέδωκεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς οἶκον καὶ κτήματα πάμπολλα καὶ γυναῖκα ἐκ τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος τῆς τῶν Ἀρμενιακῶν ὁρμωμένην, γάμον τε λαμπρὸν ἐν τῇ τοῦ Καίσαρος οἰκίᾳ πεποίηκεν, Χριστοφόρου βασιλέως καὶ Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ γεγονότος ῥαίκτορος παρανυμφευσάντων.

Petram Auream et Barachaeo, nunquam destitit annua stipendia mittere eorumque res curare ac eis providere, quique inter illos actionis cultu ac contemplationis spectabiles essent, ad se accersere eorumque precum suffragia percipere. nec id modo, sed et religiosa exercitatione inclusis, et qui se angustissimis tuguriolis velut carcere abdidissent, cunctis denique monasteriis statutas annonas subministrare non cessabat. haec velut ex multis paucas viri virtutes eleemosynasque percurrimus.

28. Petro Bulgarorum principi Ioannes frater cum aliis Symeonis proceribus struxit insidias. deprehensis illis, Ioannes quidem flagris emendatus in carcere includitur, reliqui acerbis suppliciis subacti sunt. horum Romanus imperator a Petro certior factus, Ioannem monachum (eum qui rector exstiterat) mittit, praetextu quidem redimendi captivos, re ipsa vero ut Ioannem caperet et Byzantium duceret; quod et ita contigit. una quippe cum Ioanne navim ingressus, a Mesembria in urbem delatus est. nec multo post proiecto monachi habitu, cum uxoris amplexus quaereret, imperator illi aedes assignavit multaque omnino praedia contulit, exque sua ipsius Armeniacorum patria coniugem ei locavit, atque in Caesaris domo praemagnificas nuptias fecit, ductoribus sponsae Christophoro imperatore ac Ioanne monacho, qui rector exstiterat.

29. Ἀλλὰ καὶ Μιχαὴλ μοναχός, αὐτὸς ὁ ἀδελφὸς Πέτρου, κατὰ σπουδῆς ἔχων τῆς Βουλγαρικῆς ἐξουσίας ἐπιλαβέσθαι, ἰδιοστασίασεν ἔν τινι Βουλγαρικῷ κάστρῳ· καὶ τούτῳ προσερρύη- C σαν οἱ τῆς Πέτρου ἀρχῆς διεστηκότες Σκύθαι. οὗ μετὰ τὴν τοῦ βίου καταστροφὴν ἐπῆλθον οὗτοι ταῖς Ῥωμαϊκαῖς χώραις, ὥστε συμβῆναι τούτους ἀπὸ Μακέτιδος διὰ Στρυμόνος πρὸς Ἑλλάδα καὶ τὴν Νικόπολιν προσχωρῆσαι καὶ τὰ ἐκεῖσε πάντα λῄσασθαι. Νικόπολις δὲ ἐπωνόμασται κατὰ τὸ ἐπώνυμον τῆς νίκης, ἣν Αὔγουστος Σεβαστὸς κατὰ Ἀντωνίου καὶ Κλεοπάτρας εἰργάσατο καὶ τὴν Αἰγυπτίων ἀρχὴν τοῖς Ῥωμαίοις ὑπέκλινεν.

30. Μαρτίῳ δὲ μηνί, δευτέρᾳ ἡμέρᾳ, κοσμήτης ἔπεσεν D ἐν τῷ φόρῳ ἐκ τῶν ἐν τοῖς στιχηδὸν ἱσταμένοις ἐκεῖσε κίοσιν ἐπικειμένων, καὶ ἀπέκτεινεν ἄνδρας ἕξ. γέγονε δὲ καὶ ἐμπρησμὸς μέγας καὶ φοβερὸς εἰς τὸν τοῦ φόρου ἔμβολον, πλησίον τοῦ ναοῦ τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου, ὥστε κατακαῆναι τά τε κηροπωλεῖα καὶ τὰ γουνάρια τοῦ φόρου μέχρι τῶν Ψιχῶν.

31. Ἐτελεύτησε δὲ Χριστοφόρος βασιλεὺς μηνὶ Αὐγούστῳ ἰνδικτιῶνος τετάρτης, πολλὰ κοψαμένου καὶ θρηνήσαντος αὐτὸν τοῦ πατρός, μεῖζον ἢ κατ' Αἰγυπτίους, ὡς ἤδη εἰς γῆρας αὐτοῦ ἐληλακότος καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἔτι νηπίων ὄντων. καὶ ἐτέθη τὸ λείψανον αὐτοῦ ἐν τῇ ῥηθείσῃ μονῇ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

13 ἑξήκοντα Scylitzes et Cedrenus. Combef.

29. Quin et Michael monachus, ipse Petri frater, Bulgarici imperii cupidus, seorsum in Bulgariae quadam arce rebellavit, multosque Scythas, qui a Petri principatu desciverant, ad se pertraxit. hi Michaele vivis exempto Romanae dicionis fines invaserunt, sic nimirum ut a Macetide per Strymonem ad Atticam Nicopolimque progressi cuncta ibi populati sint. Nicopolis vero dicta est a victoria, quam Augustus rettulit de Antonio et Cleopatra, tunc scilicet cum Romanis fascibus Aegyptum subiecit.

30. Mensis Martii die secunda, qui in foro columnis illic ordine erectis cosmetes impositus erat, decidit ac sex viros occidit. magnum quoque ac formidabile contigit incendium in fori porticu, haud procul ab aede sanctissimae deiparae, adeo ut pars illa fori quam cerarii et quam pellitiarii artifices occupant, ad Psichas usque igni absumpta sit.

31. Christophorus vero imperator mortuus est mense Augusto, indict. 4, Romano patre illius funus ingenti luctu ac planctu prosequente, supra quam etiam Aegyptiorum moribus receptum sit, eo quod vergente iam ipsius aetate eius liberi adhuc pueri ac minores essent. depositum illius cadaver in patris sui monasterio, cuius in superioribus meminimus.

32. Κατήγαγον δὲ καὶ Τρύφωνα πατριάρχην Αὐγούστῳ P 261 μηνὶ ἰνδικτιῶνος τρίτης, τὸν ῥητὸν χρόνον τελέσαντα· καὶ ἀπελθὼν ἐν τῇ ἰδίᾳ μονῇ τελευτᾷ, χηρευσάσης ἐκκλησίας χρόνον ἕνα καὶ μῆνας ε' διὰ τὸ τῆς ἡλικίας ἀτελὲς Θεοφυλάκτου υἱοῦ Ῥωμανοῦ βασιλέως· αὐτὸν γὰρ ἔμελλεν, ὡς ἤδη εἴρηται, πατριάρχην καθιστᾶν.

33. Βασίλειος δέ τις Μακεδὼν πλάνος Κωνσταντῖνον Δοῦκα ἑαυτὸν ἐπιφημίσας πολλοὺς μεθ' ἑαυτοῦ συνεπήγετο. οὗτος συσχεθεὶς ὑπὸ Ἐλεφαντίνου τουρμάρχου, ἐκ τοῦ Ὀψικίου B ὄντος, ἤχθη ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ὑπὸ Πέτρου ὑπάρχου τῆς μιᾶς ἀλλοτριοῦται χειρός. εἶτα καιροῦ λαβόμενος καταλαμβάνει πάλιν τὸ Ὀψίκιον, καὶ χεῖρα χαλκῆν ἀντὶ τῆς κοπείσης προσαρμοσάμενος καὶ σπάθην ὑπερμεγέθη κατασκευάσας διήρχετο, πλανῶν αὖθις τῶν ἀγυρτευόντων πολλοὺς ὡς εἴη αὐτὸς Κωνσταντῖνος ὁ τοῦ Δουκός. οὓς καὶ συνεφελκόμενος μεγάλην κατὰ Ῥωμανοῦ ἀνταρσίαν κινεῖ. καὶ φρούριον κατασχὼν ὃ Πλατεῖα πέτρα κατονομάζεται, πᾶν εἶδος ἐδωδίμων ἐν τούτῳ ἀπέθετο· ἀφ' οὗ ἐξορμῶν ἐλεηλάτει καὶ τοὺς παρατυγχάνοντας προενόμευεν. C ἀποστείλας οὖν ὁ βασιλεὺς κατ' αὐτοῦ αὐτόν τε συνέλαβεν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ· ὃν καὶ ἀγαγόντες ἐν τῇ πόλει ἀνέκρινόν τε καὶ πολλὰς πληγὰς ἐπετίθεσαν, τοῦ τοὺς συστασιώτας, εἴ τινες εἶεν, εἰπεῖν. ὁ δὲ πολλοὺς τῶν ἐν τέλει ἐσυκοφάντει ψευδῶς ὡς συνόν-

2 τετάρτης margo   18 τοὺς om P   21 συστρατιώτας P, συστασιώτας margo

32. Sed et Tryphonem patriarcham mense Augusto, indictione tertia, cum tempus constitutum explesset, officio moverunt; qui abiens in monasterio suo e vivis excedit, ecclesia pastore vidua annum unum, menses quinque, quod Theophylactus nondum matura satis aetate esset. ipsum enim Romanus constituerat patriarcham praeficere, uti iam dictum est.

33. Basilius vero quidam Macedo impostor, Constantinum Ducem se esse iactans, multos sibi adiunxit. hic ab Elephantino tribuno Opsiciano captus in urbem inductus est, Petrique urbis praefecti sententia altera manuum truncatur. postmodum occasionem nactus ad Opsicium redit, aeream que sibi manum eius loco quae amputata fuerat aptans, ingentemque gladium fabricans, multos iterum circumforaneos ac nebulones seducens sic vagabatur, seque adeo Constantinum Ducis filium esse suadens. horum itaque contracta manu magnam adversus Romanum rebellionem conflat; castroque occupato cui nomen Lata petra, omnisque generis in eo annona reposita; ex his latebris erumpens circumvicinam regionem populabatur ac praedas agebat. missis itaque imperator copiis tum illum cepit, tum qui sub illo merebant. inductum vero in urbem iudicio sistunt, eique ad quaestiones adhibito, et ut socios prodat, plagas multas imponunt. ille multos procerum, quasi sibi

τας αὐτῷ. μηδὲν δὲ ἀληθὲς κατ' αὐτῶν λέγειν ἐξελεγχθεὶς ἐν τοῖς Ἀμαστριανοῦ πυρὸς παρανάλωμα γίνεται.

34. *Χειροτονεῖται δὲ πατριάρχης ὁ ῥηθεὶς τοῦ βασιλέως υἱὸς Θεοφύλακτος, Φεβρουαρίῳ μηνὶ δευτέρᾳ ἰνδικτιῶνος ἕκτης,* D *τοῦ πατρῴου φρονήματος ἐφ' ἅπασιν ἐξερχόμενος, ἀλλὰ καὶ τοῖς πρόσω παρεκτεινόμενος κατορθώμασι μετὰ καὶ τῆς προσούσης ἐλλογιμότητος, τοποτηρητῶν ἐκ Ῥώμης ἀνελθόντων καὶ τόμον συνοδικὸν ἐπιφερόμενοι περὶ τῆς αὐτοῦ χειροτονίας διαγορεύοντα· οἳ καὶ πατριαρχικῷ θρόνῳ τοῦτον ἐνίδρυσαν.*

35. *Ἡ εἰρημένη βασιλέως Ῥωμανοῦ ἐγγόνη ἡ Μαρία, γυνὴ Πέτρου Βουλγάρου, πολλάκις ἀπὸ Βουλγαρίας ἐν τῇ πόλει εἰσῆλθεν τοῦ τὸν ἴδιον πατέρα καὶ τὸν πάππον αὐτῆς ἐπισκέψα-* P 262 *σθαι. τελευταῖον δὲ μετὰ παίδων εἰσῆλθεν τριῶν, ἤδη Χριστοφόρου τοῦ πατρὸς αὐτῆς τελευτήσαντος. πλοῦτον οὖν πολὺν παρὰ τοῦ πάππου λαβοῦσα ἐντίμως ὑπέστρεψεν.*

36. *Ῥωμανὸς δὲ ὁ βασιλεὺς τῷ υἱῷ Στεφάνῳ γυναῖκα ἠγάγετο θυγατέρα οὖσαν τοῦ Γαβαλᾶ, ἐγγόνην δὲ Κατάκυλα, Ἄνναν ὄνομα. ἅμα δὲ τῷ νυμφικῷ στεφάνῳ καὶ ὁ τῆς βασιλείας αὐτῇ στέφανος ἐπετίθετο.*

37. *Ἐγένετο δὲ ἐκστρατεία πρώτη τῶν Τούρκων κατὰ* B *Ῥωμαίων ἰνδικτιῶνος ἑβδόμης Ἀπριλλίῳ μηνί· οἳ καὶ καταδραμόντες μέχρι τῆς πόλεως ἐληΐσαντο πᾶσαν Θρᾳκῴαν ψυχήν.*

18 *Ἄννα* P

adhaesissent, per calumniam defert. convictus vero nihil veri criminis illis obiicere, ad Amastriani aedes igni absumptus est.

34. Quem vero dicebam, imperatoris filius Theophylactus patriarcha ordinatur, Februarii mensis die secunda, indictione sexta, patris in omnibus animos sensumque praeveniens, sed et ad ea quae a fronte virtutes recteque facta, cum ea qua praeditus erat eruditione atque doctrina, sese extendens. aderant vicarii Romani antistitis, qui tomum synodalem de illius tractantem ordinatione afferrent; qui etiam in patriarchali sede eum collocarunt.

35. Quin dicta quoque Romani imperatoris neptis, Maria Petri Bulgari uxor, haud raro in urbem veniebat ex Bulgaria patris avique invisendorum causa. postremo autem venit tres secum liberos adducens, cum iam Christophorus eius pater vivis exemptus esset. multis itaque avi munificentia donata divitiis honorifice domum reversa est.

36. Romanus vero imperator Stephano filio uxorem locat Gabalae filiam, Catacylae neptim, Annam nomine; ac cum nuptiali serto Augustalis etiam illi corona imposita est.

37. Turcorum prima expeditio adversus Romanos contigit mense Aprili, indictione 7. hi ad urbem usque excurrentes cunctos per Thraciam obvios praeda abegerunt. missus itaque Theophanes patricius pro-

ἀπεστάλη οὖν ὁ πατρίκιος Θεοφάνης ὁ πρωτοβεστιάριος καὶ παραδυναστεύων ποιῆσαι ἀλλάγιον· ὃς θαυμασίως καὶ συνετῶς αὐτοῖς μετελθὼν ὅσαπερ ἐβούλετο κατεπράξατο, πολλὰ παρ' αὐτῶν ἐν τῇ φρονήσει καὶ εὐβουλίᾳ ἐπαινεθεὶς τε καὶ θαυμασθείς· ὅτε καὶ τὸ μεγαλόψυχον αὐτοῦ καὶ φιλάνθρωπον ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ἐπεδείξατο, μηδενὸς φεισάμενος χρήματος πρὸς τὴν τῶν αἰχμαλώτων ἀνάρρυσιν.

38. Ἠγάγετο δὲ γυναῖκα ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς τῷ τελευ- C ταίῳ υἱῷ Κωνσταντίνῳ, ἐκ γένους τῶν Ἀρμενιακῶν τοὔνομα Ἑλένην, τοῦ πατρικίου Ἀδριανοῦ θυγατέρα· ἧς καὶ τελευτησάσης Φεβρουαρίῳ μηνὶ δευτέρᾳ ἑτέραν τούτῳ συνέζευξεν γυναῖκα ὀνόματι Θεοφανώ, ἐκ γένους τοῦ Μάμαντος ἐκείνου καταγομένην.

13. Mense Octobri, imperii Romani anno secundo, ingens in urbe penuria tritici exstitit atque hordei. veniit triticum, modii quattuor, nummo uno, hordeum, modii sex. in his videre erat pervigilem, ut communi rei provideret, Iosephi animum. statim ergo in Orientem ac Occidentem missi qui coëmentes frumenta eorumque mercatorias naves extruderent, dardanariosque ac frumentarios triticum frumentaque recondere ac acervare vetarent. erat enim vir iustus nec personarum acceptor, fidei tenax. nec multum interim effluxit tempus, cum altera parte minuto pretio septem octove modii uno nummo venirent. talis nimirum erat, acri vir ingenio fervidoque ac studiosus, ut nemo superiorum aut aequalium illi aequaretur.

14. Mense Martio, is quem Peteinum vocant, Basilius magister accusatus est ut qui malis quorundam consiliis instinctus res novas moliretur. missus itaque in exsilium ibi moritur. patricius vero ac domesticus Orientis ex fratris nomine in Asiam missus, ne per ea loca Romana dicio praesidio destituta impii Chambdae direptionibus pateret, isque liberius praedas ageret ac captivos duceret; coniunctisque copiis cum Cappadociae praetore Constantino patricio Meleino, nec non reliquis ducibus ac cohortium tribunis, superbi Chambdae aciem assecutus in loco cui Andrasso nomen, ac cum eo conserta manu, eum penitus

καὶ εἰς φυγὴν τρέψας. ἦν τότε θεάσασθαι νεκροὺς σκυλευομένους, καὶ ἀναιρουμένους τοὺς ἀλαζόνας Ἀγαρηνούς, καὶ εἰς φυγὴν τρεπομένους, καὶ ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ τούτους ζωγρουμένους καὶ B μήτε ἁρμάτων [ἢ ἵππων] ἢ φαρίων ἢ χρημάτων ἢ συγγενῶν μεταποιουμένους· ἀλλ' ἕκαστος ἀπὸ τῆς οἰκείας συμφορᾶς ἑαυτὸν περιέσωζεν. τότε δὴ τότε ὁ ἀλαζὼν καὶ ὑπερήφανος Χαμβδᾶς ἐχειροῦτο σταθέντος καὶ ὀκλάσαντος τοῦ φάρα οὗ τινὸς ἐπέβαινεν, εἰ μὴ ὁ μαγαρίτης Ἰωάννης ὁ ἄνθρωπος αὐτοῦ ἀποβὰς τοῦ ἰδίου φάρα ἐπέδοτο, αὐτοῦ κρατηθέντος καὶ τοῦ ἀλαζόνος περισωθέντος. πάντα δὲ τοῦ πολέμου κρατηθέντος λάφυρα ἅμα τῶν ζωγρηθέντων ἀρνητῶν τοῦ Χριστοῦ εἰς τὸ Βυζάντιον ἀπηνέγκατο καὶ ἐν τῷ θριάμβῳ ἐπόμπευσεν.

15. Τῶν δὲ Τούρκων ἐκστρατείαν ποιησάντων κατὰ τῆς C Θρᾴκης, καὶ τοῦ πατρικίου Μαριανοῦ τοῦ Ἀργυροῦ μονοστρατηγοῦντος ἐν τῷ θέματι τῆς Μακεδονίας καὶ κατεπάνω ὄντος τῆς δύσεως, συνήντησεν καὶ κατεπολέμησεν, καὶ πλείστους ζωγρήσας μετ' αἰσχύνης εἰς τὴν ἰδίαν χώραν ὑποστρῆσαι ἐποίησεν.

16. Τοῦ δὲ αὐτοκράτορος Ῥωμανοῦ μαθόντος τὴν στενοχωρίαν καὶ γύμνωσιν καὶ ἔνδειαν τῶν τροφῶν τοῦ στρατοπέδου, τῇ εὐβουλίᾳ τοῦ παρακοιμωμένου Ἰωσὴφ παρευθὺ τὰ πρὸς χορηγίαν αὐτοῖς ἀπέστειλεν. οἱ δὲ βραχὺ ψυχαγωγηθέντες καὶ ἐπὶ μησὶν ὀκτωκαίδεκα σχεδὸν καὶ πλέον παρακαθίσαντες, καὶ τῆς τροφῆς καὶ δαπάνης τῶν Κρητικῶν δαπανηθείσης, καὶ εἰς ἀνάγκην προχωρούντων καὶ καθ' ἑκάστην πρὸς τὸν μάγιστρον αὐτομο-

profligavit ac fudit. vidisses tunc mortuis detrahi spolia, occidi superbos Agarenos, in fugam agi, inter spolia capi ac mancipari. nulla illis curruum aut equorum aut pecuniarum vel affinium cura: hoc unum quisque satagebat, ut se ipse periculo eximeret, non ut alteri studeret. sane futurum erat ut et ipse superbus Chambdas caperetur, cum is cui insederat generosus equus fatiscens substitisset, nisi Ioannes Christianae desertor fidei, illius famulus ac domesticus, equum ipse suum hero commodasset. qua ille humanitate captus, Chambdas tanto liberatus periculo est. spolia omnia cum captivis a Leone Byzantium illata ac triumphi specie circumducta.

15. Turcis adversus Thraciam erumpentibus, Marianus patricius Argyri filius summa ducis potestate Macedonum legioni praefectus Occidentique praepositus, in illos incurrens ipsos praelio fudit, multisque captis reliquos cum dedecore ad sua redire coëgit.

16. Romanus imperator ubi quibus in angustiis exercitus versaretur annonaeque in eo penuriam didicit, sanioribus Iosephi accubitoris consiliis confestim illis alimenta submisit. nonnihil itaque novi commeatus ope recreati, cum menses fere octodecim et amplius urbem obsedissent, consumpta Agarenis Cretensibus omni annona iisque in angustias coactis, ac cum ex illis quotidie ad magistrum ultro confluerent, dei

λούντων, καὶ τῇ τὰ πάντα θεοῦ ἡνιοχοῦντος προστάξει τῇ τοῦ D Μαρτίου μηνὸς τῆς ἕκτης ἰνδικτιῶνος ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν τὸν στρατὸν πρὸς πολεμικὰς ὤτρυνε παρατάξεις, διαφόρους συστησάμενος φάλαγγάς τε καὶ ἀσπίδας καὶ σάλπιγγας. ἐπεὶ δὲ ταῦτα συνέστησεν, τῶν ταγμάτων καὶ τῶν θεματικῶν ἀρχόντων καὶ Ἀρμενίων καὶ Ῥὼς καὶ Σθλαβησιάνων καὶ Θρακικῶν ἐπελθεῖν τῷ κάστρῳ ἐκέλευσεν. καὶ ἦν ἰδεῖν ὠθισμοὺς καὶ ἀντωθισμοὺς καὶ συγκρούσματα πρὸς ἀλλήλους, καὶ πετρῶν βολὰς καὶ βέλη καὶ μηχανικῶν ἑλεπόλεων πρὸς τὸ τεῖχος καὶ τὰς ἐπάλξεις τοῦ κάστρου, καὶ τοῖς ἀλαζόσι θάμβος καὶ ἔκπληξις καὶ φόβος ἐπιπεσών. καὶ βραχὺ τοῦ πολέμου κρατοῦντος τὸ κάστρον παρέλαβον. καὶ ἦν θεάσασθαι τοὺς Σαρακηνοὺς γυναῖκας καὶ παῖδας

ΙΩΑΝΝΟΥ ΕΥΛΑΒΕΣΤΑΤΟΥ

ΤΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙΤΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΔΙΗΓΗΣΙΣ.

Βούλομαι ἐγὼ ὁ μέτριος καὶ πάντων ἔσχατος ἀποδεῖξαι μετὰ P 812 πάσης ἀληθείας, ἐπὶ τῆς παρούσης ταύτης ἁγίας ὑμῶν καὶ ἱερᾶς συνόδου, ὅπως καὶ πότε καὶ ὅθεν ἔσχε τὴν ἀρχὴν ἡ κακίστη καὶ

12 παῖδας] quae desunt, ab Iulio Polluce pete (Leonis Diaconi p. ed. Bonn. 420 C).

tandem cuncta moderantis imperio, mense Martio, sexta indictione, scholarum domesticus aciem instruxit, diversosque ex illis cuneos et phalangas ac turmas constituit. quibus ita constitutis, ex legionariis et Armeniis et Russis et Sclabinis et Thracibus lectos in urbem immisit. alii alios pellebant ac repellebant mutuumque pulsabant. ruebant petrae et iacula, machinisque moenibus admotis turresque quatientibus stupor ac pavor superbos invasit. brevique conserto praelio urbem ceperunt. eratque videre Saracenos, mulieres ac pueros

IOANNIS HIEROSOLYMITANI

REVERENTISSIMI MONACHI

NARRATIO.

Volo tenuis ego omniumque extremus, omni veritate, sub vestrae huius ac sacrae synodi praesentia, demonstrare quomodo et quando quave occasione ortum habuerit pessima haec ac deo exosa Christiano-

θεοστυγὴς αὕτη τῶν Χριστιανῶν, μᾶλλον δ' εἰπεῖν ἀληθέστερον κατηγόρων καὶ εἰκονομάχων αἵρεσις. συντομίᾳ δὲ χρήσασθαι λόγου προαιρούμενος διὰ χάρτου ἔκρινα καλῶς ποιήσασθαι τὴν ἐξήγησιν, ὡς ἂν μηδέν με τῆς ἀληθείας λάθῃ.

B 2. *Τοῦ τῶν ἀθέων Ἀράβων τεθνηκότος τυράννου ἤτοι συμβούλου (Σελεϊμὰν δὲ ἦν οὗτος τὸ ὄνομα) διεδέξατο τοῦτον Οὔμαρος, ὃς ἐπιβὰς τῆς ἀρχῆς εὐθὺς μεταστειλάμενος ἀπέστρεψε τὸν ἀνάσκαφον Μασαλμὰν ἀπὸ τῆς γῆς ταύτης, πολέμιον ὄντα δυσμενῆ, ὃς τῇ τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ χάριτι καὶ τῆς αὐτὸν τεκούσης ἁγίας θεοτόκου, μετ' αἰσχύνης πολλῆς καὶ ἀπωλείας τοῦ οἰκείου τῶν Σαρακηνῶν στρατεύματος, ὑπέστρεψεν εἰς Συρίαν ἀνύσας ὧν ἤλπιζεν οὐδέν. τελευτήσαντος δὲ τοῦ Οὐμάρου τοῦτον διαδέχεται Ἔζιδος, ἀνὴρ κοῦφός* C *τις καὶ εὐπαράφορος. ἦν δέ τις ἐν Τιβεριάδι προηγέτης τῶν παρανόμων Ἑβραίων φαρμακόμαντις, δαιμόνων ψυχοβλαβῶν ὄργανον, ἐπονομαζόμενος Σεραντάπηχος, δυσμενὴς ἐχθρὸς τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ, ὃς μεμαθηκὼς τὴν τοῦ κρατοῦντος Ἐζίδου κουφότητα καὶ δὴ τούτῳ προσελθὼν ὁ παμπόνηρος οὗτος Ἑβραῖος ἐπεχείρει μαντεύεσθαί τινα καὶ προλέγειν αὐτῷ. ὡς οὖν ἐκ τούτων εὐπαράδεκτος ἐγεγόνει καὶ εὐπαρρησίαστος τῷ τυράννῳ, "θέλω" ἔφη, "πρωτοσύμβουλε, εὐνοίᾳ τῇ πρὸς σὲ διακείμενος ὑποθέσθαι σοι τρόπον τινὰ εὐχερῶς καὶ ῥαδίως ἀρεσθησόμενον,*

2 *Χριστιανοκατηγόρων* margo Combef.

rum vel (ut verius dicam) ipsos criminantium ac iconomachorum haeresis. cumque mihi propositum sit ut brevitati studeam, operae pretium putavi, ne quid me veritatis fugiat, ex charta ac scripto narrationem facere.

2. Mortuo impiorum Arabum tyranno seu symbulo cui nomen Seleiman, Umar eius successor effectus est. hic mox arrepto principatu accersitum Masalmanum eversorem, infensissimum hostem, ab hac regione avertit. hic magni dei et salvatoris nostri Iesu Christi gratia eiusque parentis sanctae dei genitricis, ingenti probro suique Saracenorum exercitus clade ac interitu, nullo peracto eorum quae speraverat in Syriam reversus est. mortuo autem Umare succedit Esidus, homo levis, impos animi nec satis sani capitis. erat vero Tiberiade scelestissimorum Hebraeorum praeses quidam veneficus vates, in rem animarum exitiosorum daemonum organum, cognomento Serantapechus, ecclesiae dei hostis infensissimus. is dominatoris Esidi levitate cognita, ipsumque adeo nequissimus ille adiens, quaedam ei vaticinari ac praedicere tentabat. cum hinc igitur tyranno obrepens eius sibi gratiam quaesiisset auresque ipsius faciles reddidisset, "volo" inquit, "protosymbule, qua in te affectus benevolentia sum, modum quendam facile placiturum nihil-

δι᾽ οὗ σοι προστεθήσεται ζωῆς μῆκος καὶ διαμείνῃς χρόνους P 313 τριάκοντα ἐν τῇδέ σου ἀρχῇ, εἴγε εἰς ἔργον ἀγάγῃς τοὺς λόγους μου." ὁ δὲ ἄφρων ἐκεῖνος τύραννος, ὁ κεπφωθεὶς τὸν νοῦν ἐφέσει μακροβιώσεως (ἦν γὰρ φιλοτρυφητὴς καὶ ἀκόλαστος), ἀπεκρίνατο ὅτι γε ὅσα ἂν ὑποθῇς μοι, ἑτοίμως ποιῶ· καὶ ἐὰν τύχω πρακτέου, μεγίσταις ἀμείψομαι τιμαῖς. ὁ δὲ φαρμακόμαντις Ἑβραῖός φησι πρὸς αὐτόν "κέλευσον εὐθέως πάσης ἄτερ ἀναβολῆς καὶ ὑπερθέσεως γράψαι κατὰ πᾶσάν σου τὴν ἀρχὴν ἐγκύκλιον τὴν ἐπιστολήν, ὥστε πᾶσαν εἰκονικὴν διαζωγράφησιν, εἴτε ἐν σανίσιν εἴτε διὰ μουσείων ἐν τοίχοις εἴτε ἐν σκεύεσιν ἱεροῖς καὶ B ἐνδυταῖς θυσιαστηρίων καὶ ὅσα τοιαῦτα εὑρίσκεται, ἐν πάσαις ταῖς τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίαις ἀφανίσαι καὶ τελέως καταλῦσαι, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅσα ἐν ταῖς ἀγοραῖς τῶν πόλεων κατὰ κόσμον εἰσὶ καὶ εὐπρέπειαν οἱαδήποτε ὁμοιότητι." σατανικῷ δὲ κακουργήματι κινούμενος ὁ ψευδόμαντις προσέθηκε, πᾶν ὁμοίωμα ἂν ὑφόρατον, δεῖξαι τὴν πρὸς ἡμᾶς ἔχθραν μηχανώμενος. (3) ὁ δὲ ἀλιτήριος τύραννος τούτῳ κουφότητι πεισθείς, ἀποστείλας καθεῖλεν ἀπὸ πάσης ἐπαρχίας τῆς ὑπ᾽ αὐτὸν τὰς ἁγίας εἰκόνας καὶ λοιπὰ ὁμοιώματα, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ ἀπεκόσμησε τὰς ἐκκλη- C σίας τοῦ θεοῦ διὰ τοῦ φαρμακοῦ Ἑβραίου ἀφειδῶς, τὰς ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ, πρὸ τοῦ φθάσαι ἐν τῇ γῇ ταύτῃ τὸ κακόν. φεύγοντας δὲ τοὺς θεοφιλεστάτους Χριστιανοὺς τοῦ μὴ ταῖς οἰκείαις χερσὶ καταστρέψαι τὰς ἁγίας εἰκόνας, Ἑβραίους θεοστυγεῖς καὶ

que gravem docere, quo tibi adiicietur longitudo vitae, annosque triginta integro principatu rerum potieris, si modo sermones meos compleveris." ad haec demens ille tyrannus, longioris vitae desiderio mente captus (quippe libidinosus homo ac lascivus), facturum se quicquid praeceperit respondit: "ac siquidem" inquit "rei compos exstitero, honoribus maximis iusta mercede cumulabo." ad quem veneficus vates Hebraeus: "iube statim nulla interposita mora, in omnes tuae dicionis oras ac loca communibus destinatis literis, pictas omnes imagines, sive in tabellis sive musivo opere in parietibus sive in vasis sacris altariumque pallis, ac quaecunque talia occurrerint, in omnibus Christianorum ecclesiis aboleri penitusque disperdi. sed et quaecunque ad ornatum in foro publice in urbibus ulla similitudine posita exstarent." Satanica vero malignitate motus falsus vates adiecit quicquid demum simulacrorum suspectum exosumque exstaret, suum in nos odium studens declarare. (3) miser vero tyrannus mentis levitate se illi dicto audientem praebens fidemque ipsi habens, mittens, in subiecta omni dicione sacras imagines ac reliqua simulacra abstulit. inque eum modum per veneficum Hebraeum, nulla cuiusquam ratione, per omnes suas urbes ac loca ecclesias dei ornatu spoliavit, priusquam malum ad has oras perveniret. cumque religiosissimi homines Christiani suis ipsi manibus evertere sacras imagines refugerent, deo exosos Hebraeos vilesque Arabas anga-

οἰκτροὺς Ἄραβας ἠγγάρευον οἱ εἰς τοῦτο ἀποσταλέντες Ἀμηραῖοι, καὶ οὕτως ἔκαιον τὰς σεπτὰς εἰκόνας, καὶ τοὺς οἴκους τῶν ἐκκλησιῶν πῇ μὲν κατέχριον πῇ δὲ κατέξεον.

4. Τούτων ἀκηκοὼς ὁ ψευδεπίσκοπος Νακολίας καὶ οἱ D κατ' αὐτὸν ἐμιμήσαντο τοὺς παρανόμους Ἰουδαίους καὶ τοὺς ἀσεβεῖς Ἄραβας, καὶ ἐνύβρισαν τὰς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ.

5. Ἄξιον δὲ κρίνω τὰς ἱερὰς ὑμῶν ἀκοὰς καὶ οἷον ἐδέξατο τέλος ὁ δείλαιος ἐκεῖνος καὶ φαρμακὸς Ἑβραῖος. ὡς γὰρ τοῦτο δράσας ὁ πρωτοσύμβουλος Ἔζιδος οὐ πλείω τῶν δύο ἥμισυ χρόνων βιώσας ἀπέθανε, ἀπῆλθεν εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ, καὶ αἱ μὲν εἰκόνες ἐν τῇ ἀρχαίᾳ ἱδρύσει καὶ τιμῇ κατέστησαν, ὁ δὲ τούτου υἱός, Οὔλιδος τοὔνομα, ἀγανακτήσας ὡς φονέα τοῦ ἰδίου πατρὸς τὸν φαρμακὸν αἰσχίστῳ θανάτῳ ἀναιρεθῆναι ἐκέλευσεν, ἄξια τὰ ἐπίχειρα τῆς ψευδομαντείας αὐτοῦ κομισάμενον.

riabant qui in hoc missi erant Ameraei, sicque incendebant sacras imagines, domosque ecclesiarum ac parietes qua oblinebant qua corradebant.

4. Haec ut audivit pseudoepiscopus Nacoliae ac sodales, sceleratos Iudaeos impiosque Arabas aemulati ipsi quoque gravi iniuria dei ecclesias affecerunt.

5. Dignum vero etiam arbitror vestris sacris auribus insinuare et quem finem miserabilis ille ac veneficus Hebraeus nactus sit. cum enim Ezidus hoc perpetrato haud plures duobus cum dimidio annos vitae superstes diem obiisset atque in ignem aeternum abiisset, imaginesque antiquo more erectae pristinum honorem recepissent, indignatus eius filius Ulidus nomine veneficum, tanquam qui patrem ipsius sustulisset, turpissima morte interfici praecepit, dignis falsi sui vaticinii stipendiis donatum.

IOANNES CAMENIATA

DE EXCIDIO THESSALONICENSI.

ΙΩΑΝΝΟΥ
ΚΛΗΡΙΚΟΥ ΚΑΙ ΚΟΥΒΟΥΚΛΕΙΣΙΟΥ
ΤΟΥ ΚΑΜΕΝΙΑΤΟΥ
ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΛΩΣΙΝ ΤΗΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ.

Ὡς ἀρίστη τῶν ἀγαθῶν ἡ φιλοπονία, καὶ πάσης ἀρετῆς κτῆσιν P 317
ἐν ἑαυτῇ μαρτυροῦσα. σοῦ δὲ μετὰ τῶν ἄλλων πλεονεκτημάτων
ἔκδηλον καὶ ἐν τούτῳ καθέστηκε τὸ φιλόπονον, ὦ ἀνδρῶν βέλτι-
στε καὶ πολυμαθέστατε Γρηγόριε, οἷς τε πρὸς ἡμᾶς γράφεις καὶ
οἷς παρ᾽ ἡμῶν ἐπιζητεῖς διὰ γραμμάτων μαθεῖν. οὐκ ὀλίγης γὰρ
ἀρετῆς καὶ φιλοπόνου σπουδῆς ἐπίδειξιν ἔχει τὸ πολλῶν ἐθέλειν
εἰληφέναι πραγμάτων γνῶσιν, καὶ μάλιστα δι᾽ ὧν ἡ ψυχὴ τὸν P 318
θεῖον φόβον ἐγκυμονεῖ καὶ οἷον χρειώδεις τινὰς ἀφορμὰς ἐκ τούτου

3 καθέστηκε om P

IOANNIS CAMENIATAE
CLERICI AC CAPELLANI
DE EXCIDIO THESSALONICENSI
NARRATIO
FRANCISCO COMBEFISIO INTERPRETE.

Quam optimum est rerum laudatarum studium, omnemque sibi vindicare virtutem liquido monstratur. tuum vero cum aliis, quibus magnifice praestas, vir optime ac eruditissime Gregori, dotibus ea quoque ratione manifestum studium est atque opera, tum quod ad nos scribis, tum quod per literas a nobis de his doceri quaeris. non enim pusillae virtutis est, solertisque operae indicium habet, multarum rerum cognitionem sibi conquirere, ac potissimum si per illas animus dei timorem concipit, indeque velut peropportunas quasdam occasiones parti mentis,

τῷ θεωρητικῷ μέρει τοῦ νοὸς ἐμβιβάζει, ἐξ ὧν διδάσκεται τῆς
μὲν ἁμαρτίας ἐκκλίνειν ὡς δημιουργοῦ τοῦ θανάτου, ἔχεσθαι δὲ
τῆς ἀρετῆς, ἧς τὸ τέλος ζωὴ αἰώνιός τοῖς αἱρουμένοις αὐτήν.
ἐγὼ δὲ τὴν ἐπιταγὴν πληρώσειν ἀναβάλλεσθαι τέως ἐδόκουν δυοῖν
ἕνεκεν, τό τε πρὸς σὲ περὶ τοιούτων γράφειν ἐπαχθὲς κρίνων,
ἄνδρα τοσοῦτον, οὗ λόγοι μὲν τὰς πράξεις ἰθύνουσι, πράξεις δὲ
B συμφωνοῦσαι τοῖς λόγοις τὸ ἀκριβὲς ἀλλήλοις ἀντιδιδόασιν (ἤδη
γὰρ ἡ φήμη βοᾷ τὴν σὴν ἐν ἅπασι τελειότητα, καὶ σιωπῶντι ταῖς
ἡμετέραις ἐγνώρισεν ἀκοαῖς), καὶ τὸ μὴ δύνασθαι περὶ ὧν τὴν
ζήτησιν ἐποιήσω καλῶς ἐξηγήσασθαι, τὴν οἰκείαν ἀμαθίαν ὡς
εὐπρόσωπον προβαλλόμενος ἀπολογίαν, ὥστε μὴ καθυβρίσαι μηδὲ
σμικρῦναι τῷ λόγῳ τὸ περιφανὲς τῶν παρὰ σοῦ ζητηθέντων
πραγμάτων, καὶ πραγμάτων ἐκείνων τῶν μικροῦ δεῖν ἅπασαν
πληρωσάντων τῇ ἀκοῇ τὴν ὑφ' ἥλιον. ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τοῦτό μοι
μετὰ τῶν ἤδη λεχθέντων ἐπῆλθε, μὴ πρὸς τοῖς ἄλλοις ὀφλήμασι
C καὶ παρακοῆς ἀπαιτηθείην δίκας, τἆλλα μὲν φύσει δεινοῦ πάθους
καὶ ὀλεθρίου, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ θείου νόμου περιφρονῆσαι τοὺς
γενάρχας ἡμῶν ἐξ ἀρχῆς ἀναπείσαντος, ἥκω πληρώσων τὸ αἰτη-
θέν, τῇ σῇ θαρρήσας εὐγνώμονι καὶ συμπαθεστάτῃ φιλίᾳ. εὖ
γὰρ οἶδα μήτε ταῖς σου τεχνικαῖς μεθόδοις μήτε μὴν ταῖς ἐπιστη-
μονικαῖς τρυτάναις τῆς σῆς ἀκραιφνοῦς καὶ μεγάλης σοφίας τὸ

4 ἀναβαλέσθαι A 1. e. editio Allatiana 20 μήτε ταῖς σου τεχνικαῖς μεθόδοις om A

cuius est speculandi vis, innectit; quibus a peccato, tanquam mortis auctore, declinare condiscit, atque virtuti incumbere, cuius finis vita aeterna, his qui eam amplexantur atque diligunt, sit. enimvero ego hactenus, quod iussus eram, duplici ex causa differre videbar, tum nimirum quod molestum iudicabam ad te scribere, virum tantum, cuius sermones actiones dirigunt, et actiones sermonibus concordes sibi mutuo praestant quod perfectum et exactum est (iam enim fama tuam perfectionem cunctis clamat, et licet ipse taceas, nostris eam intulit auribus), tum quod, de quibus quaesiisti, non ex re satis disserere valeam, qui meam ipse inscitiam velut convenientem excusationem obtendam, ne pene violare videar, earumque rerum quas ex me sciscitaris splendorem imminuam, rerum scilicet eiusmodi ut auditu atque rumore omnem prope terrarum orbem repleverint. verumtamen cum id quoque mihi, cum iis quae dicta sunt, in mentem veniret, ne praeter alia debita etiam inobedientiae obnoxius fierem, dirae alioqui atque noxiae suapte indole aegritudinis vitiique, quo et adducti primi parentes ut divinam ipsam legem contemnerent, accedo petita praestiturus, candida tua humanitatisque plenissima amicitia fretus. probe enim novi nec per artificiosas tuas methodos nec per argutissimas verae magnaeque sapientiae tuae trutinas, quod orationis huius indecorum est ac incon-

ἀκαλλὲς τοῦ τῇδε λόγου καὶ ἀνάρμοστον ἢ τῶν λεγομένων τὸν νοῦν ἀποδοκιμάζεσθαι, ἀληθῆ δὲ μᾶλλον καὶ παντὸς ἀλλοτρίαν καὶ ψεύδους καὶ πλάσματος τὴν τῶν ῥηθησομένων προβαίνουσαν συγγραφὴν ἁπάσης μέμψεως ἀπολύεσθαι.

2. Ἐζήτησας μαθεῖν διὰ τῆς ἐπιστολῆς τὸν τρόπον δι' ὃν D τὴν φρουρὰν οἰκοῦμεν βαρβάρων χερσὶν ἐκδοθέντες, καὶ πῶς τὴν ἀλλοτρίαν ἀντὶ τῆς ἰδίας διημειψάμεθα, ποίας τέ ἐσμεν πατρίδος, καὶ τίνα τὰ κατ' αὐτήν. τεκμαίρεσθαι γὰρ ἔφης ἐκ τῆς μικρᾶς ἐκείνης ὁμιλίας, δι' ἧς παροδεύοντί σοι τὴν Τρίπολιν ὀλίγον συνεγενόμεθα, πλήρεις μὲν εἶναι ἡμᾶς μακρᾶς ἐξηγήσεως, μεγάλα δέ τινα καὶ πάσης τραγῳδίας ἐπέκεινα τά τε ἤδη συμβεβηκότα ἡμῖν καὶ τὰ ἐς ὕστερον προσδοκώμενα. καὶ γὰρ ἔτυχες τότε καὶ αὐτὸς ἀλητεύων κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμῶν συμφοράν, καί τισιν P 319 αἰχμαλώτοις ἐκεῖσε συνεπαγόμενος, οὓς ἔλεγες ὁμοπατρίους εἶναί σοι Καππάδοκας, μεθ' ὧν καὶ τὴν πρὸς τὴν Ἀντιόχου πόλιν ἐστέλλου, μηδαμοῦ στῆναι τῶν ἀλγεινῶν ἐξηγούμενος· ὁπότε καὶ ἡμᾶς ἑώρας, ὡς καὶ αὐτὸς μαρτυρεῖς, τό τε νεαρὸν τοῦ πένθους ἔχοντας καὶ τὰ ἴχνη τοῦ προλαβόντος φόβου τοῖς προσώποις ἡμῶν ἐγκαθήμενα, ὡς καὶ σιωπῶντας βοᾶν τὴν συμφορὰν ἐκ τοῦ χρώματος. ἀλλὰ περὶ τούτων εἰ καθ' ἕκαστον ἐπεξιέναι βουληθείην, μακρὸν ἂν εἴη καὶ τῇ χρείᾳ μὴ κατάλληλον τὸν λόγον ποιήσομαι, B τῆς συμμετρίας τὸν νόμον καθυπερβαίνων· ἵνα μὴ λέγω ὅτι καὶ

10 εἶναι] ὄντας A 13 αὐτὴν om P 15 τὴν post πρὸς om A

cinnum, reiectum iri, eorumve quae sunt dicenda sententiam, sed potius veram et ab omni mendacio figmentoque alienam dicendorum narrationem omni abs te crimine ac labe fore liberandam.

2. Data epistola discere quaesiisti modum, cuius gratia carcerem tenemus barbarorumque dediti manibus sumus, ac qua ratione alienum solum patrio commutavimus; qua item orti patria simus, et quae illius res quisve status. etenim coniicere aiebas ex brevi illa fabulatione qua, cum per viae occasionem Tripolim devenisses, paululum congressi sumus, quam longa narratione onustum pectus gereremus, diraque quaedam et tragico omni cothurno lacrimabiliora esse tum ea quae iam nobis evenerant, tum quae imposterum ventura exspectabantur. nam tu quoque pari nobis infortunio errabundus et cum quibusdam captivis illuc abducebaris, quos cives esse tuos asserebas Cappadoces, cum quibus etiam Antiochiam mittebaris, referens nullam requiem malorum invenire, quando nos quoque videbas, ut et ipse testaris, tum recentem luctum tum praeteriti timoris vestigia in facie expressa ferre, ut et tacendo, vultus ipso colore mali immanitatem clamaremus. verum si de his singula recensere velim, longior mihi texenda nec iustae satis necessitatis oratio est, ut quae mediocritatis legem sit excessura; ne di-

τὴν σὴν ἀρρᾴθυμον ἀκοὴν ἀποκναίσω, εἰ καὶ ὅτι δι' ἐφέσεως ἔχεις τοῖς λεγομένοις ἐπακροάσασθαι. ἀλλ' ἐπειδὴ τοίνυν τοῦτο κατ' ἀρχὰς ὑπέσχου, τὸ νουνεχῶς ἀκούειν, ἄρχομαι τῶν καθ' ἡμᾶς ὧδε.

3. Ἡμεῖς, ὦ φίλος, πατρίδος ἐσμὲν Θεσσαλονίκης· αὐτὴν γὰρ πρώτην γνωριοῦμαί σοι, δι' ἧς ἔγνων ὧν οὔπω ἐγνώκειν πολλά· καὶ σοί γε γνωσθεὶς ἄρτι τὴν περὶ αὐτῆς ἐκείνης γνῶσιν εἰσπράττομαι, πόλεως μεγάλης καὶ πρώτης τῶν Μακεδόνων,
C τἆλλα μὲν περιφανοῦς οἷς σεμνύνεται πόλις, καὶ μηδεμιᾷ τῶν ἔγγιστα παραχωρούσης μὴ ὅτι κατ' αὐτὴν ὀφθῆναι, περιφανεστέρας δὲ τὴν εὐσέβειαν, ἣν ἐξ ἀρχῆς ἐδέξατο καὶ δεξαμένη μέχρι τοῦ νῦν διεσώσατο. αὐτὸν γὰρ αὐχεῖ Θεσσαλονίκη τὸν Παῦλον ἔχειν τῆς εὐσεβείας διδάσκαλον, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, ὃς ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ κύκλῳ καὶ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ τῷ εὐαγγελικῷ περιλαβὼν τὴν οἰκουμένην κηρύγματι ἐν αὐτῇ μᾶλλον τὸν τῆς θεογνωσίας σπόρον κατέβαλε καὶ πολύχουν ἀποδίδοσθαι τὸν τῆς πί-
D στεως καρπὸν διεσπούδασε· μετ' ἐκεῖνον δὲ τὸν μέγαν ἐν μάρτυσι καὶ ἀξιοθαύμαστον ἐν ἀθλοφόροις Δημήτριον τὸν μυροβλύτην, πολὺν ἀγῶνα καὶ αὐτὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας καταβαλόμενον (καὶ γὰρ ἦν πρὸς τοῖς ἄλλοις τῆς ἀρετῆς αὐχήμασιν ἔτι καὶ θείοις ἐμπρέπων διδάγμασιν καὶ τῇ περὶ τῶν δογμάτων ἀκριβείᾳ κεκοσμη-

19 καταβαλλόμενον A

eam fore ut nunquam socordia torpescentibus auribus audienti tibi obtundam, licet audiendi aviditate ad ea quae dicenda a me sunt animum advertas. quando igitur iam initio perattentas aures pollicitus es, ad nostra enarranda in hunc modum aggredior.

3. Nostra, o amice, patria, Thessalonica est. hanc enim primum tibi notam faciam, per quam mihi multa cognoscere licuit quae antea nullus noveram; et qui in tui iam cognitionem venerim, eius ipsius exactam edere cognitionem officii quasi iure tuis votis compellor. nempe urbs magna mihi explicanda, et quae gentis Macedonum primaria existat. urbs rebus aliis, quibus sibi nimium sumunt civitates ac honestantur, conspicua, et quae nulli vicinarum civitatum, pari cum omnibus certans claritate, cedat, pietate vero cunctis illustrior existat, quam a principio suscepit susceptamque hactenus incolumem servavit. ipsum enim Paulum, vas electionis, pietatis sibi gloriatur magistrum; qui videlicet ab Ierusalem in circuitu, et usque in Illyricum evangelica praedicatione universum orbem complexus, illi prae reliquis divinae cognitionis semen commisit, ex eoque uberrimos fidei fructus surgere omni diligentia curavit. post Paulum vero inter martyres magnum interque victores coronatos digne admirandum myroblytam (unguentis scilicet manantem) Demetrium, qui et ipse pro pietate plurimum desudavit. is namque, praeter reliquas eius eximias virtutis laudes, divinae etiam doctrinae luce fulgebat exactaque dogmatum cognitione ornatus erat; quo

μένος, ἐξ οὗ καὶ μᾶλλον τὸ περὶ αὐτοῦ διεδόθη κλέος τοῖς πέρασιν)· εἶτα τοὺς καθεξῆς ἀρχιερεῖς πάντας τοῦ σωτηρίου λόγου στερρῶς ἀντεχομένους, ἐξ ὧν ἀεὶ καταρτιζομένη καὶ παιδαγωγουμένη τὴν θειοτέραν παίδευσιν δαιμονιώδεις καὶ μυσαρὰς πλάνας P 320 καὶ δόξας καὶ εἰδωλικὰς εἰκαιομυθίας τοῖς τιμῶσι τοὺς δαίμονας ἀπεπέμψατο, ὀρθοδόξῳ δὲ διδαχῇ τὴν πίστιν σφραγίσασα, καὶ πᾶν ζιζανιῶδες φυτὸν καὶ αἱρετικὸν καὶ ἀλλόφυλον αὐμενοῦν. οὐδέποτε τῷ θείῳ σπόρῳ συγκαταμίξασα, καθαρὰν καὶ ἀκίβδηλον διεσώσατο τὴν εὐσέβειαν. ἧς πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα γνωρίσματα, ἐξ ὧν ἡ φήμη τὰς ἀφορμὰς λαμβάνουσα λαμπρὸν τὸ περὶ αὐτῆς ἐκήρυττεν ὄνομα, ἓν δὲ τοῦτο πρῶτον καὶ ἰδιαίτατον διεδείκνυτο, τὸ ὀρθόδοξον αὐτὴν καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι καὶ τούτῳ μᾶλλον ἤπερ τοῖς ἄλλοις σεμνύνεσθαι. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ καὶ τὰ κατ᾽ αὐτὴν B ἐκείνην τὴν πόλιν φιλοπόνως μαθεῖν ἐπεζήτησας, τοῦτο δὲ δυσεπιχείρητόν τε ὡς ἐμοὶ τῇ τε παρούσῃ ὁρμῇ τοῦ λόγου παρὰ μικρὸν ἀνακόλουθον, ὀλίγα τινά, καὶ οἷς μάλιστα ἔξεστι δοκεῖν ὁρᾶν σε τῶν λεγομένων τὰ πράγματα, τῇ διηγήσει προσθεὶς ἐπὶ τὴν καθ᾽ ἡμᾶς αὐτοὺς τραπήσομαι συμφοράν.

4. Ἔστιν οὖν ἡ πόλις, ὡς εἴρηται, μεγάλη τε καὶ εὐρεῖα, τείχεσι καὶ προβόλοις συχνοῖς κατωχυρωμένη καὶ τὸ ἀσφαλὲς τοῖς οἰκήτορσιν ὅσον ἐκ τῆς τούτων οἰκοδομῆς παρεχομένη· θαλάσσιον

8 συγκαταδέξασα P 10 ἐξ om P 12 τοῦτο AP 15 τέως AP
17 προθεὶς Combefis. marg.

et magis eius nominis claritas in orbis fines dídita est. tum qui deinceps secuti sunt, omnes praesules, salutaris doctrinae ipsi firmi assertores; quorum opera, dum diviniore semper perficitur manuque ducitur ac eruditur disciplina, daemoniacos impurosque errores ac opiniones idolorumque nugaces fabellas ac vanitates ipsorum cultoribus dimisit, rectaeque opinionis doctrina fidem obsignans, ac quidquid zizaniorum et haereticorum alienigenarumque plantationis est, nihil usquam divinae sementi coniunctum admittens, puram illibatamque pietatem conservavit. cuius cum et alia insignia ac notae suppetunt, unde fama occasiones nacta illius clarum nomen effecit, tum unum illud primum ac singularissimum monstratur, quod rectae fidei tenax existat ac celebretur, hocque magis quam ullis aliis ornamentis sibi placeat atque clarescat. sed quia eius ipsius civitatis res accurate ex me discere quaesiisti, idque ut praestem arduum mihi nec praesentis sermonis instituto admodum consentaneum existit, paucis nonnullis, ac quibus maxime ea quae dicenda sunt oculis usurpare tibi ipse videri possis, narrationi adiunctis, ad nostram ipsorum calamitatem orationem convertam.

4. Ea igitur, uti dictum est, magna civitas latoque fusa ambitu, ac moenibus crebrisque propugnaculis atque arcibus munita, eiusmodi scilicet quae civibus, quantum ad horum structuram attinet, tutum ha-

C ἔχουσα κόλπον ἐκ νότου καθηπλωμένον, ᾧ καὶ περικλυζομένη τὴν ἐκ πλαγίου πλευρὰν ταῖς ἁπανταχόθεν εἰσρεούσαις ὁλκάσιν εὐεπίβατον τὴν πρὸς αὐτὴν πορείαν παρέχεται. ὑποκοιλαίνεται γάρ τις ἐκεῖσε θαυμαστὸς λιμήν, ἀσφαλῶς ὑπτιάζων τοῖς πλωτῆρσι τὴν εἴσοδον, ταῖς ἐκ πνευμάτων παντελῶς ἀπείρατος ταραχαῖς καὶ τὸν ὅρμον ἀκύμονα καθιστῶν. ὃν ἐκ τῆς λοιπῆς θαλάσσης ὁ τεχνίτης ἀπέτεμε· μέσον γὰρ ἀπείρξας διά τινος τείχους τὴν τῶν ὑδάτων ἐπίρρυσιν, συναπεῖρξεν ἐκ τοῦ πρὸς θάλασσαν καὶ τῶν πνευμά-
D των τὸν κλύδωνα. ἡ θάλασσα γὰρ τῷ βυθῷ φυσωμένη καὶ τὴν ἐκδρομὴν πρὸς τὴν χέρσον ἐρευγομένη, τῷ διαφράγματι τοῦ τῇδε τείχους κωλυομένη, μὴ ἔχουσα τίνι τὴν ἀπειλὴν ἐπαφήσει, χωρεῖ τοῖς ἐφ' ἑκάτερα τοῦ τείχους μέρεσι, καὶ τὸ ὕδωρ ἠρέμα πως ὀλισθῆσαν ζάλης ἁπάσης ἐκτὸς τὸν τοιοῦτον ὅρμον διατηρεῖ. ὁ δὲ δὴ κόλπος ἐκ τῆς μεγάλης θαλάσσης ἀποτμηθεὶς διά τινος αὐχένος, ἀγκῶνος δίκην προβεβλημένου καὶ ἐπὶ μήκιστον τοῖς ὕδασι διικνουμένου, ὃν οἱ κατὰ χώραν Ἔκβολον ὀνομάζουσι διὰ τὸ πόρρω που τοῖς ὕδασιν ἐκβεβλῆσθαι, στενούμενός τε πρὸς τὴν
P 321 ἑτέραν ἐξ ἐναντίας χέρσον τῇ τοῦ αὐχένος τούτου καινοτομίᾳ, ἕτερος λιμὴν πελάγιος γίνεται· ἐξ οὗ δή περ ἀγκῶνος μέχρις αὐτοῦ τοῦ τείχους τῆς πόλεως κύκλον πανευπρεπῆ τὸ ὕδωρ μιμεῖται, τοῖς ἐφ' ἑκάτερα μέρεσιν ἐπὶ πολὺ ἐκτεινόμενον καὶ πρὸς τὴν πόλιν κατὰ βραχὺ συστελλόμενον. καὶ ἀφορᾷ μὲν ὁ κόλπος ἐκ νότου

16 χώρας AP 21 ἐντεινόμενον P

bitaculum praebeat. marinum sinum ad notum protensum habet, quo, oblique latere circumluta, navibus undique versum confluentibus facilem in semet praestat aditum. hic enim portus quidam mirabilis cavo recessu funditur, pronoque in se aditu navigantibus tuto resupinatur, a ventorum iniuriis prorsus innoxius et navium stationi placidus ac tranquillus. hunc artifex a reliquo mari divisit, medio siquidem muro aquarum influxu coercito, una quoque praeclusit quae ex vicino mari ventorumque flatu fluctuum vis procellaque illiditur. mare namque alto gurgite inflatum continentem excurrens, muro interposito praepeditum, cum non habeat quo minas suas exoneret, in latera muri convolvitur; et aqua lento quodam modo sensim dilabens ab omni salo aestuque liberum conservat istiusmodi portum. sinus porro a magno mari cervice quadam ac faucibus cubiti instar prominentibus ac quam longissime alto aequore procurrentibus (eam accolae cervicem Ecbolum appellant, quod in mare procul proiecta effunditur) abscissus, inque adversam sibique oppositam continentem cervicis huius artificio ac molimine coartatus, alium portum intra pelagus efficit; ex quo videlicet cubitu flexuque ad ipsum urbis murum orbem pulcherrimum, partibus utrinque late fusis versusque urbem sensim sese contrahentibus, efformare videtur. et respicit quidem

τὴν λοιπὴν θάλασσαν, ἀφορᾷ δὲ τοῦτον ὁμοίως ὁ λιμὴν καὶ τὸν λιμένα ἡ πόλις. ἀλλ᾽ ὁ μὲν λιμὴν τέτρασι γωνίαις ἐμπεριείληπται, ὁ δὲ κόλπος ἐστὶ περιφερής, τὸ κύτος ἔχων διὰ πλείστου βάθους χωροῦν, τὰ πέρατα δὲ καὶ πρὸ πολλοῦ τῆς χέρσου τὰ πολλὰ τῶν ὑδάτων συστείλαντα.

5. Ἀλλ᾽ ἐν τούτοις τὸ κατὰ νότον μέρος τῆς πόλεως B βάσιμον, τὸ πρὸς βορρᾶν δὲ ὡς λίαν τραχὺ καὶ δύσβατον. ὄρος γὰρ ὑπερκύπτει τοὺς λόφους ὑπερανεστηκός, οὐκ ὀλίγον μέρος αὐτῆς τῆς πόλεως τῆς λοιπῆς ὑπεραῖρον γῆς, ὡς τὸ μὲν αὐτῆς πεδιάσιμον εἶναι καὶ ταῖς χρείαις τῶν ἐνοικούντων κατάλληλον, τὸ δὲ τοῖς βουνοῖς καὶ ταῖς τῶν ὀρῶν ἀκρότησιν ἀνατείνεσθαι. ἀλλ᾽ οὐδὲν ἀδικεῖ τὴν πόλιν ἡ τοῦ ὄρους παράτασις ὡς ἐμπαρέχειν ἄδειαν τοῖς πολεμίοις ἀφ᾽ ὕψους ἐπεμβαίνειν καὶ τοῦ τείχους κατεπαμύνεσθαι· ἔδωκε γὰρ ὀλίγην τινὰ σχολὴν ὁ βουνὸς ἐκεῖνος πρὸς τὸ φυλάττεσθαι πᾶσαν ἐπιβουλήν, τῷ διὰ μέσου χώρῳ τὴν C εὐχερῆ προσβολὴν ἀποκρούσας. τὸ δ᾽ ἐντεῦθεν ἀνατείνεται μέχρι πολλοῦ τὸ ὄρος καὶ ὑπερίδρυται, τοῖς λόφοις καὶ ταῖς χαράδραις ἐντραχυνόμενον, τὴν μεσαιτάτην ἀνατολὴν ἐπειγόμενον· τοσοῦτον ἐκ πλαγίου ἀφ᾽ ἑκατέρου μέρους ὑποκείμενον διαφεύγει τῆς γῆς. ἐν γὰρ ταῖς δυσὶ πλευραῖς τοῦδε τοῦ ὄρους, τοῦ τε πρὸς νότον φημὶ καὶ τοῦ πρὸς βορρᾶν, πεδία ἀφήπλωται βάσιμά τε καὶ χρή-

7 *βάσιμον* sumpsi a L i. e. Leone Allatio in Ge. Acropolit. not. p. 225 ed. Paris. 9 *αὐτῆς τῆς*] *καὶ αὐτῆς* AL 11 *τοῖς* om L 14 *ἐκεῖσε* AL 19 *τὰ ἐκ πλαγίου ἐφ᾽* L. *ἐφ᾽* etiam A 20 *τῇ τε — καὶ τῇ?* 21 *ἐφήπλωται* L

sinus ab austro reliquum mare, portus sinum, urbs portum. ac portus quidem quattuor angulis comprehenditur, sinus flexum in orbem alveo quam maxime profundo agitur; extremis finibus, et longe a continente, magna parte aquae minuuntur.

5. Et hoc modo se habet pars urbis quae ad notum spectat: quae vero ad aquilonem, asperrima est et prope impervia. mons enim altiore supercilio tumulis superpositus eminet, non parvam civitatis partem a reliqua humo sustollens, adeo ut pars illius in planitie accolarum usibus coaptata iaceat, pars in collibus montiumque iugis sese extendat. nihil tamen damni ea montis extensio oppidanis importat, tanquam a superioribus per eum assilire murosque oppugnare hostibus liceat. parvum enim ad amoliendas quascunque insidias, interposito campo, hicce tumulus relinquit spatium, quo inde cives facilem possint propulsare assultum. exinde mons longe protenditur iugoque assurgit, collibus atque vallibus exasperatus, in medium procul se orientem inferens, quantum utrinque subiecti soli agrique oblique subducitur. in duplici namque istiusmodi montis latere, tum scilicet eius quod ad austrum tum quod ad aquilonem est, campi effunduntur ipsi pervii atque utiles, quique civibus

σιμα, πᾶσαν ἀφορμὴν εὐζωΐας τοῖς πολίταις δωρούμενα· ὧν τὸ μὲν ὡς πρὸς νότον τοῦ ὄρους, πρὸς ἀνατολὴν δὲ τῆς πόλεως, ὡς D λίαν ἐστὶ παγκαλλὲς καὶ ἐράσμιον. κεκόσμηται γὰρ δένδρεσιν ἀμφιλαφέσι, παραδείσοις ποικίλοις, ὕδασιν ἀπείροις, τοῖς μὲν πηγαίοις τοῖς δὲ ποταμίοις, οἷς αἱ λόχμαι τοῦ ὄρους τῷ πεδίῳ χαρίζονται καὶ αὐτὴν δὲ δεξιοῦνται τὴν θάλασσαν. ἄμπελοι γὰρ ἀλλήλαις παραπεφυτευμέναι τὰ χωρία στεφανοῦσι καὶ τὸν φιλόκαλον ὀφθαλμὸν τῇ πληθύϊ τῶν καρπῶν εἰς εὐφροσύνην προτρέπονται· μοναὶ δὲ μοναχῶν πολλαὶ καὶ συχναὶ τό τε ὑπτιάζον τοῦ ὄρους καὶ τὸ τῆς λοιπῆς γῆς ὑποκείμενον κατοικοῦσαι, καί τισι τερπνοτάτοις χωρίοις ἐγκαθεζόμεναι, καινόν τι χρῆμα τοῖς τε ὁδί- P 322 ταις καὶ αὐτοῖς τοῖς πολίταις πεφύκασι. τὸ δὲ κατὰ λαιὰν πλευρὰν τοῦ ὄρους πεδίον ἐστὶ καὶ αὐτὸ τεταμένον εἰς μῆκος πολύ, εὐρύνεται δὲ μέχρις ἄλλων ὀρέων· οὗ τινὸς ἐν μέσῳ πελαγίζονται δύο τινὲς εὐρεῖαι λίμναι, τὸ πλεῖστον τούτου διακατέχουσαι καί τινα μεγάλην καὶ αὗται συνεισφέρουσαι χρείαν. τρέφουσι γὰρ ἰχθύας καὶ μικροὺς καὶ μεγάλους, καὶ τοῖς εἴδεσι διαφόρους καὶ πολλοὺς τῷ πλήθει, ταῖς τε γείτοσι κώμαις καὶ αὐτῇ δὲ τῇ πόλει δαψιλεστάτην ἀποπληροῦντας τράπεζαν. καὶ γὰρ οἷον φιλονεικοῦσιν αἱ λίμναι ταῖς τούτων ἐπιδόσεσι πρὸς τὴν θάλασσαν, καὶ B ἁμιλλῶνται τίς αὐτῶν τὸ πλεῖον παράσχηται. πλὴν ἑκάτεραι νικῶνται ἐξ ἑκατέρων, καὶ ἡ νικῶσα οὐκ ἔχει τίνι τὴν ἧτταν κατα-

6 θάλατταν L   11 κοινόν L

quicquid ad vitam commode sustentandam conducit ubere proventu sufficiant. horum alter, quippe ad montis austrum vergens urbisque meridiem, dici non potest quam sit amoenus quantasque delicias praebeat. frondosis enim densisque condecoratur arboribus, hortis varii generis et vivariis, aquis pene innumeris, partim fontium rivis partim et fluviis, quibus montanae silvae lucique campo gratificantes ipsum mare accipiunt. vites enim alternis consitae arva coronant, pulchrique amantes oculos fructuum abundantia ad iucundissimas voluptates invitant. monachorum plura spissaque, religiosa palaestra, hospitia, tum montis declive tum agri reliqui subiecta colentia, locisque amoenissimis posita, novum quoddam spectaculum peregrinis ipsisque adeo civibus offeruntur. sed et campus a montis laeva, ipse quoque longissime fusus, ad alios usque montes dilatatur; cuius medio duo late stagnantes lacus potiorem partem occupant, qui ipsi non contemnendi usus existant. alunt enim tum parvos tum magnos diversique generis et copia pene innumerabiles pisces, qui tum vicinis oppidis tum ipsi civitati uberrime obsonia victumque sufficiant. videntur enim hice lacus suis largitionibus cum mari prope contendere mutuoque certare, utra plura exhibeant. alterum tamen ab altero vincitur, nec cuius victoria est, utri victi dedecus ad-

ψηφίσεται. τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ πεδίου ἀνεῖται τοῖς γεωργοῖς, παραχωρεῖται τοῖς ζῴοις, τοῖς τε πειθομένοις ταῖς τῶν ἀνθρώπων τέχναις καὶ τοῖς ἐλεύθερον ἀφιεῖσι τὸ ἴχνος τοῖς ὄρεσιν. ἔλαφοι γὰρ τὰ ὄρη λιποῦσαι καὶ ταῖς λίμναις ὥσπερ τῶν ὑδάτων ἐπιτερπόμεναι ὁμοῦ τε ἔχουσιν ἄφθονον τὸ ποτόν, καὶ ταῖς βουσὶν ἐν αὐτῷ συναγελαζόμεναι κοινὰ τὰ σῖτα προσφέρονται.

6. Ἀλλ' ἱκανῶς ἐν τούτοις τά τε πρὸς ἀνατολὴν καὶ βορρᾶν τῆς πόλεως, ἔτι γε μὴν καὶ τὰ πρὸς νότον διαγραψάμενοι τὴν πρὸς δύσιν αὐτῆς τοῦ χωρίου θέσιν κατὰ τὸ δυνατὸν ἱστορήσωμεν. ἔστιν ἕτερον πεδίον, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ τείχους τῆς Ἐκβολῆς ἀπαρχόμενον, τῇ δεξιᾷ τοῦ ὄρους ἁπτόμενον, τῇ λαιᾷ δὲ τῇ θαλάσσῃ C συνομοροῦν, ἀμύθητον κάλλει ταῖς τῶν ὁρώντων ὑποκείμενον ὄψεσιν. ἔστι γὰρ τὸ μὲν αὐτοῦ διάβροχον ὕδασιν, ὅσον αὐχεῖ τήν τε πόλιν ἔχειν καὶ τὴν θάλασσαν γείτονα, ἀμπέλοις καὶ δένδρεσι καταχόμοις καὶ παραδείσοις κατεστεμμένον, οἰκήμασί τε καί τισι πλείστοις σεβασμίοις σηκοῖς κεκοσμημένον, ὧν τοὺς πλείονας μοναχῶν ἀγέλαι διείλοντο, πᾶν εἶδος ἀρετῆς ἀσκοῦντες καὶ θεῷ μόνῳ ζῶντες, πρὸς ὃν ἐπείγονται καὶ δι' ὃν τὰς πολιτικὰς ταραχὰς λιπόντες τὴν πρὸς αὐτὸν καὶ μόνον φέρουσαν τρίβον ἀνείλοντο. τὸ δ' ἐντεῦθεν αὐτοῦ διαχεῖται τῇ χέρσῳ μέχρι πολλοῦ, ἄξυλον μὲν ὡς τὰ πολλὰ τὴν βλάστην ἔχον, πάσης δὲ γεωργικῆς D ἐπιμελείας ἐπιτήδευσιν παρεχόμενον. διήκει δὲ τὴν ἡλίου δύσιν

9 αὐτοῖς AL

scribat, valet statuere. agri pars reliqua agricolarum usibus cedit; animantibus quoque indulgetur, tum quae humanis parent artibus ac mansuescunt, tum quae per montana libero pede vagantur. cervi namque relictis montibus, velutque lacuum aquis recreati, tum ubere fruuntur potu, tum ad ipsum convenientes communi cum bobus pabulo vescuntur.

6. Sed iam satis in istis, quae ad ortum et aquilonem ac quae item ad austrum urbis sunt, descriptis, situm loci qui ad occasum vergit, uti fieri poterit, enarrabimus. alius campus est ab ipso Ecboli muro incipiens dextraeque montis adhaerens, laeva vero mari contiguus, quam nemo satis capiat, pulchritudine videntium oculos ad se alliciens. est enim aquis irriguus, qua parte urbis marisque vicinitate gloriatur, vitibusque et densis arboribus ac vivariis hortisque coronatus, nec non aedibus plurimisque venerabilibus delubris decoratus; quorum pleraque monachorum agmina inter se partiti sunt, viri omne virtutum genus colentes solique deo viventes, ad quem et festinant, cuius etiam causa relictis saeculi turbis unam, quae ad ipsum tendit atque fert, semitam elegerunt. qua vero inde intra terram longissimo intervallo diffunditur, nullo fere silvarum aut arbustorum opacatur germine, sed qui idoneum solum exhibeat agricolarum industriae. procurrit vero versus solis or-

ἀποσκοποῦν, ἕως τινῶν ἄλλων ὀρέων ὑψηλῶν καὶ μεγάλων παρατεινόμενον, ἔνθα καὶ πόλις τις Βέῤῥοια καλουμένη κατῴκισται, καὶ αὐτὴ περιφανεστάτη τοῖς οἰκήτορσί τε καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις οἷς αὐχεῖ πόλις τὴν σύστασιν. ἐμπεριέχει δὲ τῷ διὰ μέσου χώρῳ τὸ πεδίον τοῦτο καὶ ἀμφιμίκτους τινὰς κώμας, ὧν αἱ μὲν πρὸς τῇ πόλει τελοῦσι, Δρουγουβῖταί τινες καὶ Σαγουδάτοι τὴν κλῆσιν ὀνομαζόμενοι, αἱ δὲ τῷ συνομοροῦντι τῶν Σκυθῶν ἔθνει οὐ μα-
P 323 κρὰν ὄντι τοὺς φόρους ἀποδιδόασι. πλὴν γειτνιάζουσιν ἀλλήλαις αἱ κῶμαι τὴν οἴκησιν, καὶ ἔστι καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις Θεσσαλονικεῦσιν οὐ μικρῶς συμβαλλόμενον, τὸ πρὸς τοὺς Σκύθας διὰ τῶν ἐμπορικῶν μεθόδων συναναμίγνυσθαι, καὶ μάλισθ' ὅταν ἔχωσι πρὸς ἀλλήλους καλῶς καὶ μὴ κινῶσιν ὅπλα τὴν μάχην ἐξαγριαίνοντα· ὃ δὴ καὶ πολλῷ τινὶ τῷ πάλαι χρόνῳ παρ' ἑκατέρων μελετηθέν, κοινότητα ζωῆς τὰς χρείας ἀλλήλοις ἀμείβουσι, θαυμασίαν τινὰ καὶ βαθεῖαν εἰρήνην ἐν ἑαυτοῖς συντηρούμενοι. ποταμοὶ δέ τινες παμμεγέθεις ἐκ τῆς Σκυθῶν ἐξορμώμενοι καὶ τὸ
B προλεχθὲν πεδίον καθ' ἑαυτοὺς διελόμενοι πολλὴν δαψίλειαν καὶ αὐτοὶ τῇ πόλει παρέχονται ταῖς τε χορηγίαις ταῖς ἀπὸ τῶν ἰχθύων καὶ ταῖς δι' αὐτῶν ἀπὸ τῆς θαλάσσης τῶν νηῶν ἀναδρομαῖς, δι' ὧν ἐπινοεῖται ποικίλη τις πρόσοδος τῶν χρειῶν τῶν ὑδάτων ἐκείνων συγκαταῤῥέουσα.

7. Ἀλλὰ γὰρ ἔλαθον ἐμαυτὸν μακράν, ἢ ὡς ἀπ' ἀρχῆς

15 ἐν om L 22 μακρὸν AL

tum, ad alios usque excelsos ac praegrandes montes protensus, ubi et civitas cui nomen Berrhoeae condita est, ipsa quoque habitatorum frequentia ac reliquis omnibus quibus se urbes iactare solent illustrissima. planities medio suo ambitu oppida promiscue continet, quorum aliqua urbis dicionis sunt eique contribuuntur, Drugubitae et Sagudati nomine, aliqua finitimae Scytharum genti, non longe dissitae, tributa solvunt. ceterum oppida e proximo habitantur, quod ipsum praeter alia in Thessalonicensium rem non parum conducit, dum quaestuosa mercatura Scytharum commercia ambiunt; tum praesertim cum utrique genti inter se bene convenerit, nec quibus ad praelia efferantur arma moverint (quod utique ab antiquis olim temporibus iis diligenter quaesitum), communibus vitae rationibus merces alias aliis commutant, admirandam quandam altamque inter se servantes pacem. item fluvii, iique ingentes, ex Scytharum regione erumpentes et, quem dicebam, agrum, inter se dividentes, ipsi quoque uberem urbi praestant annonam, tum piscium praestationibus, tum navium per eos e mari adscendentium vectura, quibus rerum ad vitae usum conducentium, una cum aquis illis confluens, varius excogitatus est proventus.

7. Enimvero imprudens nec nimis caute prolixius his de rebus

ὑπεσχόμην, τὸν περὶ τούτων παρατείνας λόγον. πεποίηκε δὲ τοῦτο ὁ περὶ τὴν πατρίδα πόθος, ἡδέως τῇ τε μνήμῃ συνεφελκόμενος, καὶ ταῖς ἀνατυπώσεσιν οἷον δοκῶν συνεῖναι τοῖς λεγομένοις, καὶ τὸ πρόθυμον καὶ ζητητικὸν τῆς σῆς φιλομαθοῦς ἀκοῆς, ἣν ἐξ ἀρχῆς παραθέσθαι πᾶσαν ἡμῖν καθυπέσχου, μηδενὸς ἄλλου περι- C σπῶντος αὐτὴν ἢ τοῦδε τοῦ διηγήματος ὑποσύροντος. ταῦτα δὲ οὕτως ἔχει. φιλοῦσι γὰρ ἀεὶ τὰ ποθούμενα τῶν πραγμάτων ἀνάγκης δεσμοῖς καὶ τὸν λέγοντα περὶ αὐτῶν κατέχειν καὶ τὸν ἀκούοντα· καὶ οὐκ ἂν οὕτως εὐχερῶς καὶ ῥᾳδίως οὔτε ὄψις τῶν ἡδίστων θεαμάτων οὔτε ἀκοὴ τῶν τερπνῶν ἀποστήσεται ἀκουσμάτων, οὔτε λόγος ἡδὺς τῆς ὁρμῆς ἀνακοπήσεται, μέχρις ἂν φθάσῃ τὸ πέρας πρὸς ὃ κατ' ἀρχὰς ἐπείγεται. πλὴν εἰ δοκεῖ, πάλιν ἀναδράμωμεν πρὸς αὐτὴν ἐκείνην τὴν πόλιν· μέχρι γὰρ τίνος ὡς ἐν κατόπτρῳ τὸν ἀνδριάντα διαμορφοῦμεν, καὶ ταῖς ἔξωθεν τῶν D χρωμάτων ποικιλίαις ἀπεικονίζειν πειρώμεθα τὸ ἀρχέτυπον, ἐξὸν αὐτοῖς ἐκείνοις ἐντυχεῖν διὰ τῶν καιρίων διηγημάτων τοῖς πράγμασιν, ὡς ἂν γνωριμώτερον εἴη τὸ ἀμυδρῶς πως παραδηλούμενον; Θεσσαλονίκην γάρ, ὁποία τυγχάνει, τῷ λόγῳ διαγράψαι καθ' ὅσον οἷόν τε κατ' ἀρχὰς ὑποσχόμενοι, καὶ τίς οὖσα πρότερον εἰς τί κεχώρηκεν ὕστερον, τοῖς περὶ αὐτὴν ὥσπερ ὑποκλαπέντες, καὶ τοῖς ἔξωθεν, ὡς ἂν εἴποι τις, μέχρι τοῦδε σχολάσαντες διηγήμασι, κινδυνεύομεν βραδύνοντες τὴν τῶν καιρίων διήγησιν. χρεὼν οὖν ἐστὶ καὶ πάλιν πρὸς αὐτὴν ἐπανιέναι τῷ λόγῳ καὶ τὸ πρῶτον περὶ P 324

orationem produxi quam ipse initio in me receperam. in causa fuit amor patriae, non insuaviter cum memoria distractus, rerumque imaginibus, aeque ac praesens, iis ipsis dicendisque infixus, nec non promptae ac exploratrices tuae sedulitatis aures, quas nobis concredere, nullo alio eas subtrahente nec ab ista narratione avellente, initio pollicitus es. et haec quidem ita se habent. ea enim quae amori habentur ac desiderantur, et narrantem et audientem necessitatis vinculis continuo solent colligare, ut non ita facile neque visus a iucundissimis spectaculis neque auris a suavissimis auditionibus avellatur, neque dulcis orationis impetus interrumpatur, donec terminum attigerit ad quem ab initio contendit. nihilominus, si lubet, ad eandem ipsam urbem recurramus. quousque enim velut in speculo statuam effingimus et variis aliunde quaesitis coloribus primum exemplar effigiare conamur, cum liceat illa ipsa per rerum necessariarum narrationem adire, ut apertius innotescat quod subobscure quodammodo indicatur? Thessalonicam siquidem, qualis est, oratione describere, quoad fieri potest, initio polliciti, et qualis cum esset antea, in quid postea redacta sit, pulchris quibus illa circum ambitu decoratur abrepti, et in exterioribus enarrandis, ut quispiam dixerit, hactenus immorati, parum est ut iis quae praecipua sunt ac necessaria enarrandis torpere videamur. operae pretium igitur est ut et ad ipsam iterum sermone redeamus, primamque

αὐτὴν καταμαθεῖν κἄλλο , εἶτα οὕτω γε τοῦ πάθους ἐξειπεῖν ἐν ὑστέρῳ τὸ μέγεθος, ἵνα ὅσον φανείη τῶν ἄλλων πόλεων ἀσυγκρίτως ὑπερτερεύουσα, τοσοῦτον ἀξία κριθείη παρὰ πασῶν θρηνεῖσθαι καὶ κατοικτίζεσθαι.

8. Εἴπομεν ὡς εὐρεῖά τις καὶ μεγάλη ἡ πόλις, καὶ τῷ περιέχοντι πολὺν τὸν διαμέσον χῶρον ἐναποκλείσασα. ἀλλ' ὅσον μὲν τοῦ τείχους τὴν χέρσον ἀποσκοπεῖ, ἐρυμνότατόν τέ ἐστι καὶ τῷ πάχει τῆς οἰκοδομῆς κατωχυρωμένον, τῷ ἔξωθέν τε προτειχίσματι τὸ ἀσφαλὲς πάντοθεν συντηροῦν, προβόλοις καὶ ἐπάλ- B ξεσιν ἅπαν καταπεπυκνωμένον, καὶ μηδεμίαν ἀνάγκην φόβου τοῖς οἰκήτορσι παρεχόμενον. τὸ δὲ πρὸς νότον αὐτοῦ χθαμαλόν τέ ἐστι παντελῶς καὶ πρὸς πόλεμον ἀπαράσκευον· οἶμαι γὰρ τῷ μηδεμίαν ὑφορᾶσθαι προσβολὴν βλάβης ἐκ τοῦ πρὸς θάλασσαν ὁ τεχνίτης πάλαι τῆς οἰκοδομῆς κατημέλησε. φέρεται δέ τις καὶ παλαιὸς λόγος μέχρις ἡμῶν φθάσας, ὡς ἀτείχιστος ἦν ἐξ ἐκείνου τοῦ μέρους ἡ πόλις χρόνους πολλούς, εἰ μὴ τῷ δέει ποτὲ τοῦ Μήδων Ξέρξου, πλωτὴν γῆν τεκτηναμένου καὶ κατὰ τῆς Ἑλλάδος στρατοπεδεύσαντος καὶ πολλῶν πληθὺν ἐπιφερομένου, ὁ τῶν Ῥωμαίων τὰ σκῆπτρα κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς ἰθύνων μικρόν τινα C καὶ ὡς ἐκ τοῦ παρατυχόντος φραγμὸν τῷ τῇδε περιέθηκε μέρει. ἀφ' οὗ δὴ χρόνου καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο τὸ αὐτὸ τοῦτο διαμεμένηκεν, οὐδέποτε τῆς ἐκεῖθεν βλάβης, ὡς ᾤετο, κἂν ἐν ὑπονοίᾳ

6 διὰ μέσον A: an διὰ μέσου? 9 πάντοτε P 10 φόβον A

illius pulchritudinem ac claritatem noscamus, ac tum deinceps eius, quam perpessa est, ruinae ac cladis magnitudinem referamus, ut quantum reliquis urbibus incomparabili excessu praestare videbatur, tantum digna iudicetur quam communi omnes luctu prosequantur eiusque miseratione ducantur.

8. Diximus quam latis pomeriis atque ambitu magnaque civitas, et quae vastum limitem eo intercludat: sed murus continentem versus tutissimus est et structurae crassitie munitissimus, exteriorique muro ac propugnaculo tuta undique munitione obseptus, propugnaculis et pinnis omni area constipatus, nec ullam oppidanis iusti timoris necessitatem praebens. pars illius ad notum humilis est ac prorsus depressa belloque plane inutilis. nam reor artificem, quod nullam antiquitus ex maris ora hostium aggressionem metueret, structuram neglexisse. fertur vero antiquo rumore, qui ad nostra haec tempora pervenit, urbem ex ea parte per multos annos omni muro septoque caruisse, ac donec Xerxis quondam Medorum regis timore (eius scilicet qui terram navigabilem fecerat et copiosis agminibus Graeciae bellum indixerat) Romanarum rerum dominator pusillo, et ut sese occasio tulerat, aggere eam partem circumsepsit; qui ipse agger ex eo tempore ad hoc aevi subsistit, nullam inde noxam atrocisque rei suspicionem unquam fore existimans. licet

τισὶν ἐσομένης. εἰ γὰρ καὶ πολλοὺς πολλάκις ἀνέτλη πολέμους καὶ λίαν σφοδροτάτους ἡ πόλις, τούς τε ἐκ τῶν βαρβάρων καὶ αὐτῶν δὲ τῶν συνομορούντων Σκυθῶν, πᾶν εἶδος ἀμυντηρίων κατ' αὐτῆς ἐπινοουμένων καὶ ψάμμου δίκην τῷ πλήθει τῆς στρατιᾶς εἰσρεόντων καὶ μηδὲ ὑποφέρειν τὴν ἀπειλὴν αὐτῶν φιλονεικούντων (καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἦσαν ἀκάθεκτοι ταῖς ὁρμαῖς καὶ ποικίλῃ τινὶ πανοπλίᾳ πεφραγμένοι), ἀλλ' ἦν ἄρα περίγειος ὥσπερ ἡ μάχη, καὶ διέφευγε τὰς ἐπιβουλὰς τῷ ἀσφαλεῖ τοῦ τεί- D *χους τὴν ἔφοδον ὑπεκκλίνασα, καὶ τῷ συνήθως αὐτῇ καὶ θερμῶς ὑπερμαχοῦντι, λέγω δὴ τῷ πανενδόξῳ μάρτυρι Δημητρίῳ, τὴν ἑαυτῆς σωτηρίαν καταπιστεύουσα. ἐκ πολλῶν γὰρ αὐτὴν κινδύνων ὁ σωσίπατρις οὗτος ἐρρύσατο, καὶ τὸ νικᾶν αὐτῇ καὶ μήπω τοῦ πολέμου πειραθείσῃ πολλάκις συμπαθῶς ἐδωρήσατο. ἀλλὰ ταῦτα ταῖς τῶν θαυμάτων αὐτοῦ βίβλοις ἐξηγῆσαι παραχωρήσαντες τοῖς ἑξῆς ἡμεῖς τῶν ἤδη λεχθέντων προΐωμεν.*

9. *Ἦν οὖν ταῖς ῥηθείσαις αἰτίαις ἀνωτέρα κινδύνου παντὸς ἡ πόλις. ἐξ ὅτου γὰρ ἡ κολυμβήθρα τοῦ θείου βαπτίσματος τὸ τῶν Σκυθῶν ἔθνος τῷ χριστωνύμῳ λαῷ συνεμόρφωσε καὶ τὸ* P 325 *τῆς εὐσεβείας γάλα κοινῶς ἀμφοτέροις διείλετο, πέπαυτο μὲν ἡ τῶν πόλεων στάσις, ἀνεῖτο δὲ τῆς ἐνεργείας ἡ τὰς σφαγὰς ἐπιτηδεύουσα μάχαιρα, καὶ τὰ προλεχθέντα τῷ μεγαλοφωνοτάτῳ τῶν προφητῶν Ἠσαΐᾳ ἐναργῶς ἐφ' ἡμῖν ἐπληροῦτο· αἱ μάχαιραι γὰρ*

5 *μηδὲν* A 11 *γὰρ αὐτῶν κινδύνων αὐτὴν ὁ* P 14 *ἐξηγεῖσθαι?* 17 *ἁγίου* P 19 *αἱ τῶν πόλεων στάσεις* P 22 *'Ισαΐᾳ* A

enim pleraque saepius bella, eaque crudelissima, civitas, tum barbarorum tum finitimorum Scytharum, machinamenta et oppugnantium astus varios excogitantium arenaeque exaequatis copiis influentium ac cunctos minis terrentium (erant namque effrenato impetu et armorum omni genere septi), sustinuerit, cum esset terrestris conflictus, insidias eludebat, huius muri securitate irruptionem declinans, solitoque atque ferventi suo defensori, gloriosissimo nempe martyri Demetrio, suam concredens salutem. ex multis enim periculis servator hic patriae ipsam liberavit, nec raro, cum necdum etiam bellum experta esset, victoriam perhumane concessit. verum haec libris qui de illius miraculis exstant narranda permittentes, ea prosequamur quae deinceps sequuntur.

9. Civitas igitur ob eas quas dicebam causas omnis periculi secura agebat. quo enim ex tempore Scytharum gens, sacri fontis aquis abluta ac Christiano populo sociata, pari illi munere pietatis lac sugere destinaverat, urbium desolationes finem habuerant; ad caedes instructi ensis mucro inhibitus erat retusumque ferrum, ac quae olim prophetarum vocalissimus Esaias (2 4) fuerat vaticinatus, nostro hoc aevo

ἡμῶν μετῆλθον εἰς δρέπανα καὶ αἱ ζιβῦναι εἰς ἄροτρα, καὶ πόλεμος ἦν οὐδαμοῦ, καὶ τὴν περίχωρον ἅπασαν εἰρήνη κατεπρυτάνευε, καὶ οὐδεμία ἦν εὐζωΐας ἀφορμὴ ἧς οὐκ εἰς κόρον ἡμεῖς ἀπελαύομεν, ἔνθεν αἱ τῆς γεωργίας ἀφθονίαι, ἐκεῖθεν αἱ τῆς ἐμπορίας χορηγίαι. γῆ γὰρ καὶ θάλασσα λειτουργεῖν ἡμῖν ἐξ
B ἀρχῆς ταχθεῖσαι πλουσίαν καὶ ἀδάπανον τὴν περὶ ἕκαστον ἐδωροφόρουν. ὧν γὰρ ἦν ἐνδεῶς ἢ καὶ ἀνεπιτηδείως ἔχουσα πρὸς καρπογονίαν ἡ γῆ, τούτων παρ᾽ ἑαυτῆς ἡ θάλασσα τὴν κτῆσιν μηχανωμένη καὶ ταῖς ὁλκάσι συνεισκομίζουσα ἀνενδεὲς τὸ λεῖπον ἐδίδου τοῖς χρῄζουσι. τί δὲ τῶν ἁπανταχόθεν ἐπιδημούντων εἴποιμι πρῶτον, καὶ μάλιστα οἷς ἐφιλοτιμοῦντο τοὺς πολίτας ἡμᾶς, τὰ παρ᾽ ἑαυτῶν διδόντες καὶ τὰ παρ᾽ ἡμῶν ἀντιλαμβάνοντες; λεωφόρου γὰρ δημοσίας τῆς πρὸς ἀνατολὴν ἀγούσης ἀπὸ τῆς δύσεως διὰ μέσου τῆσδε χωρούσης τῆς πόλεως, καὶ ἀναγκαίως πει-
C θούσης τοὺς παροδεύοντας πρὸς ἡμᾶς ἐνδιατρίβειν καὶ τὰ πρὸς τὴν χρείαν πορίζεσθαι, πᾶν ὁτιοῦν ἂν εἴποι τις τῶν καλῶν ἐξ αὐτῶν ἐκαρπούμεθά τε καὶ προσεκτώμεθα. ἔνθεν καὶ παμμιγής τις ὄχλος ἀεὶ περιεστοίχει τὰς ἀγυιὰς τῶν τε αὐτοχθόνων καὶ τῶν ἄλλως ἐπιξενουμένων, ὡς εὐχερέστερον εἶναι ψάμμον παράλιον ἐξαριθμεῖν ἢ τοὺς τὴν ἀγορὰν διοδεύοντας καὶ τῶν συναλλαγμάτων ποιουμένους τὴν μέθοδον. ἐντεῦθεν χρυσίου καὶ ἀργυρίου καὶ λίθων τιμίων παμπληθεῖς θησαυροὶ τοῖς πολλοῖς ἐγίνοντο, καὶ τὰ

19 ὡς om A   21 ποιουμένων P

adimpleta conspiciebantur. nostri enim gladii transierant in falces et lanceae in vomeres, nec usquam bellum erat; omnesque ubique finitimae gentes in pace agebant; nullaque erat commodioris vitae ratio ac occasio, qua non affatim frueremur. inde frugum ubertas, inde mercaturae emolumenta. terra enim et mare ab initio ad praestandum nobis obsequium constituta uberem sponteque paratam quandoque suam gratiam munusque conferebant. quae enim terra minus suppeditabat aut ex se proferre non satis erat idonea, haec mare, mercimoniorum solertia comparata atque navibus invecta, quod egentibus deerat, abunde supplebat. quid vero undequaque adventantium primum dixerim, ac quibus praecipue nos cives amice accipiebant, sua tribuentes atque vicissim nostra recipientes? nam cum via publica ab occasu ad ortum per mediam hanc urbem duceret, cogeretque viatores in ea moras interponere et quae in usum suum essent parare, quicquid quis bonorum dicat, ex illis consequebamur nobisque proveniebant. hinc promiscua ex omni hominum genere multitudo, tum indigenarum tum quoquo modo hospitio receptorum, plateas semper circuibant; ut facilius sit arenas maris numerare quam eorum qui forum occupabant ac qui commerciis miscebantur censum inire. hinc auri argenti et pretiosorum lapidum ingentes ac copiosi thesauri vulgo accrescebant; vestesque sericae perinde atque aliis la-

ἐκ Σηρῶν ὑφάσματα ὡς τὰ ἐξ ἐρίων τοῖς ἄλλοις ἐπινενόητο. περὶ γὰρ τῶν ἄλλων ὑλῶν, χαλκοῦ καὶ σιδήρου κασσιτέρου τε καὶ μολίβδου καὶ ὑέλου, οἷς αἱ διὰ πυρὸς τέχναι τὸν βίον συνέχουσι, D καὶ μνησθῆναι μόνον παρέλκον ἡγοῦμαι, τοσούτων ὄντων ὡς ἄλλην τινὰ δύνασθαι πόλιν δι' αὐτῶν δομεῖσθαί τε καὶ ἀπαρτίζεσθαι.

62. Verum adversum nos, qui diversis ex causis ferrum evasissemus, a tyranno rursus aliud promulgatur decretum, ut scilicet, qui ex nostris essent, iique praecipue qui navigationis incommoda sufferre posse visi essent, inter duces divisi, in unamquamque barbaricarum navium quini intromitterentur, inque eis servarentur, ea scilicet ratione ut dictae iam commutationis causa Tarsum mitterentur: reliqui vero, velut inhabiles et nulli usui, si abducerentur, quin immo oneri minime proficuo futuri, visum est ut urbi dimitterentur. sed ne id quidem ulla

τινὸς ἕνεκεν, οὐδ' ὅτι τῷ θεῷ παρεῖχε, καθώς τινες τοὺς βαρβάρους πράττειν ἀλόγως φιλονεικοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο μετά τινος μεθόδου καὶ μοχθηρᾶς ἐπινοίας, ἵν' ἐν μηδενὶ φανείη τῶν πεπραγμένων ἀσυντελής, ᾧ μὴ κέρδος ἑαυτῷ συμπορίσοιτο. ἀκρι- D βῶς γὰρ εἰδὼς ὡς μετὰ μικρὸν ἔσεσθαι μέλλει τῶν αἰχμαλώτων ἡ διὰ τῆς καταλλαγῆς ἀπολύτρωσις, ἐσοφίσατο μηδὲ τούτους εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν ἐλευθερίας τυχεῖν. καὶ σκόπει τὸ πανοῦργον τοῦ δράματος. ἐρχομένοις γάρ τισι μετὰ τὸ τὴν πόλιν ἁλῶναι, τοῖς ὁπωσδηποτοῦν διαδρᾶσι, καὶ τοὺς ἰδίους αἰχμαλώτους ὠνουμένοις, συνείπετο μετ' αὐτῶν καί τις ἀνὴρ καλούμενος Συμεών, φρονήσει βεβηκὼς καὶ διὰ πείρας ὢν πολλῶν πραγμάτων, ὃς ἦν πρὸς τοῦ βασιλέως σταλεὶς δι' αἰτίαν τινὰ χρειώδη πρὸ μικροῦ τῇ πόλει, περὶ ἧς νῦν οὐκ ἀναγκαῖον εἰπεῖν. τούτοις οὖν καθ' ἑκάστην μέχρι τῶν ἡμερῶν τοῦ ἀπόπλου συχνῶς ἐρχομένοις ἀνεκοινώνησε τὴν κατὰ τῶν εἰρημένων βουλὴν ὁ δεινὸς οὗτος Λέων, P 369 εἰπὼν πρὸς αὐτούς (63) ὡς ἐγὼ ἀπεχθῶς, φησί, φερόμενος ἐξ ἀρχῆς καθ' ὑμῶν οὐκ ἔκρινον ζωῶσαι τῶν ἁλόντων οὐδένα· τίς γὰρ ἐκ θεοῦ μισθὸς πολεμίοις ἀνδράσιν ἐν καιρῷ νίκης τὸν θάνατον συγχωρεῖν, ὃν αὐτοὶ μᾶλλον ἐτέκταινον καθ' ἡμῶν; ἀλλ' ἐπειδὴ χρεία τις ἐπείγει, καθ' ἣν ἐστιν ἐπάναγκες ζωωθῆναι τούτους, εἴπερ αἰσίου τύχοι τοῦ πέρατος, περὶ τούτου καθ' ἑαυτοὺς ὑμεῖς σκέψασθε. ἐπείγομαι γὰρ ἤδη τοῦ καιροῦ με καλοῦντος πρὸς τὴν ἰδίαν ἀποπλεῖν πατρίδα. δύνασθε οὖν ἀντιποιη-

4 συμπορίσαιτο P

lenioris animi humanitate edixit, nec deo aliquid exhibiturus, uti barbaros facere nonnulli stulte contendunt, verum id quoque artificio peraeque singulari improboque commento, ne quid non in suas rationes ac lucra constituisse videretur. cum enim optime sciret non diu post captivos per commutationem fore redimendos, hoc quoque excogitaverat, ne hi temere et quasi oblatam sponte libertatem consequerentur. et considera callidum hominis consilium. venientibus enim nonnullis post urbis excidium, qui eius utcunque ruinam casumque evaserant, suosque captivos redimentibus, una cum eis advenerat vir cui Symeoni nomen erat, adulta prudentia et multarum rerum experientia celebris. ille paulo ante ab imperatore negotii cuiusdam necessarii causa missus fuerat, de quo nihil impraesentiarum dicere interest. his itaque quotidie confertimque ad navium usque recessum venientibus, consilium suum adversus iam dictos immitis Leo hisce communicavit. (63) "ego" inquit, "quo in vos odio a principio excitus eram, statueram nemini captivorum vitae indulgentiam facere. quae enim ex deo merces est, hostibus favente victoria mortem condonare, qui ipsi eam in nos sedulo machinarentur? cum tamen utilitas quaedam urgeat, qua necesse sit ut sic vivi serventur, siquidem fortunatum finem res sortiatur, de hoc vobiscum ipsi deliberate. festino enim, poscente iam tempore, ad propria remeare. in

θῆναι τούτων ὄντων διακοσίων τὸν ἀριθμὸν δι᾽ ἐγγράφου ἐγγύης, ὡς λαβεῖν ἡμᾶς ἀντ᾽ αὐτῶν ἐν τῷ καιρῷ τῆς καταλλαγῆς ἰσαρίθμους Ἀγαρηνούς, πεῖσαί τε τὸν κρατοῦντα τῶν Ῥωμαίων τὰ B σκῆπτρα μηδεμίαν περὶ τούτου ἀμφιβολίαν ἔχειν, ἀλλὰ συνθέσθαι ὑφ᾽ ὑμῶν πεπραγμένοις; ἢ δεδίττεσθε μὲν τὴν ἐγγύην ὡς μὴ ἐν ὑμῖν κειμένην, ἄδηλον ὂν εἰ παραδεχθήσεται ὑπ᾽ ἐκείνου ἢ μή, ἐν οὐδενὶ δὲ τίθετε τοσοῦτον κακόν, μικρᾶς προθυμίας μέγαν προξενοῦντες τοῖς ὁμοφύλοις τὸν ὄλεθρον; εἴπατε οὖν ὁποτέρῳ τούτων στοιχεῖτε, ἵν᾽ ἑνί γε τὴν ψῆφον δῶμεν, ἢ τοῦ ζωῶσαι ἢ τοῦ ἀπαλλάξαι αὐτούς. ὁ οὖν ῥηθεὶς Συμεών, ἅτε δὴ τῶν ἄλλων προέχων, πρὸς αὐτὸν ἔφη "ἐγὼ ταύτην τὴν ἐγγύην μόνος C κατεγγυῶμαι, σαφῶς εἰδὼς τὸ περὶ πάντα φιλάνθρωπον τοῦ καθ᾽ ἡμᾶς αὐτοκράτορος, καὶ ὡς δίχα λόγου παντὸς παρέξεται τούτων ἕνεκεν, ἐξ ὧν ἔχει δεσμίων Ἀγαρηνῶν, τοσούτους ὅσοι καὶ οὗτοι τυγχάνουσιν ὄντες· οὓς καὶ αὐτὸς ἐγὼ τῇ Ταρσῷ διακομίσω, ἵν᾽ ἐπ᾽ ἐμοὶ πάλιν τὰ περὶ τῆς ἐγγύης λυθῇ, καὶ μηδὲν ἔχῃς κατ᾽ ἐμοῦ προφέρειν, ἐπὰν τὴν ὀφειλὴν ἐκπληρώσω. μόνον τύχωσι κἂν οὗτοί τινος σωτηρίας, ἵνα συλλέξαντες ταφῇ δῶσι τῶν ἀποιχομένων τὰ σώματα, ἃ διὰ πάσης τῆς πόλεως κείμενα καὶ αὐτὸν τὸν ἀέρα πρὸς θρῆνον ἐφέλκεται." ταῦτα ἀκούσας ὁ κακοήθης ἐκεῖνος, ἔγγραφόν τε πείσας τὸν αὐτὸν Συμεὼν καὶ ἐνώμοτον D παρασχεῖν τὸν περὶ τῶν συνθηκῶν τούτων λόγον, ἀπολυθῆναι

vosne valetis recipere, cum hi sint numero ducenti, fidei iussione scripto consignata, nos pro eis commutationis tempore totidem ex nostris (Agarenos scilicet) recepturos, suasurosque Romanorum sceptra moderanti ut nullam eius rei causa ambiguitatem afferat, sed his quae pacta a vobis erunt assensum praebeat? an fidem dare formidatis, quasi non in vestro sita arbitrio pollicitatio sit, ac velut incertum habeatis, sitne ille ratam habiturus necne? remque nihili grande adeo malum ducatis, tantum scilicet popularibus vestris, minori vestra in illos alacritate ac pietate, procurantes interitum? ergo dicite utrum probetis; quo unam in partem lata sententia, hosce vel vita superstites servemus vel victorum iure contrucidemus." tunc dictus Symeon, ut qui aliis dignitate praestaret, ad eum infit. "unus ego hanc in me sponsionem recipio, ut qui clementissimi imperatoris in omnibus humanitatem explorate compertam habeam, fore nimirum ut citra omnem disceptationem iurgiumque tanto numero vinctos Agarenos contribuat, quanto sunt quos hic in spoliis habetis captivos; quos ego ipse Tarsum adducam, ut in me rursus fidei iussio dissolvatur, nihilque in me proferre possis, postquam debitum exsolvero. tantum hi salute aliqua potiantur, ut defunctorum cadavera colligentes sepulturae tradant, ipsa tota urbe proiecta ipsumque aërem diro rei conspectu ad luctum trahentia." his nequissimus ille auditis, suasoque Symeone ut pacta illa scripto consignata iureiurando firma-

πάντας ἐκείνους τοὺς ἐξ ἡμῶν περιττεύσαντας ἄνδρας ἐπέτρεψεν.

64. *Ἐπειδὴ δὲ τὰ περὶ τούτου καλῶς εἶχεν αὐτῷ καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ ἦν τὸ πανούργευμα, ἕτερον πάλιν οὐκ ἔλαττον τούτου τῇ δολιότητι τῶν φρενῶν ἐπενόησε. πυρποληθῆναι γὰρ ἅπασαν τὴν πόλιν προσέταττεν, ἵν' ᾖ καὶ τοῦτο αὐτῷ οὐ τὸ τυχὸν παρεμπόρευμα· ᾔδει γὰρ ὡς οἱ τοὺς αἰχμαλώτους ὠνούμενοι οὐδὲ τοῦτο πράττειν αὐτὸν ἐξ ἀνάγκης ἀνάσχοιντο, αἱρούμενοι μᾶλλον αὐτοὺς ἐκείνους καταπρησθῆναι ἢ τοιοῦτόν τι κἂν ἀκοῇ παραδέξασθαι.*
P 370 *μήπω γὰρ τῶν βαρβάρων διὰ μέσου τῆς πόλεως τὴν φλόγα διασπειράντων, ἀλλ' ἔτι τὰς πλησιαζούσας τῇ θαλάσσῃ πυρπολούντων οἰκίας, μόνον ὅτι πρὸς τὸ καταβάλλειν τὰς ὑπὲρ τῆς πόλεως τιμὰς οἱ παρόντες πρὸς ἀλλήλους ἐκύρωσαν, καὶ πάλιν πρόσταγμα πανταχοῦ διεπέμπετο παύεσθαι τῆς οἰκείας συνεργίας τὸ πῦρ, ὡς εἰς χρηστὸν αὐτῷ πέρας καὶ ταύτης προελθούσης τῆς ἐπινοίας. οἱ γὰρ ἄνδρες ἐκεῖνοι σὺν τῷ ῥηθέντι Συμεών, μὴ ἔχοντες ἀλλοθέν ποθεν καταβάλλεσθαι τὴν περὶ τούτου ποσότητα, τὰ δύο ὑπέσχοντο τοῦ χρυσίου τάλαντα ἅπερ ἦν ὁ θανὼν ἐκ τῶν ῥοπάλων*
B *εὐνοῦχος πρὸς τὸν Στρυμόνα ἐξαποστείλας· ἃ καὶ θᾶττον ἀγαγόντες διά τινων ταχυδρόμων ὅθεν ἐκρύπτοντο, καὶ τοῖς βαρβάροις ἐναριθμήσαντες, οὕτως τὴν πόλιν τῆς πυρκαϊᾶς ἐσώσαντο.*

65. *Ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ τοῦτο πέρας εἰλήφει, καὶ οὐκ ἐνέλιπεν οὐδὲν ὃ τοῖς ἀκορέστοις ἐκείνοις ὀφθαλμοῖς ὑπόθεσις χρυσίου*

3 *δὲ*] *καὶ* AP   4 *πανούργημα* P   14 *ἐνεργείας*?

ret, omnes illos qui ex nobis iustum numerum excedebant dimitti mandavit.

64. Cum hoc quoque in rem suam rite peregisset ac sibi fraudem tuto statuisset, non minori aliam calliditate instruxit. iubet enim omnem civitatem incendi, ut hoc quoque non vulgari sibi lucro cederet. nec immerito: sciebat enim eos qui captivos redimebant id nunquam omnino permissuros; ita nimirum ut illi ipsi flammis incendi mallent, quam ut vel solo auditu eiusmodi aliquid acciperent. nondum enim per mediam civitatem illata barbaris flamma atque dispersa, sed cum adhuc aedes mari vicinas comburerent, mox qui aderant cives pro civitate pretium numerare immobili inter se consilio statuunt. hincque adeo rursus iussa ubique sparguntur, ignem ab aedibus submovendum esse, cum haec quoque machina illi prospere cessisset. qui enim cum laudato Symeone viri comitabantur, quod aliunde non suppetebat unde summam numerarent, duo auri talenta daturos spopondere, quae eunuchus fustibus mactatus Strymonem dimiserat; quibus etiam inde ubi recondita erant per veloces cursores cito advectis atque barbaris numeratis, per eum modum civitatem ab incendio illaesam servaverunt.

65. His quoque ad optatos fines perductis, cum nihil superaret quod viri insatiabilibus oculis auri extorquendi ratio non fuisset, nec

μὴ ἐγεγόνει, ἔδει δὲ μὴ ἐπὶ πολὺ καρτερεῖν τῷ τόπῳ, ἀλλὰ φροντίζειν καὶ τῶν κατὰ τὸν πλοῦν συμπτωμάτων μᾶλλον τῷ καιρῷ τούτῳ τοῖς πλωτῆρσιν ἐγγινομένων, τότε δὴ περὶ μεσημβρίαν ὄντος τοῦ ἡλίου τῇ δεκάτῃ τῆς ἁλώσεως ἡμέρᾳ τοῦ λιμένος ἐξωρμήσαμεν καὶ πρὸς τὴν ῥηθεῖσαν Ῥωμαίων πύλην μετήχθημεν, τὸ C λοιπὸν ἐκεῖσε τελέσοντες τῆς ἡμέρας. ἦμεν οὖν ἡμεῖς οἱ πέντε, καθὼς ἐχειρώθημεν, εἴς τινα ναῦν τοῦ ἀρχηγοῦ τοῦ κατ' Αἴγυπτον στόλου, οὗ καὶ προσδεηθεὶς ἦν ὁ ἐμὸς πατὴρ διά τινος ἑρμηνέως (οὐδὲ γὰρ ᾔδει λαλεῖν καθ' ἡμᾶς) προστάξαι τοῖς ὑπ' αὐτὸν δορυφόροις ἀγαγεῖν ὅθεν ἂν ἦσαν διασπαρέντες οἱ κατὰ συγγένειαν ἡμῖν πλησιάζοντες. ὃ δὴ καὶ παρὰ μικρὸν ἐτελεῖτο ἄν, εἰ μὴ κἂν τούτῳ παρεμποδὼν γέγονε τὸ πλῆθος τῶν ἡμετέρων κακῶν, καὶ πρὸς τὴν ἔρευναν ἀποκνῆσαι τοὺς ἀπεσταλμένους πεποίηκε. τὴν γὰρ μητέρα τὴν ἐμὴν καὶ τῶν ἄλλων ἀδελφῶν ἕνα, τῶν μὴ κατ' ἀρχὰς μεθ' ἡμῶν ληφθέντων, ἔτι δὲ καὶ τὴν τοῦ D ἀδελφοῦ γαμετὴν τὸ τάχος, ὅθεν ὑπῆρχον, πρὸς ἡμᾶς ἠγάγοντο· τὴν ὁμόζυγα δὲ τὴν ἐμὴν σὺν τρισὶ νηπίοις καὶ τὴν ὑποβεβηκυῖαν κατὰ τὴν γέννησιν ἡμῶν ἀδελφὴν μετὰ καὶ ἄλλου πλήθους τῶν προσηκόντων οὔτε ἀνευρεῖν ἠθέλησαν, οὔτε δὲ ἀνευρόντες ἴσως ἀγαγεῖν πρὸς ἡμᾶς ἠβουλήθησαν, ἀλλ' ἦσαν ἄλλος ἀλλαχῇ τῷ κοινῷ πλήθει καὶ ταῖς νιφάσι τῆς ἐξ ἡμῶν βαλλόμενοι διαιρέσεως. ὅμως ἐκαρτεροῦμεν ὡς ἐν δεινοῖς καὶ τὴν ἐξ ἀλλήλων κατατομήν, εἰ καὶ ὅτι παντὸς ἀνιαροῦ πεῖραν τὰ καθ' ἡμᾶς ὑπερέβαλλεν.

6 τελέσαντες AP   16 τ' ἀδελφοῦ A   19 οὐκ pro οὔτε ante ἀνευρεῖν P

diutius illic ei morandum foret, sed de navigationis potius eventibus, per id tempus navigantes appetere solitis, anxie cogitandum, tunc scilicet, cum sol medium circiter caeli axem teneret, decimo excidii die, e portu enavigantes atque ad Romanam portam devecti reliquum diei ibi peregimus. eramus nos quinque, quemadmodum capti fueramus, in quadam Aegyptiacae classis ductoris nave. quem et pater meus per unum interpretum, quippe cum lingua nostra loqui nesciret, rogaverat ut missis stipatoribus omnes nobis affinitate coniunctos atque propinquos, ubicunque dispersi essent, adduceret; quod et prope factum esset, nisi hic quoque malorum nostrorum multitudo obstitisset, eosque qui missi fuerant ad investigandum segniores reddidisset. nam matrem meam et ex aliis fratribus unum, qui initio nobiscum capti non fuerant, necnon et fratris uxorem, cito, unde erant, ad nos deduxerunt: meam vero uxorem cum tribus infantibus, et ultimo loco post nos omnes natam sororem cum affinium turba reliqua nec invenire voluerunt, nec forte inventos, ut adducerent, in animum induxerunt: sed erant alius alibi communi vulgo convoluti, nostraeque divisionis nimbis onerati. sustinebamus tamen, ut in malis iisque dire accepti, hoc quoque, quod eramus alii ab aliis dissecti, etsi res nostrae genus omne angoris molestiaeque excederent.

66. Ἤδη δὲ τοῦ πλοὸς ἄρχεσθαι μέλλουσι στρέβλας
P 371 τινὰς τοῖς ποσὶ πᾶσιν ἡμῖν ἐπιθέντες οἱ βάρβαροι, οὕτως καθ'
ἕνα ταῖς ναυσὶν ὥσπερ ἄψυχόν τινα διεστοίβασαν ὕλην, μὴ ἐν-
διδόντες κἂν ἐλεύθερον ἀναπνεῖν τὸν ἀέρα, ἀλλὰ καὶ τοῦτον τῇ
συνεχείᾳ τοῦ πνιγμοῦ συναπείργοντες. οὕτω γὰρ ἡμᾶς ἐν ἀλλή-
λοις ἐπισυνῆψαν ὡς ἓν ἀδιάσπαστον ὁρᾶσθαι σῶμα τὴν πληθὺν
ἅπασαν, μηδ' ὅλως διισταμένην ἢ ἀπερρηγμένην τῆς συνεχοῦς
ἐκείνης πιλήσεως. ἀλλ' ἐπειδὴ κατὰ δύσιν ὁ ἥλιος ἦν καὶ πρὸς
τὸν νυκτερινὸν γνόφον ἔληγε τὸ φῶς τῆς ἡμέρας, ἐπινίκιόν τι
μέλος τοῖς τε κυμβάλοις καὶ τυμπάνοις ἀποκρουσάμενοι, καὶ τὸν
B ὑπὲρ κεφαλὰς ἀέρα ταῖς διὰ τῶν ξιφῶν ῥιπίσεσι περιαστράψαντες,
οὕτως μετὰ βαθεῖαν ἑσπέραν ἄσημόν τινα καὶ τραχὺν ἀλαλαγμὸν
ἐπαφέντες καὶ τὰς ἀγκύρας τῶν νηῶν ἀνασπάσαντες τῆς γῆς ἀπε-
δίδρασκον. ἦν δὲ ἀκούειν ὅπως ἡσυχῇ μόνον τὸ πλῆθος κατεστε-
νάζομεν τῆς πατρίδος, καί πού τινα πρὸς τὸν θεὸν ἐν τῷ ἀφανεῖ
τῆς ψυχῆς ἕκαστος ἡμῶν ἠφίει φωνήν, ὅσοις ἂν αὐτὸς βούλοιτο,
παιδευτικοῖς πειρασμοῖς ὁμιλήσαντας καὶ πάλιν ἀποδοθῆναι τῇ
θρεψαμένῃ, καὶ μὴ εἰς τέλος ἐγκαταλειφθέντας ἀνέλπιστον ἔχειν
τὴν ἐκ τῶν λυπούντων ἀπαλλαγήν.

67. Ὡς δὲ τοῦ πλεῖν ἤδη πρὸς ὄρθρον οὔσης τῆς νυκτὸς
ἀπηρξάμεθα, εἶχε μὲν ἡμᾶς καὶ ἄλλων δυσχερῶν ἀνάγκη πολλῶν,
C τοῦ λιμοῦ, τῆς δίψης, τῆς συνεχείας ὁ ὑπωπιασμὸς (καὶ γὰρ
κατὰ μόνην τὴν ναῦν ἔνθα ἦμεν ἡμεῖς ὀκτακοσίων αἰχμαλώτων

1 δὲ om A   11 κεφαλῆς A   15 που om P

66. Dum vero iam navigationem parant, tortis quibusdam ac cuneis nostrum omnium pedibus impositis, sic unum post alium velut inanime quoddam pondus barbari navibus constipant, nec vel libero aëre respirare concedentes, sed hunc quoque continua suffocatione trudentes. sic enim alios aliis adstrinxerunt, ut omnis multitudo unum indivulsum corpus videremur, nulla prorsus separatione disiunctum aut a continua illa constipatione abruptum. quia vero solis iam occasu diei lux in noctis tenebras ac caliginem ibat, victoriae melos quoddam cum cymbalis atque tympanis pulsantes, aëremque capitibus affusum ensium circumductibus collustrantes, sic ad multam noctem incondito horrendoque ululatu producto atque ancoris navibus avulsis e terra profugerunt. audisses multitudinem partim tacite solum patriam gemitu deplorare; partim nostrum quemlibet in cordis occulto missa ad deum voce supplicare, ut quibus ipsi liberet, malis salubriter castigatos denuo patriae redderet, neque in finem deserens nulla spe liberationis in illis versari in perpetuum sineret.

67. Ut iam autem diluculo discussaque nocte navigare coepimus, tum alia nos quoque plura mala conficiebant, famis, sitis, ipsa compressio exque ea sugillatio (in una enim illa navi, in qua nos vehebamur,

ψυχῶν ἀριθμὸς ἦν, δίχα τῶν ἐν αὐτῇ βαρβάρων, διακοσίων καὶ αὐτῶν ὄντων), πρὸς τούτοις δὲ καὶ τῶν κομιδῇ νηπίων ἡ ἐλεεινὴ βοὴ μηδαμῶς δυναμένων φέρειν τῶν μοχθηρῶν τὴν ἐπίτασιν, ἀλλ' οὐδὲν ἢ θάνατον αὐτοῖς ἐπισπεύδουσαν ἄωρον. πλείω δὲ πάντων ἡ κατὰ τὴν γαστέρα χρεία, ἧς οὐκ ἦν μηδεμίαν μέθοδον ἐφευρεῖν, τῆς φυσικῆς ἀνάγκης κατεπειγούσης πρὸς τὴν διέξοδον· τὴν γὰρ αἰδῶ τοῦ πράγματος πολλοὶ προτιμῶντες καὶ καρτερεῖν τὴν βίαν μὴ σθένοντες συχνῶς ἐκινδύνευσαν. πλὴν τῆς ἡμέρας ἀρχομένης τὸν ἀγκῶνα παραπλεύσαντες τοῦ ῥηθέντος Ἐκβόλου, D ἀνήχθημεν περὶ δείλην βαθεῖαν εἴς τινα τόπον Βολβὸν καλούμενον, ἔνθα τινὲς ἱππεῖς ἐφάνησαν ἀπὸ τῆς γῆς ἐρχόμενοι πρὸς ἡμᾶς. οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ καὶ πρῴην ἐν τῇ πόλει παραγενόμενοι, ῥητάς τινας γυναῖκας ὠνήσασθαι θέλοντες, ἃς τὸ τάχος οἱ βάρβαροι τῶν νηῶν ἐξενεγκόντες ἀπέδοντο, πολὺ χρυσίον ὑπὲρ αὐτῶν κομισάμενοι.

Ἐκεῖθεν δὲ πάλιν ἀναχθέντες κατήραμεν περὶ τὰ τέλη τῆς νήσου τῆς καλουμένης Παλλήνης· καί τι μικρὸν ἐκεῖσε καθησυχήσαντες, τοῦ πνεύματος ἐπιτηδείου ὑπάρχοντος καὶ αὖθις πρὸς ἑσπέραν ἐσπάσθησαν τὰ ἱστία, ἃ καὶ διαπρησθέντα τῇ σφοδροτάτῃ ῥύμῃ τοῦ πνεύματος ἦγον ἡμᾶς φερομένους βιαίως, ἕως τῆς P 372 ἐφεξῆς κατ' ἀρχὰς ἡμέρας εὑρέθημεν εἴς τινα τόπον Διαδρόμους παρὰ τῶν ναυτιλλομένων ὀνομαζόμενον, δύο μὲν ἔχοντα νήσους

4 ἀλλ' οὐδὲν ἢ] ἀλλὰ A   5 τὴν om P   8 ἐκινδύνευον A
9 προρρηθέντος A   14 ὑπὲρ] ὑπ' P   20 ἕως ἐφεξῆς τῆς AP
21 τινας τόπων A

ad octingenta captivorum capita censebantur, praeter barbaros, qui ipsi in ea ducenti erant), tum praeterea infantulorum voces atque clamores, nulla ratione vim tantam malorum ferre valentium, ac quibus aliud nihil quam mors immatura iis celerabatur. sed omnium maxime enecabat alvi resolutio, cui sane nullo remedio occurri poterat, naturali necessitate recrementa foras expellente. multi namque rei ipsa necessitate pudorem pluris facientes, nec vim tolerare valentes, haud raro in discrimen adducebantur. ceterum clara iam luce memorati Ecboli sinu praeternavigato, et in serum vesperum declinante iam die, Bolbum quem vocant pervenimus; quo loco nonnulli equites ad nos accesserunt (erant hi qui et antea in urbem venerant) certas quasdam matronas redempturi; quas barbari actutum navibus eductas, ingenti auri vi pro eis accepta, dediderunt.

Inde vero rursus educti Pallenes insulae extremis haesimus; dumque ibi paululum immoramur, secundo vento flante ad occidentem rursus vela impulsa sunt; quae validissimo venti impetu inflata violenter nos deferebant, donec sequentis diei initio locum a nautis Diadromus nuncupatum attigimus. is habet duas insulas, utrinque longo limite exten-

ἀμφιμήκεις ἐξ ἐναντίας ἀλλήλων, μέσον δὲ τούτων ποταμοῦ δίκην τὴν θάλασσαν παραθέουσαν καὶ τὰς νήσους ὡς ἀπὸ σταδίου καὶ μόνον ἐξ ἀλλήλων διείργουσαν. ἔνθα δὴ καὶ γενόμενοι νηός τινος δυστυχοῦς σίτου πεφορτισμένης περιετύχομεν, καὶ οὕτως ἀθρόον ὡς μηδὲ δυνηθῆναι τῷ αἰφνιδίῳ τῆς συμβάσεως τοὺς ἐν αὐτῇ σωτηρίας ἐχόμενόν τι προσεξευρεῖν. εἰ γὰρ καὶ ἔδοξαν πρὸς τὴν παρακειμένην νῆσον τὴν ναῦν ἐποκεῖλαι καὶ πρὸς φυγὴν ἐκτραπῆναι, B ἀλλ' οὐδὲν ἐκ τούτου ἀπώναντο· θᾶττον γὰρ αὐτοὺς ἐξελθόντες οἱ βάρβαροι συνελέξαντο, καὶ χωρὶς ἑνὸς μόνου πάντας πρὸς θάνατον ὑπηγάγοντο.

Ἐκεῖθεν δὲ πάλιν ἀπάραντες ἐπὶ δυσὶ νυχθημέροις τὴν μεγάλην νῆσον παρεπλέομεν τῆς Εὐβοίας, καὶ κατὰ τοῦ βορειοτέρου ταύτης πελάγους ἰθύναντες τὰ ἱστία, τὰ παρὰ πόδας τῆς Ἄνδρου μετά τινος σφοδροτάτου ῥοιζήματος κατελάβομεν. οὐ γὰρ ἐποιούμεθα κατ' εὐθεῖαν τὸν πλοῦν, οὐδὲ κατά τινος ὡρισμένου τόπου, ἀλλ' ὡς ἂν ἔδοξε τοῖς τῶν νηῶν ἀρχηγοῖς, τῇδε κἀκεῖσε τὰς μεταβάσεις καὶ ἀντιστροφὰς ἐποιούμεθα. καὶ γὰρ ἐδεδίεσαν μή που τύχοι παρὼν ὁ τῶν Ῥωμαίων στόλος, καὶ λάθοι κατ' αὐτῶν ἐπί- C νοιάν τινα μοχθηρὰν ἐργασάμενος. διὰ τοῦτο ἄλλοτε ἄλλας νήσους καθάπερ τινὲς πλανῆται περιηρχόμεθα.

68. Οὕτω δὲ φερόμενοι κατηντήσαμεν εἴς τινα νῆσον Πάτμον καλούμενον· ἔνθα δὴ καὶ προσεμείναμεν ἓξ ἡμέρας, παντὸς χαλεποῦ πεῖραν ἐν αὐτῇ καθυπομένοντες. ἀνύδρου γὰρ

6 προεξευρεῖν A   13 Ἄντρου AP   17 ἐδεδίησαν AP

sas, sibi adversas; inter quas veluti fluvius mare praeterfluens insulas unius duntaxat stadii spatio dividit. ubi huc venissemus, infortunatam in navem incidimus, frumento onustam, sicque repente ut ex subitaneo eventu, qui in ea vehebantur, nautae nihil moliri potuerint, quo suae consultum saluti esset. quanquam enim videbantur ad insulam adiacentem navem detrusisse ac fugam capessivisse, nihil inde tamen commodi retulere: quam ocissime enim egressi barbari comprehensos omnes, uno duntaxat excepto, contrucidant.

Hinc denuo navigantes duos dies ac noctes Euboeae magnae insulae oram legebamus; versusque mare magis boreale directis velis prope Andrum, non sine immani ventorum sibilo, pervenimus. neque enim recta navigabamus neque certa ad loca, sed hac atque illac, pro eo ac navarchis videbatur, aliud alio obversimque iter mutabamus. timebant enim ne quo loco Romana classis consisteret, adversumque incautos sinistrum aliquid molita damnum inferret. propterea que ad alias atque alias insulas perinde atque errones circumferebamur.

68. Dum hoc pacto vagamur, in Patmum insulam defleximus; in qua sex dies malorum omnium experimentis divexati mansimus. cum

ὄντος τοῦ τόπου ἐληΐζετο τοὺς αἰχμαλώτους ἡ δίψα. οὐ γὰρ ἐδίδοτο ἡμῖν ὕδωρ ὅσον πρὸς σύστασιν τῆς ζωῆς ἐπήρκει, ἀλλ' ὅσον ἐμβραδύνειν ἐποίει καίπερ παρόντα τὸν θάνατον· οὗπερ ὁ μετέχων, εἰ μὴ τὴν ὄσφρησιν κατὰ τὴν γεῦσιν ἐπεῖχεν ὡς μὴ κατ' ἀρχὰς τῆς αὐτοῦ δυσωδίας ἐπαισθανθῆναι, οὐδ' ὅλως τούτου παρεχωρεῖτο μεταλαβεῖν, τῆς φύσεως ἀνιωμένης καὶ εἰ μόνον ἀπιδεῖν ἠβουλήθη τοῦτο, καὶ πρὸ τῆς πείρας τῆς καταπόσεως. ἡ D τροφὴ δὲ ἡμῶν ἄρτου τρύφος ἦν μόνον, καὶ τοῦτο διεφθορός, κατάλυσιν ἐργαζόμενον. ἃ γὰρ ἔτυχον λαβόντες οἴκοθεν πρὸ πολλῶν ἡμερῶν πρὸς χρείαν ἑαυτῶν οἱ πολέμιοι, ταῦτα περιττεύσαντα καὶ πρὸς τελείαν σηπεδόνα χωρήσαντα, καὶ οἷς οὐκ ἄν τι τῶν ἀλόγων ἐδυνήθη κἂν ἀπιδεῖν, εἰς μετάληψιν ἡμῖν προσεφέροντο, ἀφάτου μὲν δυσωδίας καὶ ἀηδίας πλήρη, μεστὴν δὲ σκωλήκων καὶ πολλῇ σαπρίᾳ συμπεφυρμένην, πρός τε τὴν ἕξιν τοῦ σώματος παντελῶς ἀνενέργητον. καὶ γὰρ ἦν εἰκάσαι πλῆθος ἄπειρον ἐκ τούτων ἐφ' ἑκάστης τῆς ἡμέρας τῷ θανάτῳ συνελαυνόμενον, πάρεργον τῆς δίψης καὶ τοῦ λιμοῦ, τά τε σώματα τῶν P 373 θνησκόντων ἀκοντιζόμενα τῆς νηὸς ἐπὶ θάλασσαν, καὶ μέχρι πολλοῦ τοῖς κύμασιν ἐπισπαίροντα, καὶ τούτων μάλιστα τὰ δείλαια βρέφη τῷ ἀτελεῖ τῆς φύσεως πλείω τῶν ἄλλων τῶν ἀλγεινῶν ἐμφορούμενα, τοὺς ζῶντας δὲ πάλιν οὐ πόρρω τῶν προκειμένων ὑπάρχοντας, ἀλλὰ πρὸς τὸ ὅμοιον βλέποντας πέρας. ἐξ ὧν ἁπάντων μᾶλλον ἡμεῖς, ὅσοι ταῖς στρέβλαις ἦμεν πεπεδημένοι, πλείοσι

15 τῶν σωμάτων A 19 ἐπισπαίροντα Comb.: ἐπισπείροντα AP

enim locus esset inaquosus, sitis captivos vastabat. non enim tantum aquae nobis praebebatur quantum sat esset ad vitam sustentandam, sed quantum ad mortem, ipsam iam ingruentem, tantisper remorandam; quam bibens, nisi in ipsa gustatione compressis naribus, ne a principio graveolentiam persentisceret, nullo modo haurire poterat, cum ante etiam potionem unus ipse aspectus naturam offenderet ac molestius haberet. porro cibus panis duntaxat crustum erat, idque putridum, vitam evertens ac internecinum. quae enim hostes in proprios usus domo exportarant, cum iis superflua essent omninoque carie vitiata, ut nec ulla brutarum animantium saltem oculos posset advertere, haec nobis in cibum apponebantur, quanta nec dici possit, graveolentiae ac insuavitatis plena, ipsa vermibus scatentia multoque mucore conspersa et ad corpus sustinendum nullas plane vires habentia. inde enim coniectura erat infinitam fere multitudinem quotidie in mortem cogi per sitis famisque iniuriam, morientiumque corpora e navi in mare iactari, atque in multum tempus inter undas subsultantia ferri. praeque reliquis infantum miserabile genus, necdum eis constante natura, pluribus incommodis malisque afficiebantur. vivi rursus haud multum a demortuis distabant, atque parem interitum res illorum spectabant. inter quos omnes nos,

βασάνοις προσεπαλαίομεν. καὶ γὰρ θυλάκων ἀψύχων δίκην ταῖς B σελλίων ἀλλήλοις ἐπικαθήμενοι, καὶ τοῖς ξύλοις, οἷς ἐνηρτήμεθα, τιτρωσκόμενοί τε καὶ συνθλιβόμενοι, ἀνεκδιήγητόν τινα καὶ ἄρρητον ὑφιστάμεθα τὴν ἀνάγκην, οὐδ' ὁπωσοῦν συστραφῆναι ἤ τινος ἑαυτοῖς μεταδοῦναι σχολῆς συγχωρούμενοι, ἀλλ' ἢ μόνον τὰς κεφαλὰς ὑψοῦντες μικρόν, εἴ που κἂν ἐλεύθερον ἀέρα ταῖς ῥισὶν ἐφελκύσωμεν καὶ μὴ πρὸς παντὸς ἄλλου δεινοῦ τῇ τῶν παρόντων ἀναθυμιάσει τὴν πνοὴν ἐπαφήσοιμεν. (69) τὸ δὲ τῶν φθειρῶν πλῆθος ἕτερον ἦν κακὸν ἄφατον· καθάπερ γάρ τις θάνατος ἕρπων, τὴν ἁπάντων ζωὴν κατεβόσκοντο, ὡς ἐκ τούτου C τὰς μορφὰς πάντων ἀλλοιωθῆναι, καὶ ἐν ὑποψίᾳ ζώντων, οὐκ ἀληθείᾳ λογίζεσθαι. ὅσας δὲ πληγὰς ἠφίεσαν μανικῶς φερόμενοι καθ' ἡμῶν, ἢ ὅσαις λοιδορίαις καὶ ὀνείδεσι καθ' ἑκάστην ἡμᾶς ἔπλυνον ὥραν, καὶ οἷς ἐφαίνοντο τὴν μῆνιν φυλάττοντες τῶν ἡμερῶν τοῦ πολέμου, ποῖος μὲν λόγος καθιστορῆσαι δυνήσεται, ποία δὲ ἀκοὴ τὴν τούτου παραδέξασθαι τραγῳδίαν; ἐμοὶ δὲ ἔκστασις ἐπεισέρχεται, ὁσάκις εἰς ἔννοιαν ἔλθω μόνον τῶν ἀμετρήτων κακῶν ἐκείνων ὧν κατὰ πᾶσαν τὴν περίοδον τοῦ πλοὸς ὑπεμείναμεν, πῶς ἐκαρτερήσαμεν ἐνέγκαι τοσαύτην πολυειδῆ συμφοD ρὰν ἀνθρώπεια σώματα, οἷς ἦν πρὸ τοῦδε τρυφηλὴ καὶ διαρρέουσα δίαιτα καὶ πειρατικαῖς ἀνάγκαις οὐδαμῶς ἐνεθισθεῖσα, πῶς δὲ τὴν ἀνύποιστον καὶ δισσὴν πύρωσιν, τήν τε ἐκ τοῦ

1 ταῖς] ἐπί?

qui tortis colligabamur, acrior cruciatus urebat. folliculorum enim inanimatorum instar unus iuxta alium sedentes, cuneisque, quibus appensi eramus, convulnerati atque compressi, quas nemo verbis eloquatur ac referat angustias sustinebamus, quibus ne minimum quidem contorqueri aut solatii aliquid captare licebat, nisi duntaxat paululum sustollere capita, si quando liberi aliquid aëris naribus attrahere liberet, ne omnium aliorum malorum cumulo, praesentium rerum immanem foetorem halitu hauriremus. (69) pediculorum etiam ingens vis, malorum genus aliud improbissimum: haud secus enim ac mors repens omnium vitam depascebantur. hinc omnium ora immutata, sicque affecta ut opinione vivere, non re ipsa videremur. quot vero plagas insaniter in nos ferocientes intulerint, aut quibus probris ac iniuriis per horas singulas momentaque onerarent, quibus potissimum a pugnae congressione iram servare videbantur, quae oratio enarrare sufficiat? quis vero auditus rei huius tragoediam possit excipere? ego sane mente moveor, quotiescunque vel solum in memoriam venit innumerabilium illorum malorum quibus per totam illam navigationis periodum fuimus obnoxii, quomodo multiformem adeo aerumnam noxamque humana corpora sustinere potuerint, antea'cto tempore luxu ac deliciis diffluentia, nec molestiis, quae per praedones inferri solent, usquam assueta? quomodo intolerabilem et duplicem

φλογμοῦ τῆς δίψης καὶ τὴν ἐκ τῆς θερινῆς ὥρας τὰς φυσικὰς ἰκμάδας ἀναξηραίνουσαν, καὶ τό γε τούτων ἐλεεινότερον, πῶς συνεκρατεῖτο καὶ παρέμενεν ἐν ἡμῖν ἡ ψυχή, ὁπότε ταῖς νυξὶν ἐφήπλουν τὰς δερματίνας δέρρεις διὰ πασῶν τῶν νηῶν καὶ πάντας εἴσω τοὺς δυστυχεῖς ἡμᾶς ἐναπέκλειον, ὥσπερ καὶ τοῦ φωτὸς ἡμῖν μετὰ τῶν ἄλλων βασκαίνοντες, ἵνα σκότῳ καὶ καύματι, δυσὶν ἀφύκτοις κακοῖς, τὴν ζωὴν εἰσπραττώμεθα. ἀλλ' ἡγοῦμαι ὡς ταῦτα πάντα καρτερεῖν ἡ θεία καὶ προνοητικὴ τοῦ παντὸς ὑπὲρ πᾶσαν ἀνθρωπίνην διάνοιαν ἐνεδυνάμου πρόνοια, ἵν' ἐν ὑστέρῳ P 374 γνόντες ἐξ οἵων τότε κακῶν παρ' ἐλπίδας ἐρρύσθημεν, ἡμᾶς τε αὐτοὺς καὶ ἄλλους τῷ ὑποδείγματι σωφρονίζωμεν.

70. Ἐπειδὴ δ' ὁ καιρὸς ἐκάλει τῆς πρὸς τὰ οἰκεῖα τοῖς βαρβάροις ἀφίξεως, πάλιν ἐκεῖθεν ἀποπλεύσαντες κατήχθημεν εἴς τινα νῆσον καλουμένην Ναξίαν, ἐξ ἧς οἱ τὴν Κρήτην οἰκοῦντες φόρους λαμβάνουσιν· ἐν ᾗ γενομένων ἡμῶν οἱ κατ' αὐτὴν ὄντες ἄνδρες δώροις τοὺς ἀρχηγοὺς ἠμείψαντο τῶν νηῶν, οἷς μάλιστα ἐδόκουν αὐτοὺς ἐνδεῶς ἔχειν πρὸς τὴν τοῦ πλοὺς χρείαν. πλὴν κἀκεῖ δύο μόνας ἡμέρας προσμείναντες κατηγόμεθα τὴν ἐπὶ B Κρήτην (ἐκάλει γὰρ ἡμᾶς ἐπιτήδειον πνεῦμα), ἕως κατήραμεν ἔν τινι τόπῳ Ζωντάριον μὲν παρὰ τῶν ἐγχωρίων ὀνομαζομένῳ, ἀντιστρόφῳ δὲ ἡμῖν τῇ ἀληθείᾳ γνωριζομένῳ· πολλοὺς γὰρ τὸ Ζωντάριον ἐκεῖνο τῆς μὲν ζωῆς ἀπεστέρησε, τῷ θανάτῳ δὲ πρού-

8 ἐν om A 9 ἀνεδυνάμου P 10 γε AP 12 τοὺς βαρβάρους A 20 Ζωνταρίων A ὀνομασμένῳ P

ustionem, tum scilicet incendii sitis, tum aestivae tempestatis naturalem humorem exsiccantis? quodque his miserabilius est, qua ratione detinebatur et in nobis perseverabat anima, cum extensis noctu per omnes naves pellibus nos omnes miseros iis includerent, ut lucis quoque, ut et reliqua, usuram nobis inviderent; quo scilicet tenebris aestuque, duplici malo inevitabili, vitae a nobis debitum exigeretur. verum existimo divinam, et quae rerum huius universitatis curam gerat, providentiam ad haec omnia toleranda vires nobis roburque supra humanam omnem aestimationem contulisse, ut in posterum intelligentes ex quibus tunc malis praeter omnem spem liberati fuerimus, tum nos ipsos tum reliquos exemplo ad frugem corrigeremus.

70. Verumtamen cum iam tempus instaret ut se barbari in patriam reciperent, inde rursus solventes in quandam insulam devecti sumus, Naxum nomine, Cretensibus tributariam. in eam cum appulissemus, insulani muneribus et donis, iis maxime quibus in usum navigationis indigere sciebant, navarchos accipiebant. ibi duos dies immorati versus Cretam cursum intendimus: invitabat enim secundissimus ventus, donec ad locum sic incolis dictum Zontarium (ac si Vivarium dicas) venimus, sed contraria nobis veritate agnitum. sic enim a vita dictus locus mul-

δωκε. διὰ γὰρ τὸ μὴ τὴν ἀπὸ τοῦ νότου καὶ τοῦ λιβὸς δεδιέναι βλάβην τοὺς ἐν αὐτῷ καθορμιζομένους, τὴν πρὸς αὐτὸν διατριβὴν τοῦ ναυστάθμου τῆς πόλεως οἱ βάρβαροι προκεκρίκασιν. ὡς οὖν κατήχθημεν, ἔγνων οἱ Κρῆτες (προεώρων γὰρ ἡμᾶς τῆς θα-
C λάσσης μακρόθεν), καὶ πρῶτον τῶν Ῥωμαίων τὸν στόλον ἐφώρασαν ἐπέρχεσθαι τῇ νήσῳ, ἐξ οὗ καὶ περιδεεῖς ἐγένοντο διὰ τὸ μὴ προπαρεσκευάσθαι πρὸς πόλεμον. ἔπειτα γενομένων ἡμῶν ἐγγύθεν, ἐπειδὴ ἐπέγνων τινὰ γνωρίσματα τῶν νηῶν, πεφθάκασι τὸν τόπον μετὰ πολλῆς θυμηδίας τοὺς ἀμφ' αὐτοὺς δεξιούμενοι, καὶ ὥσπερ τῇ κοινωνίᾳ τῶν τρόπων τὸ γνήσιον τῆς πρὸς ἀλλήλους στοργῆς ἐνδεικνύμενοι· ἀεὶ γάρ, ὡς λόγος, τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ προστρέχει. τότε δὴ πρῶτον ἅπαντες τῶν νηῶν ἐξῆλθον οἱ βάρβαροι, καί τινος ἡμᾶς τυχεῖν ἀνέσεως τῆς ἐν ἀλλήλοις στενοχωρίας ἠξίωσαν, μετέδωκαν δὲ καὶ τῶν κατὰ τὸν τόπον ὑδάτων πολλῶν ὄντων καὶ ἀφθόνως τοῖς κύμασι τῆς θαλάσσης ἐπιρρεόντων.
D καὶ οὕτω τὴν νύκτα πᾶσαν τῶν συνεχῶν ἀνεθέντες πόνων ἐδοκοῦμεν τῇ ἑξῆς χρηστοτέρων τινῶν μετασχεῖν, ἅτε πεπληθυσμένης οὔσης τῆς νήσου καὶ πολλὴν ἐχούσης τῶν χρειῶν δαψίλειαν. οὐκ ᾔδειμεν δὲ παραπλησίοις ἐν αὐτῇ τῶν πρῴην ὁμιλεῖν χαλεποῖς, ἢ καὶ χείροσι, καὶ διὰ ταῦτά γε μᾶλλον ἐκεῖνα πάσχειν, ὡς ἂν δι' ἐκείνων τούτοις συντηρηθῶμεν.

71. Ἤδη γὰρ τῆς νυκτερινῆς σκιᾶς σκεδασθείσης, τοῦ δὲ

1 τοῦ ante νότου om AP   5 τὸν Ῥωμαῖον A   13 ἡμῖν P
15 περιρρεόντων A   17 πεπλησμένης P   21 δι' ἐκεῖνα P

tos nostrum vita exemptos morti tradidit. dum enim ad eum applicantes a noto et africo sibi noxam non timent, in eo quam in urbis navali in ancoris stare barbari maluere. quo cum venissent, cognoverunt Cretenses: a mari enim procul nos prospiciebant, atque Romanorum classem invadere insulam deprehendisse se putabant. quo et metu conterriti sunt, quod ad bellum imparati erant. postmodum nobis appropinquantibus, signis navium agnitis, cum magno gaudio suos accipientes, ac velut morum commercio genuinae inter se amicitiae usum commonstrantes, ad locum accesserunt: semper enim, ut proverbio fertur, simile ad sibi simile accurrit. tunc itaque primum barbari omnes, excensu ex navibus in littus effusi, nos quoque a mutua illa compressione paululum relaxari siverunt. suppeditata quoque aquarum copia, quae multae ibidem irriguae in maris se undas affluenter exonerant. et sic tota ea nocte a continuis refecti laboribus, existimabamus sequenti luce mitiorum nos tantisper potituros, quod dives insula rebusque ad vitae usum necessariis confertissima esset. verum nesciebamus prioribus aeque malis, seu etiam acerbioribus, divexandos, propterea que illis accipi ut per ea atrocioribus istis conservaremur.

71. Iam enim dissipatis noctis tenebris, ac cum lucis fulgoribus

φωτὸς ἀρχομένου τὸν ὄρθρον ἐπανατέλλειν, κυριακῆς ἡμερῶν ἐπιφωσκούσης, ἀλαλαγμὸς ἐφ᾽ ἑκάστης νηὸς ἠκούετο, ὥσπερ τινὰ θυμήρη φωνὴν τῶν βαρβάρων συνεπηχούντων καὶ τοῖς κυμβάλοις κτυπούντων, ὡς πάντα δοκεῖν δονεῖσθαι τὸν τόπον καὶ πρὸς τὴν P 375 κραυγὴν ἐκταράττεσθαι. εἶτα μετὰ τὴν ἄσημον ἐκείνην καὶ φοβερωτάτην ἠχὴν ἐπεχείρουν πρὸς τὴν γῆν ἀποφορτίζειν τὸν γόμον, διελόντες εἰς μερίδας κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν νηῶν τὸν παρακείμενον τόπον, ὅπου μιᾶς ἑκάστης φόρτον, ὅστις ποτὲ ἦν, διῃρημένως καὶ ἀποκεκριμένως ἀλλήλων ἐξεκομίζοντο, ὡς ἂν ἀμιγῆ τηρεῖσθαι τὴν ἑκάστης περιουσίαν καὶ τῶν προσόντων ταῖς ἄλλαις παντελῶς ἀνεπίμικτον. πᾶσαν οὖν ἐκείνην ἀνάλωσαν εἰς τὴν ἀποσκευὴν τὴν ἡμέραν. τῇ δὲ ἑξῆς ἐξῆλθον τῆς θαλάσσης οἱ τῶν νηῶν ἀρχηγοὶ διελεῖν πάλιν εἰς ἄλλας μερίδας τό τε πλῆθος τῶν B αἰχμαλώτων καὶ τὴν πολλὴν τῶν σκύλων ὕλην, ἧς ἐξίσταντο τὴν πληθὺν οἱ Κρῆτες, οὐδενὶ παραδείγματι συγκρίνειν ἔχοντες τὰ βλεπόμενα. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο πρῶτον ἔδοξε τοῖς βαρβάροις, ἀναμιχθῆναι τῶν δυστυχῶν τὸν δῆμον, ὅπως τὸν ἀναγνωρισμὸν καὶ αὖθις οἱ συγγενείας τινὸς μετέχοντες ἐν ἀλλήλοις ποιήσονται, τότε δὴ φοβερός τις ἠκούετο καὶ ταραχώδης θρῆνος πάντων ὡς ἀπὸ μιᾶς πηγῆς ἀφιέντων τοὺς κρουνοὺς τῶν δακρύων, καὶ θρυλουμένων, εἴ πού τινος εὐτυχήσοιεν τῶν φιλτάτων, καὶ μὴ λάθῃ παρελθοῦσα ἡ προθεσμία τῆς ἀνευρέσεως καὶ μείωσιν ἐπ᾽ οὐδενὶ C

17 οὕτως A 21 εὐτυχήσειεν P 22 μένωσιν P

exortum mane splendesceret, dominica scilicet illucescente, ululatus in quavis navi audiri, barbaris velut gratam quandam ac laetam vocem pari conspiratione edentibus cymbalisque perstrepentibus, ut locus ille totus concuti et clamoris fragore turbari videretur. tum post inconditum terribilissimumque sonitum navium onus atque vecturam in terram eiicere coeperunt, cum subiectum locum pro numero navium certis spatiis divisissent, quo navis cuiusque onus, quale tandem illud esset, distincte ac seorsum ab aliis inferrent, ut uniuscuiusque opes ac substantia nihil prorsus aliis commixta extarent. totum igitur diem illum exonerandis navibus insumpserunt. sequenti vero navarchi, ipsi quoque egressi, aliis rursus partibus tum captivorum multitudinem divisere tum spoliorum copiosam amplamque messem, cuius admiratione obstupentes Cretenses, cui exemplo comparent quae ob oculos posita erant, nullum habebant. quia vero id primum barbaris constitutum erat, ut infortunato illo populo commixto, qui ullo affinitatis iure sanguinisque necessitudine devincti essent, alii alios denuo agnoscerent, tunc utique horribilis turbatusque audiri eiulatus, omnibus velut uno ex fonte lacrimarum rivos large fundentibus, identidemque susurrantibus, num quo loco ullius carissimorum compotes forent, nec illis temere constitutum tempus inquirendi suos elaberetur, incertique manerent qua se spe recreandos

βεβαίῳ τὴν περὶ αὐτοὺς ψυχαγωγίαν ἐλπίσαντες. περιήρχοντο οὖν αἱ δυστυχεῖς γυναῖκες, τὰς κόμας ἔχουσαι λελυμένας, πανταχοῦ περισκοποῦσαι καὶ διαβρόχους τοὺς ὀφθαλμοὺς περιάγουσαι, τίνι τῶν τέκνων πρῶτον ἐντύχωσιν. οἱ δὲ δὴ παῖδες, ὅσοι τὰ δεινὰ τῆς θαλάσσης διέφυγον, καθάπερ τινὲς ἁπαλοὶ μόσχοι γοερὸν μυκῶνται τῆς θηλῆς ἀφαιρούμενοι, οὕτω δὴ καὶ οὗτοι ἐλεεινόν τι καὶ συμπαθὲς ἐκλαυθμύριζον, ἄλλος κατ' ἄλλο μέρος τῆς διασπορᾶς ἐκείνης γενόμενοι καὶ τὰς μητέρας ἀνακαλούμενοι· οἷς
D καὶ περιτυγχάνουσαι πολλάκις αἱ δείλαιαι μητέρες τὴν φυσικὴν ἐκείνουν ἐπ' αὐτοῖς συμπάθειαν, περιπλεκόμεναι τοῖς αὐχέσι καὶ πάντα αὐτῶν καταφιλοῦσαι τὰ μέλη καὶ δάκρυσι πλύνουσαι, τοῦτο μόνον ἡγούμεναι μέγα τι καὶ θαυμαστὸν ὡς ἐν δεινοῖς παρηγόρημα τὸ παρ' ἐλπίδα σωθῆναι καὶ ζῶντας αὐταῖς καὶ αὖθις τοὺς φιλτάτους ἀποδοθῆναι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπὶ ταῖς ἐχούσαις ἐν χερσὶν ἤδη τοὺς παῖδας καὶ τὸ κατ' αὐτοὺς ἀσφαλὲς ἐκ τῆς πείρας αὐτῆς γνωριζούσαις· τί δ' ἂν εἴποιμι περὶ τῶν ἄλλων, ὧν καθ' ὑδάτων τὰ βρέφη διώλωλε καὶ ἄδηλον ἦν αὐταῖς τὸ συμβάν, πῶς διεσπάραττον τοὺς χιτῶνας, τὸν ἔνδον τῆς καρδίας μὴ ὑπο-
P 376 μένουσαι κλύδωνα; πῶς οὐκ ἤθελον μηδαμοῦ στῆναι, ἀλλὰ περιήγοντο φερόμεναι μάτην ὑπὸ τῆς ἀλόγου τοῦ πάθους ὁρμῆς, τῇδε κἀκεῖσε τὰ ὄμματα περιστρέφουσαι, εἴ πού τινα τῶν ποθουμένων θεάσοιντο ἢ τινος περὶ αὐτῶν ἀκριβῶς ἰδόντος ἀκούσοιντο,

2 γοῦν A   αἱ om P   5 γοερῶς P   10 ἐκείνουν A et interpretes   16 εἴποιμεν A

illis amplexandis fruendisque per eam indulgentiam existimassent. circuibant miserae mulieres, capillis dissolutis, quaquaversum circumspicientes, et irriguos lacrimis oculos circumferentes, si quem primum filiorum offenderent: filii vero, velut tenelli vituli subducto iis lacte ac uberibus flebilem edunt gemitum, sic et illi miserabile quidpiam ac miserandi pronum affectu vagiebant ac eiulabant, alius alia in parte dispersionis illius palantes ac matres appellantes; in quos et deploratae illae haud raro incidentes, naturali in eos miseratione commotis visceribus, cervices amplecti, omnia illorum membra exosculari, rigare lacrimis, ingens illud solatium unumque admirandum malorum illa immanitate existimantes, praeter spem servata adhucque vita sospite carissima eis pignora reddita esse. et haec quidem de illis quae iam filios in manibus habebant resque illorum in tuto esse experimento didicerant. quid vero de aliis dicam, quorum infantuli in aquis perierant, et eorum exitus latebat? quomodo tunicas discerpebant, cum intimum cordis turbinem non sustinerent? quomodo nullo loco subsistere ferebant, sed frustra hac illacque vesani affectus impetu circumagebantur, in omnem partem oculos distorquentes, sicubi desideratissimorum aliquem videre liceret, aut ex aliquo qui certo sciret vidissetque audire, ut eo solatio animi

ἵν' ἐκείνῳ τὸ τῆς ψυχῆς φλεγμαῖνον κενώσειε; καὶ ταῦτα μὲν ἔπραττον ἐπὶ δυσὶ πολλάκις ἢ καὶ τρισὶν ἡμέραις, ἕως πολλὰ καμούσαις ἄλλοι τινὲς τῶν γνωρίμων τὸ περὶ τῶν ζητουμένων ἐδήλωσαν πέρας, λιμοῦ πολλάκις ἢ δίψης ἔργον τοὺς φιλτάτους αὐτῶν γεγενημένους· ἐξ οὗ δὴ καὶ μᾶλλον τὸ πάθος ἐξαγριαίνουσαι, B γεγωνοτέροις θρήνοις καὶ ἄλλοις θλιβερῶν εἴδεσι τοὺς ἀποιχομένους ἐφιλοφρόνουν. ἀλλὰ τί μάτην τὴν ἐπὶ τούτοις ἐπιχειρῶ συγγραφήν, οὐδὲ τὸ πολλοστὸν μέρος τῶν τότε πεπραγμένων ἱκανὸν παραστήσασθαι; ἐκεῖνον γὰρ αὐτὸν ἔδει παρεῖναι τὸν τοὺς θρήνους τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀναγραφόμενον Ἱερεμίαν, ἵν' ἐπαφῇ δάκρυον ἀπαρηγόρητον ἐπὶ τοσοῦτον λαὸν τοσαύταις ἀλγηδόσι κατατρυχόμενον. οὐ γὰρ οὕτω φωνὴν ἀφῆκε Ῥαχὴλ ἐν Ῥαμᾷ, ὅτε τὴν στέρησιν τῶν τέκνων ἀπωλοφύρετο, καθώς φησιν ἡ γραφή, ὡς ἡ κοιλὰς ἐκείνη καθ' ἣν ἐτελεῖτο ταῦτα, τὰς ἀλγηδόνας τῶν C ἁλόντων συνεπιτείνουσα.

72. Οἷον γὰρ πάλιν ἀπὸ τούτων παρὰ τῶν μισοθέων ἐπράχθη κακόν! καθὸ γὰρ φθάσαντες ἔφημεν, λογισαμένων αὐτῶν πρῶτον ὡς εἰ κατὰ συγγένειαν πρὸς ἀλλήλους οἱ τοῦ πλήθους ἀναμιχθῶσι τῶν αἰχμαλώτων, καὶ τῶν πολλῶν ὀδυνῶν παύσονται, καὶ πρὸς τὴν δουλείαν ἡνίκα ἂν ἐκδοθῶσι, φορητὴν αὐτοῖς εἶναι ὡς ἐν κακοῖς τὴν ἐπήρειαν, ὡς εἶδον αὐτοὺς ταῖς ἀγχιστείαις ἐπισυναλλαττομένους καὶ καθάπερ σειρὰν ἄλυτον ἕτερον ἐχόμενον τοῦ

1 κενώσειαν? 8 ἱκανὸς ὢν? 9 αὐτὸν om P

aestum leniret? et haec ut plurimum per duos aut tres dies agebant, donec multo defessis labore, alii quidam ex notis, quo evasissent qui quaerebantur, certiores reddebant, fame scilicet aut siti dulcissima capita plerumque enecta esse. quare etiam illae maiori dolore exasperatae clamosioribus lamentis aliisque discrutiationum generibus defunctos accipiebant. quid enimvero his scripto enarrandis frustra laboro, qui nec minimam illorum partem quae tunc gesta sunt repraesentare sufficiam? etenim adesse par esset, qui Hierosolyma deplangendo Threnos conscripsit, sacratissimum Ieremiam, quo scilicet, in tanto populo tantis doloribus malisque oppresso, inconsolabiles lacrimas funderet. neque enim Rachel sic vocem in Rhama emisit, cum sublatos filios deploraret, ut divinae tradunt literae (Ier. 3 21), quemadmodum vallis illa, in qua haec agitabantur, captivorum dolores malaque auctavit.

72. Quale vero tunc rursus ab impiis deique osoribus patratum est malum? ut enim iam diximus, cum illis primum in mentem venisset, si modo captivi, qua necessitudine alii alios contingerent affinesque essent, confusi miscerentur, fore ut multa dolorum parte levarentur ac servitutem, postquam addicti essent, ut in malorum procella, quovis modo tolerabilem ducerent, ut illos penes familias necessitudinisque iure devinctos ac consociatos inque morem insolubilis catenae alterum alteri cohae-

ἑτέρου, τόν τε χωρισμὸν δυσδιαίρετον, καθὸ ἔμελλον τὰς μερί- D δας μιᾶς ἑκάστης νηὸς ἀπονεῖμαι, ἐβουλεύσαντο πάλιν βουλὴν πονηρὰν καὶ πολεμίαν τῆς φύσεως. τοὺς ἅπαξ γὰρ ἑνωθέντας διαιρεθῆναι καὶ αὖθις προσέταττον, καὶ εἴ πού τις μήτηρ, φησίν, ἐν αὐτοῖς νήπιον ἔχουσα τοῦ γάλακτος δεόμενον, τοῦτο μόνον πρὸς τὴν τεκοῦσαν μένειν οἱ δυσσεβεῖς κατεθέσπισαν ὡς μηδὲν τυχὸν δυνάμενον ἑαυτῷ πρὸς τὴν ζωὴν συντελεῖν, τοὺς λοιποὺς δὲ τῶν συγγενικῶν συναφειῶν καὶ αὖθις διαιρεθέντας ἀναμὶξ καὶ ἀδιαφόρως τοῖς κλήροις ἀποδοθῆναι. ἀλλὰ τίς λόγος τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς ταύτης ἐκφράσοι; ποία δὲ γλῶσσα ῥητόρων ἐπεξελθεῖν δυνηθείη τὴν ποικίλην ἐκείνην καὶ πολυειδῆ τῶν ὀδυνῶν κάκωσιν, P 377 ὁπότε καὶ ἡ αὐτὴ φύσις τῷ καινῷ τούτῳ καὶ παραλόγῳ προστάγματι εἰς πολλὰ κατετέμνετο, τοῦτο μόνον ἔγκλημα τὴν κοινωνίαν τοῦ γένους ἔχουσα καὶ τὴν ἔμφυτον τῶν ἑνωθέντων συνάφειαν; καὶ γὰρ ἀπεσπᾶτο πατρὸς μὲν υἱός, μητρὸς δὲ θυγάτηρ καὶ ἀδελφὸς ἀδελφοῦ. ἐν οἷς τί πάσχειν εἰκὸς τούτους ἅπαντας, ὁπότε πρὸς δουλείαν ἤγοντο εἰς γῆν ἀλλοτρίαν, ὅπου τὸ μὲν σέβας τῆς καθ' ἡμᾶς πίστεως ὡς ἐναγὲς ἐνυβρίζεται, πάθη δὲ τιμᾶται ἀλογώτατα· ὅπου πορνεία σεμνύνεται καὶ μανία γεραίρεται, καὶ πολλῆς τιμῆς καταξιοῦται ἀναίδεια· ὅπου τῶν ἀρρένων ἡ φύσις εἰς B γυναικείαν χρῆσιν μετάγεται, καὶ ἡ κτίσις ὑβρίζεται, καὶ συγχύσεως γέμει πάντα καὶ πρὸς τὸ κακὸν ἀνατέτραπται. τί πρῶτον

5 προσδεόμενον A

rentes ab invicem aegre dividi patientes videre, dum singulis navibus partes adscribunt onusque distribuunt, improbum rursus consilium ac naturae pugnans inferunt. iubent eos qui semel iuncti fuerant iterum disiungi. si quae tamen mater in eis infantem lacte indigentem haberet, hunc duntaxat cum parente manere impii homines sanxere, ut qui nimirum sibi ipsi vitae compendio nihil conferre valeret: reliquos omnes ab affinibus cognatisque distractos promiscue nullaque discretione sortibus esse committendos. quae enimvero oratio tantae calamitatis infortunium narraverit? quae oratorum lingua variam illam et multiformem dolorum immanitatem dicendo expresserit, cum et natura ipsa insolito hoc vesanoque praecepto in multa scinderetur, cui solum in crimen verteretur generis communio ac, quam natura facit, propinquorum coniunctio? filius namque a patre, a matre filia, frater a fratre divellebatur. ubi quid omnes illos pati vero simili ratione existimandum, cum in servitutem in terram alienam abducerentur? ubi scilicet nostrae fidei cultus, ut exsecrandus, omni iniuriarum procacitate laceratur, vesanissimaeque libidines atque vitia coluntur. ubi fornicatio honestatur, insaniaque praemio afficitur, ac impudentia plurimum honoratur. ubi masculorum sexus in muliebrem usum transfertur, et violatur creatura, suntque omnia confusionis plena et ad malum conversa. quid horum omnium primum

τούτων ἁπάντων ἐκόψαντο; ἐν ποίῳ δὲ μὴ ἀγχόνην ᾑρήσαντο; ἀλλ' ὅμως ἔφερον πάντα, τὴν ἐπὶ πᾶσι μεγαλοψυχίαν παρεχομένου θεοῦ καὶ τῷ οἰκείῳ βουλήματι τὰ καθ' ἕκαστον μεθαρμόζοντος.

73. Ὡς δὲ πάλιν τῷ προστάγματι τούτῳ τῆς ἐξ ἀλλήλων διῃρέθησαν συγγενείας, ἐκάθηντο φρουρούμενοι κατὰ διαφόρους τόπους, ἕως ἐξῆλθεν ἕτερον πρόσταγμα, πάντας ἀριθμηθῆναι καὶ πρὸς τὰς ἰδέας τῶν προσώπων καὶ τῶν ἡλικιῶν τὸ διάφορον C ἑκάστης νηὸς ἴδιον σύνταγμα γνωρισθῆναι, ἵν ἐν μηδεμιᾷ φανείη πλεονασμός, φησίν, ἢ ὑφαίρεσις, ἀλλὰ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐνόντων ταῖς ναυσὶ βαρβάρων, οὕτω καὶ τὰς μερίδας γενέσθαι καὶ μηδὲν αὐταῖς περιττὸν ἢ ἐλλεῖπον ἀποδοθῆναι. ἠρίθμησαν οὖν ἐν πρώτοις τὴν πληθὺν ἅπασαν· ἡ δὲ ἦν δύο καὶ εἴκοσι χιλιάδες, ἐξ ὧν ἁπάντων, χωρὶς ἡμῶν τῶν λόγῳ τῆς καταλλαγῆς τηρουμένων, οὐκ ἦν οὐδεὶς ὃς τὸν πώγωνα εἶχε τετριχωμένον. ἀλλ' οὐδὲ προβεβηκυῖα γυνὴ ἐν ταύταις πάσαις ταῖς χιλιάσιν. ἐπίλεκτος δέ τις ἦν καὶ νεάζων ὁ δῆμος, καὶ οἷον ἐρίζων ἕκαστος ἢ τῷ D ἀκμαίῳ τῆς ἡλικίας ἢ τῷ ὡραίῳ τῆς μορφῆς ὑπερβαίνειν τὸν ἕτερον, κἂν ἡ ἐπαλληλία τῶν δυσχερῶν τῶν φυσικῶν αὐτοὺς ἕξεων ἀλλοτριοῦν ἐβιάζετο. ἀλλ' ὅτε δὴ πάντες εἰς μερίδας γενόμενοι πάλιν μετὰ τῶν σκύλων ταῖς ναυσὶ συνηλάθησαν (ἄμφω γὰρ καὶ ταῦτα σὺν τῷ πλήθει διενεμήθησαν), τότε δὴ τῶν βαρβάρων οἱ

14 τὸν λόγον A   15 τὸν om P   21 ἅμα?

planxerunt? in quo non magis laqueum elegerunt? ferebant tamen omnia, deo in omnibus animos ac constantiam praebente suaeque voluntatis nutu singula quaeque disponente.

73. Iam vero rursus edicto hoc ac iussione a cognatis necessariisque divisi diversis in locis sub custodia sedebant, donec novo decreto imperatur ut numerentur omnes, exque personarum aetatumque ratione diversum cuiusque navis proprium agmen cognoscatur, ne ulla navium aut superfluo onere gravetur aut illo minuatur. sed pro multitudine eorum qui in navibus barbarorum essent, distributis partibus, nec maius aliquid iusto redderetur nec minus. in primis igitur numerata omni multitudine, summa fuit duo et viginti milium capitum; inter quos omnes ne unus quidem erat (nobis duntaxat exceptis, qui commutandi servabamur) cui mentem pilis fruticaret. at neque in tot mulierum milibus ulla erat quae pubem excederet. erat vero electus populus et iuventa conspicuus, ac in quo alii aliis prope certare videretur seque mutuo excedere aut aetatis flore aut venustate formae, tametsi afflictorum casuum vis continua a naturali decedere eos habitu cultuque cogebat. postquam autem omnes in partes distributos iterum cum spoliis in naves contruserant (nam haec quoque cum multitudine divisa fuerant), barbari

τὴν Κρήτην οἰκοῦντες οὐκ ὀλίγους ὠνοῦντο, πολὺ χρυσίον ὑπὲρ αὐτῶν καταβαλέσθαι μὴ παραιτούμενοι, οὐχ ἁπλῶς οὐδ' ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ κέρδους τινὸς ὑπόθεσιν ἑαυτοῖς ἐκ τούτου περιποιούμενοι. ᾔδεισαν γὰρ πολλαπλασίονα τῶν διδομένων λαβεῖν, ἡνίκα P 378 ἂν καταλλαγῆς ἐπέλθοι καιρός, ὁπότε τοὺς ὁμοφύλους αὐτῶν, τοὺς παρὰ τῶν Ῥωμαίων χειρωθέντας, ἐκδέχονται. οὐδὲ γὰρ ὡς ἐν τοῖς κατὰ Συρίαν, οὕτω καὶ τούτοις ἡ τῶν αἰχμαλώτων ἀπολύτρωσις ἐκτελεῖται, ἀλλ' ἐπεκράτησεν ἐν τούτοις παλαιὸν ἔθος χρόνῳ βεβαιωθέν, ἵνα καὶ τὸν βάρβαρον, ὅστις ποτὲ ἦν, χάριν τοῦ κατεχομένου κομίζωνται, καὶ τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ δοθεῖσαν τιμὴν ἀπαιτῶσιν εἰς τὸ διπλάσιον. διά τοι τοῦτο πολλοὺς οἱ Κρῆτες τῶν αἰχμαλώτων ὠνήσαντο, τὴν καθ' ἡμᾶς συμφορὰν κέρδους συνεισφορὰν ἑαυτοῖς ἐφευράμενοι. ἐπράχθη δὲ ταῦτα ἐφ' ὅλαις B ἡμέραις δέκα, ἀεὶ τῶν ἐθάδων νηῶν μετασκευαζουσῶν τοὺς ὠνουμένους καὶ πρὸς τὴν ἰδίαν πόλιν μεταγουσῶν. ἐν οἷς ἔτυχεν ἐκδοθεῖσα καὶ ἡ τοῦ ἐμοῦ ἀδελφοῦ σύζυγος, οὐ μετρίαν ἡμῖν ὀδύνην περιποιήσασα. ἡ δέ μοι μήτηρ καὶ ἡ γαμετὴ σὺν δυσὶ τέκνοις (τὸ γὰρ ἕτερον ἔργον ἦν γενόμενον τῆς θαλάσσης), ἔτι δὲ καὶ ἐλεεινὸς ἄθλιος ὁ τλήμων ἀδελφὸς καὶ ἡ τῷ χρόνῳ πάντων ἐφυστερίζουσα ἀδελφή, ἔκ τινος θεϊκῆς προνοίας εἰς μίαν Σιδονίαν ἔτυχον ναῦν, τῆς πρὸς Συρίαν ἀποδημίας τηρούμενοι. ἡμᾶς δὲ πάντας τοὺς ἐν τῇ καταλλαγῇ τηρουμένους ἔτι διεσπαρμένους ὄντας συναγαγόντες οἱ βάρβαροι καί τινι πολεμικῇ νηῒ τῶν ἐκ τοῦ λιμέ-

4 πολυπλασίονα A, πολυαπλανσίονα P

Cretam incolentes ex eis non paucos commercati sunt, multa in eam rem sponte numerata pecunia, non temere nullave ratione, sed cum sibi inde lucrum factitarent. plane enim noverant multo sibi plura restituenda commutationis tempore, dum suae nationis captivos a Romanis in captivitatem redactos reciperent. non enim, quemadmodum in Syria, sic his quoque in locis transigitur captivorum redemptio: sed in his veteri consuetudine usu firmata obtinuit, ut et barbarum, quisquis ille sit, loco illius quem ipsi detinent referant, et exsolutum pro eo duplex pretium reposcant. eam ob rem multos Cretenses captivos mercati sunt, nostram scilicet calamitatem sui lucri auctionem commenti. gesta haec per decem integros dies, cum semper consuetae naves eos qui empti essent transferrent et in proprias urbes deveherent. inter haec divendita quoque et fratris mei uxor, quae res non levi nos affecit maestitia. ceterum mater et coniux cum duobus filiis (nam tertius demortuus in mare proiectus fuerat) nec non miser ac aerumnosus frater, atque omnibus aetate iunior soror, divina quadam providentia in una Sidoniarum navium servabantur, in Syriam asportandi. nos vero omnes, quos commutandos servabant, cum adhuc dispersi essemus, colligentes barbari,

νος ἀνασπασθεισῶν ὑφ' ἓν εἰσενεγκόντες καθεῖρξαν, φυλακάς τινας C τῶν καθ' αὐτοὺς ἐμπείρων αὐτῶν ἡμῖν συμβιβάσαντες.

74. Καὶ οὕτως ἐσκευάζοντο μετὰ μίαν ἄλλην ἡμέραν ἔχεσθαι τοῦ πλοός· ἤδη γὰρ ἦγεν αὐτοὺς ὁ καιρὸς καὶ χρονίζειν οὐκ ἐδίδου τῷ τόπῳ, πρὸς τὸ χειμέριον τὸν ἀέρα μετατιθέμενος. ἵπποις οὖν ἐφεστῶσιν ἐπιβάντες οἱ τῶν νηῶν ἀρχηγοὶ μετὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ τυράννου πρὸς τῇ πόλει γεγόνασιν, ἅμα μὲν ἐνδεικνύμενοι τοῖς Κρησὶ τὴν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ἐν ἡμῖν περιφάνειαν, ἅμα δὲ καὶ τὴν βδελυρὰν αὐτῶν τελετὴν ἐκπληρώσοντες, δεξιωθῆναί τε παρὰ τῶν αὐτοχθόνων καί τινος τυχεῖν τῶν προηγωνισμένων ἀνέσεως. οὗ δὴ καὶ μίαν ἄλλην ἡμέραν προσδιατρίψαντες τομῶς ὑπέστρεψαν, ἐπισπεύδοντες τὰ πρὸς τὸν πλοῦν, καλοῦντος αὐτοὺς D ἤδη τοῦ πνεύματος. ἤδη δὲ τῆς δωδεκάτης ἡμέρας ἀρχομένης, λέγω δὴ τῆς πρὸς τὴν Κρήτην ἀφίξεως, τοῦ πλοὸς ἀπηρξάμεθα. μετήχθημεν δὲ πρὸς τὴν ἀντικρὺ νῆσον, ἥτις Διὸς καλεῖται· καὶ πάλιν ἐκεῖθεν ἀναχθέντες ἐν τῷ τῆς νήσου πέρατι προσωρμίσθημεν. ἐν ᾧ καὶ ὑδρευσάμενοι καὶ μικρόν τι τῷ τόπῳ προσμείναντες, ὡς κατ' οὐρὰν εἶδον γεγονότα τὸν ἄνεμον, ἀπέπλευσαν ἐκεῖθεν κατὰ μέσον ἰθύναντες τοῦ πελάγους. ἦμεν δὲ πάντες, ὡς εἴρηται, ἐν μιᾷ νηῒ Ῥωμαϊκῇ πολεμικῇ, ἥτις ἦν διήρης, ὧν τὴν μὲν ἄνω καθέδραν οἱ λαχόντες εἶναι μεθ' ἡμῶν βάρβαροι ἑαυτοῖς ἐκληρώσαντο, τὴν κάτω δὲ ἡμῖν ἐπαφῆκαν, σκότους πολλοῦ καὶ δυσω- P 379

3 κατὰ P 10 αὐτοχθονίων A 15 ἣ τοῦ P 20 Ῥωμαίᾳ A

et in navi bellica a littore avulsa, in unum convehentes, concluserant, custodibus ex suis, rerum experientia praeditis, nobis constitutis.

74. Atque altera statim die navigationem capessere parabant reique instare. iam enim tempus urgebat deflectens ad hiberna, nec longiores ibi moras trahere sinebat. navarchi itaque equis conscensis, quos in promptu habebant, una etiam adiuncto tyranno, urbem petunt, tum ut Cretensibus praeclara adversus nos facinora commonstrarent, tum ut abominandas suas caerimonias explerent, humaniusque ab opidanis acciperentur, atque a laboribus, quos pertulerant, animos nonnihil relaxarent. ibi alterum quoque diem commorati festine revertuntur, secundoque iam vento navigationem solicitant. iamque duodecimo, a nostro scilicet in Cretam appulsu, illucescente die e portu solvimus, inque adversam insulam, quam Iovis dicunt, vecti sumus. inde rursus profecti, ad insulae extremam oram applicantes, aquatum exscendimus; ibique mora aliqua facta, ut a puppi flare ventum advertere, per medium mare cursu directo recedunt. eramus omnes, ut dictum est, in una Romana bellica biremi: illius superiores sedes barbari nobiscum navigantes sibi delegerant, inferiores et prope carinam nobis reliquerant, tenebris ob-

δίας πλήρη. καὶ τί ἄλλο γε χρὴ λέγειν ἢ τάφον ἐφ' ὕδασι φερόμενον; εἰ γὰρ ἀπαριθμῆσαι θελήσω καθ' ἓν ὅσα κατὰ τὴν περίοδον ἐκείνην τοῦ πλοὸς ὑπέστημεν καὶ μεθ' ὅσης στενοχωρίας, μύθους δόξω τοῖς πολλοῖς ἐξηγεῖσθαι καὶ τῆς ἀληθείας ἐκτρέπεσθαι, καθ' ἣν ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου πάντα γραφῇ παραδοῦναι καθυπεσχόμην. διά τοι τοῦτο τὰ πλεῖστα τῶν πεπραγμένων ἑκὼν παραδραμών, οἷς ἂν ἐδόκουν μάλιστα τὴν ἡμετέραν ἐξαρκεῖν διάνοιαν μέχρι τοῦ νῦν προσδιατρίψας, ὡς ἐν ἅπασι τὸ πιστόν σοι παρασχεῖν, ὦ σοφώτατε ἀνδρῶν καὶ φιλομαθέστατε Γρηγόριε,
10. Quinto eius imperii anno totius Orientis ducum nominatissimus Manuel magno in pretio a Theophilo habebatur. is quandoque cum Myrone dromi logotheta ac Petronae socero quaedam collocutus apud imperatorem delatus est, quasi imperium affectaret et dira adversus eum moliretur. contra vero Leo protovestiarius de Manuelis salute solicitus, illumque defendens, falso haec in eum iactari serio affirmabat. Manuel ubi haec comperit, iramque imperatoris declinans, ac quibus petebatur calumnias fugitans, clam urbe Pylas usque egressus, publicisque conscensis curribus, ad Syriae usque clusuras excisis equorum poplitibus aufugit; significavitque Agarenis se imperatoris iram fugere, ac nisi fidem deserere cogant, ad eos se profugum transire. quodsi ita hisque condicionibus accipiant, fidem ei securitatis mittant. illi nuntio recreati ac laeti, ea fretum nihil impari ac imperatorem Romanum cultu susceperunt. id ubi Theophilus audivit, ingenti maerore mentisque angustia concidit. habitoque cum Ioanne Syncello consilio ait ille "si vere ex animo Manuelem ad te reverti cupis, o imperator, id tibi ut praestem, mihi promptum est. acceptis namque pecuniis arreptoque ad Amermumnem itinere, quasi eos qui in carcere ac vinculis tenentur invisurus, subscriptumque maiestatis tuae manu securitatis diploma habens, inde

τῆς σῆς βασιλείας, δι' ὧν πείσω τὸν Μανουὴλ εἰς ὄψιν ἐλθεῖν, P. 420 δοκῶ τοῦτο πρᾶξαι τῷ τε ἐνυπογράφῳ λόγῳ καὶ τῇ ἐμῇ πειθοῖ καὶ τῇ εὐσεβείᾳ ἐκείνου καὶ τῷ εἰκὸς εἶναι τὴν πατρίδα αὐτοῦ ἐρᾶν." ὁ δὲ βασιλεὺς πάμπολλα χρήματα καὶ δῶρα δοὺς αὐτῷ ἀπέστειλεν. ὁ δὲ εἰσελθὼν καὶ τοὺς ἐν δεσμοῖς ῥογεύσας καὶ τὸν πρωτοσύμβουλον θηρασάμενος ἠδυνήθη καὶ λάθρα τῷ Μανουὴλ συντυχεῖν καὶ δοῦναι αὐτῷ τὸν ἐνυπόγραφον λόγον καὶ τὸ φυλακτὸν τοῦ βασιλέως. ὁ μὲν οὖν ταῦτα πράξας ὑπέστρεψεν, ἀναγγείλας τῷ βασιλεῖ πάντα. ὁ δὲ Μανουὴλ ἐξαιτησάμενος τὸν ἀμερμουμνῆν μετὰ τῶν αἰχμαλώτων Ῥωμαίων τῶν καθειργμένων ἐν B φυλακαῖς, πίστιν αὐτῷ δοὺς ὑπὲρ τούτων ὡς οὐ φεύξονται, εἴπερ ἐξέλθωσιν, ἀλλὰ πολεμήσουσιν ἰσχυρῶς, ἔτυχε τῆς αἰτήσεως, καὶ λαβὼν τὸν τοῦ ἀμερμουμνῆ υἱὸν καὶ λαὸν πλεῖστον ἐξῆλθε κατὰ Περσῶν, καὶ νίκην μεγάλην ποιήσας, ἀλλὰ καὶ θηρῶν ἀτιθάσσων τοὺς Ἀγαρηνοὺς λυμαινομένων τούτους ἐλευθερώσας, ἐν μείζονι μᾶλλον τότε τιμῇ ἢ τὸ πρότερον καθίσταται, καὶ πάντα ἦν αὐτὸς παρὰ τῷ ἀμερμουμνῇ δυνάμενος. ὅθεν φροντίδα πολλὴν ἔχων τοῦ ἐξελθεῖν εἰς Ῥωμανίαν, μετὰ καιρόν τινα εἶπεν πρὸς τοὺς δυ- C νάστας Συρίας ὅτι ἐάν μοι τὸν υἱὸν τοῦ ἀμερμουμνῆ παρέξητε καὶ λαὸν καὶ ἐξέλθω, ὑποτάξαι ἔχω τὴν Ῥωμανίαν. οἱ δὲ τὸν ἀμερμουμνῆν εἰπόντες τοῦτον ἀπέστειλαν. ὁ δὲ Μανουὴλ ἐλθὼν πλησίον τῶν θεμάτων τῆς ἀνατολῆς, καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς ὑπο-

Manueli suasurus ut se tibi praesentem exhibeat. id vero nihil mihi cassum cessurum arbitror, tum subscripta illa securitatis fide meaque suasionis vi, tum viri ipsa pietate, ac quod verisimile est ipsum patriam suosque diligere." imperator itaque ingenti instructum pecuniarum vi copiosisque muneribus a se hominem ablegat. ingressus vero Ioannes, vinctisque elargitus munere ac protosymbuli expugnato animo, Manueli ut occulte loqui fidemque securitatis ac imperatoriam crucem dare liceret obtinuit. sic itaque peracto negotio reversus cunctorum rationem imperator rettulit. Manuel autem oblata Amermumnae supplicatione, ut cum Romanis quos sub custodia vinctos tenebat suscipiendae expeditionis facultatem faceret, obstricta illi fide fugam minime arrepturos, siquidem ad bellum exirent, sed fortiter pugnaturos, ex voto impetravit. assumpto itaque Amermumnis filio, copiosoque fretus exercitu, adversus Persas aciem direxit; partaque ingenti victoria, sed et liberatis Agarenis a feris bestiis vastitatem regioni afferentibus, maiorem sibi honorem ac claritatem apud illos conciliavit, nihilque erat quod ab Amermumne, qua apud eum gratia pollebat, non consequeretur. quamobrem longe animi anxius ac solicitus, ut ad Romanos gentilesque suos rediret, post interiectum aliquod tempus ait Syriae regulis, "si mihi Amermumnis filium copiasque praebueritis, atque his ego stipatus expeditionem suscepero, Romaniam subiugabo." rettulerunt illi ad Amermumnem, et dimiserunt. Manuel autem ad Orientalia prope themata accedens, convo-

χειρίους αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀμερμουμνῆ ὡς δῆθεν διακινήσων καὶ κυνηγήσων, πόρρωθεν τῶν πολεμίων γενόμενος καὶ περιπλακεὶς τῷ υἱῷ τοῦ ἀμερμουμνῆ καὶ καταφιλήσας εἶπεν "ἐγὼ D μὲν ἀπέρχομαι πρὸς τὸν βασιλέα καὶ τὰ ἴδια, μηδὲν ἐν τῷ βίῳ προτιμήσας πίστεως καὶ συμφυλετῶν· σὺ δὲ μετὰ τῶν σῶν, ὡς μηδὲν δεινὸν πείσεσθαι ὑποπτεύων παρ' ἡμῶν, ἄπιθι πρὸς τοὺς σούς." καὶ οὗτος μὲν μετὰ δακρύων καὶ αἰσχύνης ὑπέστρεψεν, ὁ δὲ Μανουὴλ ἐχώρει πρὸς τὸν βασιλέα, προαποστείλας αὐτοῖς τὸν μηνύσοντα. ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν μηνυτὴν φιλοτιμησάμενος αὐτάρκως, καὶ τὸν Μανουὴλ ὡς ἄξιον ἦν ὑποδεξάμενος, μάγιστρον εὐθὺς καὶ δομέστικον τῶν σχολῶν ἐποίησε, καὶ τοὺς αὐτοῦ παῖδας ἐκ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἀνεδέξατο.

P 421 11. Τῷ ζ' αὐτοῦ ἔτει ἐξέρχεται ὁ βασιλεὺς μετὰ Μανουὴλ καὶ τῆς συγκλήτου καὶ τοῦ στρατοῦ παντὸς κατὰ Ἀγαρηνῶν. καὶ εὐπετῶς τήν τε Ζάπετρον καὶ τὸν Σαμοσάτορα πλούτῳ κομῶντα διὰ τὸ ἀμερμουμνῆν ἐκεῖθεν εἶναι παραλαβών, ἐπανῄει τῇ νίκῃ καὶ τοῖς λαφύροις γαυρούμενος. καὶ ἐλθὼν μέχρι τοῦ Βρύα προσέταξε παλάτιον οἰκοδομηθῆναι καὶ παραδείσους φυτευθῆναι καὶ ὕδατα ἀγαγεῖν· ἃ καὶ γεγόνασιν. ἐκεῖθέν τε εἰς τὴν πόλιν ἀφικόμενος, ἱππικὸν ποιήσας καὶ τὸ πρῶτον βαΐον παίξας, ἅρματι λευκῷ ἐποχησάμενος καὶ τὰ λάφυρα θριαμβεύσας ἐστεφανώθη, B τῶν δήμων ἐπιβοώντων "καλῶς ἦλθες, ἀσύγκριτε φακτωνάρη."

8 αὐτῷ margo P

catisque quos sub potestate habebat ordinibus, adhaecque Amermumnis filio, tanquam scilicet animi relaxandi gratia ac venaturus, longiusque ab hostibus digressus, Amermumnis complexus filium ac deosculatus, ad eum infit "ego quidem ad imperatorem ac propria revertor, qui nihil in vita potius fide atque civibus habendum ducam: tu vero cum tuis, omnis a nobis mali securus, te ad tuos recipito." atque hic quidem cum lacrimis ac pudore reversus est: Manuel vero ad imperatorem profectus est, praemisso qui eius adventum illi nuntiaret. imperator nuntio liberaliter accepto, ac qua par erat humanitate ac benevolentia Manuele suscepto, magistrum statim ac scholarum domesticum praefecit, eiusque liberos e sacro fonte suscepit.

11. Anno eius imperii septimo imperator cum Manuele et senatu cunctoque exercitu adversus Agarenos profectus, facilique negotio captis Zapetro et Samosato, urbe divitiis longe locupletissima, quod inde Amermumnes oriundus esset, victoria spoliisque elatus reversus est. cumque ad locum Brya venisset, exstrui palatium iubet hortosque plantari ac vivaria, atque aquas deduci; quod et factum est. inde in urbem rediens, Circensibus ludis exhibitis, primoque ipse munere ludens, candidis equis invectus spoliaque triumpho traducens victor coronatus est, factionibus acclamantibus, "bene fausteque veneris, omni maior comparatione factionarie."

12. Τῷ η' τούτου ἔτει, τοῦ πατριάρχου Ἀντωνίου τελευτήσαντος, ἀντ' αὐτοῦ χειροτονεῖται Ἰωάννης ὁ σύγκελλος, Ἰαννῆς δὲ μᾶλλον καὶ Ἰαμβρῆς, ὁ ἐπὶ τοῦ Ἀρμενίου καὶ παραβάτου Λέοντος μνημονευθεὶς γραμματικός, βεβοημένος ἐπί τε μαγείαις καὶ λεκανομαντείαις καὶ πάσῃ ἀσεβείᾳ. ὃς ὄργανον ἐπιτήδειον εὑρεθεὶς τῆς τοῦ βασιλέως ἀσεβείας σὺν αὐτῷ πάντα τὰ πρὸς ἀπώλειαν κατειργάσατο· καὶ ὃν ὤδινεν κατεῖχε δὲ βασιλίσκον τῆς ἀσεβείας ὁ βασιλεὺς ἐξέρρηξε καὶ ἀπέτεκεν, τὰς ἁγίας εἰκόνας ἀνα- C χρίσεσθαι προστάξας ἢ ἐπαλείφεσθαι.

13. Οὗτος ὁ Ἰωάννης πρὸ τοῦ ἄστεος οἴκημα ἐκ λίθων λαξευτῶν κατασκευάσας, ὃ Τροῦλος μέχρι τοῦ νῦν ὀνομάζεται, διά τινων θυσιῶν ὡμίλει τοῖς δαίμοσι καὶ τῷ βασιλεῖ τὰ μέλλοντα διεσήμαινεν· ὃ καὶ ἀοίκητον ἔμεινεν διὰ τὰς ἐν αὐτῷ γινομένας τότε τῶν δαιμόνων ἐπιφοιτήσεις.

14. Ἐν τούτοις Ἀγαρηνοῦ τινὸς γυναίου πνεῦμα Πύθωνος ἔχοντος, ὃ αἰχμάλωτον ἔλαβεν, ἐκμαντεύεσθαι μαθὼν ὁ βασιλεὺς μετακαλεσάμενος ἐκπυνθάνεται, τίνος ἡ βασιλεία ἐν πολλοῖς D διαρκέσει ἔτεσι· καὶ ἐξεῖπεν "ἡ τῶν Μαρτινακίων." κατὰ πληροφορίαν δὴ τῆς τοιαύτης προφάσεως τὸν μονήρη βίον κατέκρινε Μαρτινάκιον, τὸν αὐτοῦ οἶκον ποιήσας εἰς μοναχῶν φροντιστήριον. ἐντεῦθεν καὶ Κωνσταντίνῳ τῷ Τριφυλλίῳ τὰ συμβησόμενα αὐτῷ προδεδήλωκεν, ὅτι ὡσαύτως καὶ σὺ καὶ τὰ τέκνα ἀποκαρήσεσθε κληρικοὶ ἐπὶ αὐτοκράτορος Βασιλείου· ὃ καὶ συμβέβηκεν.

12. Anno eius imperii octavo defuncto patriarcha Antonio, Ioannes syncellus (potius vero Iannes et Mambres) in eius locum suffectus est, is nimirum cuius in Leone Armeno et praevaricatore mentio supra habita est, homo praestigiis, divinationibus ex pelvi omnique impietate nominatissimus. et vero idoneum organum regiae impietatis inventus, collata cum eo opera, quae ad interitum existant, propense omnia executus est; ac quem parturiebat (occultabat tamen) impietatis basiliscum, imperator edidit peperitque, promulgato edicto quo sacras imagines oblini ac aboleri iuberet.

13. Hic Ioannes exstructa in urbis pomerio ex sectis lapidibus domo (Trullus hodieque vocatur) sacrificiis quibusdam daemonibus familiarius utens, quae futura erant, imperatori denuntiabat. manserunt aedes illae inhospitae ob daemonum per haec tempora in illis frequentiam.

14. Inter haec Agarenam quandam mulierem bello captam spiritu Pythone afflatam cum vaticinari imperator audisset, rogabat ex illa, cuius in domo imperium in annos plures duraturum esset. cui illa Martinaciorum. eius vaticinii fide eaque occasione Martinacem monachi instituto damnavit, eiusque domum in monasterium redegit. hinc quoque Constantino Triphyllio, quae eventura essent, praedixit, perinde scilicet eum liberosque clericalis ordinis gratia detonsum iri Basilio imperatore;

ὁμοίως καὶ ἄλλοις πολλοῖς τὰ συμβησόμενα αὐτοῖς προύλεγε, καὶ τὸν βασιλέα τὰ μετὰ θάνατον αὐτοῦ ὀφείλοντα γενέσθαι ἀκριβῶς
P 422 προηγόρευσεν, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν εἰκόνων προσκύνησιν καὶ τὴν τοῦ Ἰαννῆ καθαίρεσιν. καὶ Γεωργίῳ δὲ τῷ τὰς στρατιωτικὰς δέλτους ἐπειλημμένῳ ἐπὶ τῇ σφενδόνῃ εἶπεν τῇ κατὰ τοῦ ἱπποδρόμου ἀποκτάνεσθαι, καὶ τὴν ὕπαρξιν αὐτοῦ τῷ βασιλείῳ ἀνειλῆφθαι ταμείῳ.

15. Τῷ θ' αὐτοῦ ἔτει Ἄραβες μετὰ δυνάμεως πολλῆς κατὰ Ῥωμανίας ἐξῄεσαν, καὶ ὁ βασιλεὺς ἅμα τοῖς πρόσφυξι Πέρσαις καὶ τοῖς τάγμασι καὶ Μανουὴλ δομεστίκῳ κατ' αὐτῶν ἐχώρει. καὶ συμβολῆς γενομένης ἡττηθεὶς ὁ βασιλεὺς μέσον εἰσῆλθε τῶν Περσῶν, ὑπ' αὐτῶν περισωθῆναι ὑπολαμβάνων. Μανουὴλ
B δὲ ὡς ἔγνω περισκοπῶν ἐν μέσῳ τῶν Περσῶν τὸν βασιλέα ὄντα, αὐτοὺς δὲ βουλομένους ἤδη τοῖς Ἄραψι τοῦτον παραδοῦναι καὶ δι' αὐτοῦ καταλλαγῆναι αὐτοῖς, διασχίσας μέσον αὐτῶν καὶ τοῦ χαλινοῦ τοῦ ἵππου τοῦ βασιλέως λαβόμενος ἐξεῖλκεν ἄκοντα τοῦτον, αἰσχύνην ἡγούμενος οὐ καθεκτήν, εἰ τὸν βασιλέα Ῥωμαίων Ἄραβες αἰχμάλωτον λάβωσιν. ὁ δὲ βασιλεὺς τῷ δέει τοῦ καθεστηκότος ἐκστὰς προσρυῆναι πάλιν τοῖς Πέρσαις ἐβούλετο. ὁ δὲ Μανουὴλ τὸ ξίφος ἀνέτεινεν ὡς πατάξων αὐτόν. ὁ δὲ φοβηθεὶς ἐξῆλθεν. ἐκεῖθέν τε ἐξ αἰσχύνης ὑποστρέφει ἐν τῷ Δορυλαίῳ.
C ὁ δὲ Μανουὴλ ἐν τῷ πολέμῳ τρωθεὶς καὶ νοσήσας ἐτελεύτησεν, πολλὰς ἀνδραγαθίας κατὰ Ἀγαρηνῶν ποιησάμενος· τὸ δὲ σῶμα

quod et contigit. similiter quoque aliis non paucis futuros eventus praenuntiavit. etiam qui ab illius morte futurus esset imperator, clare Theophilo edidit; item fore ut imagines venerationem cultumque reciperent, et ut Iannes sede moveretur. Georgio quoque militares tabulas consecuto ad Circi fundam necandum fore vaticinata est, eiusque fisco addicendam substantiam.

15. Imperii Theophili anno nono Arabes ingentibus copiis Romanae dicionis provincias locaque invasere; in quos imperator cum Persis profugis, Romanisque copiis ac Manuele domestico aciem eduxit. conserta pugna victus imperator in medium Persarum agmen, per eos liberatum se iri arbitratus, subiit. Manuel circum lustrans, ut in medio Persarum cuneo haerentem imperatorem cognovit, iamque illis constitutum esse ut Arabibus ipsum proderent illiusque pretio eorum gratiam inirent, perrupto illorum cuneo frenoque imperatoris equo apprehenso pene reluctantem trahebat, nullo modo ferendum probrum ducens, si ita ab Arabibus Romanorum imperatorem capi contingeret. at imperator timoris nimia vi saniore mente deiectus ad Persas rursus desciscere volebat. Manuel gladium strinxit quasi percussurus; quo territus imperator exivit, indeque pudore, ingentique accepta clade, Dorylaeum rediit. Manuel e praelio saucius morboque correptus diem obiit, multis adversus Agarenos strenue bellicaque fortitudine clare gestis. eius cadaver

αὐτοῦ ἀπεκομίσθη ἐν τῇ ὑπ' αὐτοῦ κτισθείσῃ μονῇ, τῇ σύνεγγυς κειμένῃ τῆς τοῦ Ἄσπαρος κινστέρνης. (16) καὶ εὐθὺς διαβολαὶ πρὸς τὸν βασιλέα κατὰ Περσῶν καὶ ἀπειλαὶ κατὰ Θεοφόβου ὡς ἀντάρτου καὶ προδότου καὶ δυσμενοῦς. ταῦτα μαθὼν Θεόφοβος, τοὺς Πέρσας καταλαβὼν κατῆλθεν ἕως Σινώπης· ἥτις τὴν κλῆσιν εἴληφεν ἀπό τινος τῶν Ἀμαζόνων αὐτὴν δειμαμένης, Ἄμαστρις δὲ ἡ πρὶν Κρῶμμα ὠνομασμένη ἀπὸ Ἀμάστριδος τῆς Περσίδος, θυγατρὸς Ὀξυάρτου ἀδελφοῦ Δαρείου, ἥτις συνοικήσασα Διονυ- D σίῳ τῷ Ἡρακλείας τυράννῳ, ὑπ' ἐκείνῳ οὖσαν τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς συζύγου ὠνομακέναι. καὶ ταύτην παραλαβὼν κατεῖχε τυραννικῶς· ὅπερ γνοὺς ὁ βασιλεὺς ἐν μεγάλῃ λύπῃ γέγονε. φοβούμενος δὲ μὴ παραρρυῶσι τοῖς Ἄραψι, μέχρι Παφλαγονίας ἀπήει, καὶ λόγους αὐτοῖς ὡς οὐδὲν πείσονται δεδωκὼς καὶ τὸν Θεόφοβον ἀναλαβόμενος ὑπέστρεψεν ἐν τῇ πόλει, τῶν ἄλλων Περσῶν παραγενομένων οὗπερ ἕκαστος κατεσκήνωσεν ἐξ ἀρχῆς. ἠγαπᾶτο δὲ ὁ Θεόφοβος παρὰ τῶν πολιτῶν οὐχ ἧττον ἢ τῶν Περσῶν ὡς ὀρθόδοξος.

17. Τῷ ι' αὐτοῦ ἔτει γίνεται τῷ βασιλεῖ παῖς ἐκ Θεοδώ- P 423 ρας, ὃν ἐπωνόμασεν Μιχαήλ. ἀπερχομένῳ δὲ τῷ βασιλεῖ πρὸς Βλαχέρνας, καθὼς εἴθιστο, ὑπήντησεν αὐτῷ τις λέγων "ὁ ἵππος ᾧ ἐποχεῖται ἡ βασιλεία σου ἐμός ἐστιν." ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν κόμητα τοῦ στάβλου ἐπηρώτησεν "τίνος ἐστὶν ὁ ἵππος;" ὁ δέ φησιν "ὁ κόμης τοῦ Ὀψικίου ἀπέστειλεν αὐτὸν τῇ βασιλείᾳ σου." τῇ δὲ

ad monasterium relatum, quod ipse construxerat haud procul ab Asparis cisterna. (16) statim proditionis delati Persae apud imperatorem: intentatae minae in Theophobum, tanquam tyrannus et rebellis ac proditor et hostis esset. Theophobus compertis quorum reus agebatur, assumptis secum Persarum turmis, Sinopem concessit. (accepit illa nomen a quadam Amazonum, quae eam condidit. Amastris vero, quae prius Cromma vocaretur, ab Amastride Persa, Oxiarti Darii fratris filia. fuit haec uxor Dionysii Heracleae tyranni, qui urbis cum potiretur, ex uxoris nomine illam appellavit.) Theophobus quam urbem occuparat, tyranni iure tenebat. imperator ubi rescivit, ingenti maerore affectus est. veritus autem ne illi se Arabibus adiungerent, in Paphlagoniam usque venit; dataque fide nihil mali passuros, assumptoque Theophobo in urbem rediit. Persae reliqui ad sedes cuique dudum assignatas reversi. porro Theophobus non minus civibus quam Persis amori habebatur, ea ratione quod orthodoxus erat.

17. Theophili imperatoris anno decimo nascitur ei filius ex Theodora, cui Michaëlis nomen indidit. procedenti ex more ad Blachernas obvius factus quispiam ait "equus quo vehitur maiestas tua, meus est." quaerit imperator ex comite stabuli cuius equus sit. qui ait "Obsicii

ἐπαύριον τὸν κόμητα τοῦ Ὀψικίου ἀγαγὼν (ἔτυχε γὰρ ἐν τῇ πόλει αὐτὸν εἶναι) ἔφη "τίνος ἐστὶν ὁ ἵππος;" ὁ δὲ ἔφη "ἠγόρασα αὐτόν." τοῦ δὲ ἐγκαλοῦντος ἀνθισταμένου καὶ λέγοντος μετὰ βίας
B ἀφελέσθαι αὐτὸν καὶ χωρὶς τιμήματος, ὁ βασιλεὺς ἔφη "διὰ τί μὴ πρότερον τὴν τιμὴν ἀπέκοψας;" ὁ δὲ ἀποκριθεὶς "ρ′ νομίσματα ἐδίδουν αὐτῷ· αὐτὸς δὲ ἐζήτει γενέσθαι σχολάριος, καὶ διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν δειλὸν τούτου ἀποτυχὼν οὐδὲ τὰ ρ′ νομίσματα ἠθέλησε λαβεῖν." ἐπὶ τούτοις βεβαιωθεὶς ὁ βασιλεὺς ὅτι βίᾳ, τὸν ἵππον ἀποδέδωκεν, ὁρίσας καὶ σχολάριον αὐτὸν ποιῆσαι. ὁ δὲ τὸν ἵππον μὴ βουληθεὶς λαβεῖν, ἔλαβεν χρυσίου λίτρας β′ καὶ ἀπῆλθεν.

18. Τῶν δὲ Σαρακηνῶν ἐπὶ τὸ Ἀμόριον ἐλθόντων ὁ βασιλεὺς συντόμως μέχρι Καππαδοκίας ἐξήλασεν. ὁ δὲ ἀμερμουμνῆς
C ν′ χιλιάδας λαὸν ἀφορίσας, δεδωκὼς αὐτοῖς καὶ τὸν Γουνδεῆ ἄρχοντα ὀνομαστότατον ὄντα ἐν τοῖς Ἀγαρηνοῖς, ἀπέστειλε κατὰ τοῦ βασιλέως. καὶ πολέμου γενομένου ἡττηθεὶς ὁ βασιλεὺς ἔφυγε, καὶ μετ' αἰσχύνης ὑπέστρεψε μόλις διασωθείς. οἱ δὲ Σαρακηνοὶ περιχαρακώσαντες τὸ Ἀμόριον καὶ πολλοὺς πολέμους ποιήσαντες, ἐπεὶ σταθερῶς τοὺς ἔνδον ἀγωνιζομένους ἑώρων, ἠβουλήθησαν ὑποχωρῆσαι. μαθητὴς δέ τις Λέοντος τοῦ φιλοσόφου ἐν τῷ κάστρῳ ὢν μηνύει τούτους ὅτι εἰ προσκαρτερήσετε δύο ἡμέρας, ἐκπορθεῖτε ἡμᾶς. ὃ καὶ γέγονεν· προεδόθη γὰρ ὑπὸ τοῦ λεγομένου Βουδίτζη
D καὶ τοῦ Μανικοφάνους. κατεσχέθησαν δὲ ἄνδρες ὀνομαστότατοι

comes tuae maiestati misit." postridie itaque eo adducto (contigit enim eum tunc in urbe versari) ait "cuiusnam est equus?" respondit se illum coëmisse. obnitente autem qui actor erat, vique ablatum dicente, nec ullum eius pretium solutum esse, ait imperator "quidni prius solvisti?" qui respondit "centum illi nummos numerabam, quaerebatque inter scholares alas adlegi; id vero, quod homo ignavus erat, minime consecutus nec centum nummos accipere voluit." imperator itaque certior factus equum vi ablatum esse, ipsum reddidit, iubens et illum inter scholares referri. non acquievit ille ut equum acciperet, aurique duabus libris donatus abscessit.

18. Saracenis infestis signis Amorium petentibus imperator celeriter in Cappadociam usque copias eduxit. Amermumnes vero selectis quinquaginta milibus, praefectoque illis Gundee viro inter Agarenos fama clarissimo, adversus imperatorem misit. conserto praelio imperator victus fususque est, vixque a clade cum probro ipse incolumis evasit. Saraceni vero undique cincto Amorio variisque praeliis tentato, quod oppidanos strenue urbem propugnantes viderent, obsidionem solvere meditabantur. verum Leonis philosophi discipulus quidam, tum in praesidio agens, in haec verba mandat, "dummodo duos solum dies stationem teneatis, urbem evertetis;" quod et contigit. prodita enim est a Buditze, quem vocant, et a Manicophane. comprehensi ex catholicis viri

τῶν εὐσεβῶν, Θεόφιλος πατρίκιος καὶ στρατηγοὶ ὅ τε Μελισσηνὸς καὶ ὁ Ἀέτιος, καὶ Θεόδωρος πρωτοσπαθάριος καὶ εὐνοῦχος ὁ Κρατερός, Κάλλιστος τουρμάρχης, Κωνσταντῖνος δρουγγάριος καὶ Βασόης ὁ δρομεὺς καί τινες ἄρχοντες τῶν ταγμάτων. οὓς ἐξωνήσασθαι βουλόμενος ὁ βασιλεὺς ἀποστέλλει πρέσβεις πρὸς τὸν ἀμερμουμνῆ μετὰ κεντηναρίων διακοσίων. ἀλλ' οὐκ ἔπεισεν εἰπόντα ὅτι χίλια κεντηνάρια ἐὰν παράσχῃς λόγῳ τοῦ συνειλεγμένου λαοῦ, οὐκ ἐλευθερώνω οὐδένα τούτων. (19) τῶν αἰχμαλώτων οὖν ἐν Συρίᾳ ἀπαχθέντων, πολλὰ παρὰ τοῦ πρωτοσυμβούλου P 424
ἀναγκασθέντες, ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ Βουδίτζη, τῇ τῶν ἑπτὰ χρόνων καθείρξει, καὶ μὴ πεισθέντες ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν, ξίφει ἀπετμήθησαν, ἀντὶ τῆς προσκαίρου ζωῆς τὴν αἰώνιον ἀγαπήσαντες, καὶ μετὰ μίαν ἡμέραν ἐν τῷ ποταμῷ ἐρρίφησαν. τὸ δὲ παραδοξότατον, ὅτι ἑκάστη κεφαλὴ μετὰ τὴν ἐκτομὴν τῷ ἰδίῳ σώματι ἡνώθη καὶ συνεφύη· καὶ ὥσπερ αἱ ψυχαὶ ἐν ἑνὶ τόπῳ τοῦ παραδείσου, οὕτω καὶ τῶν ἁγίων τὰ σώματα μιᾶς ὁσίας παρὰ τῶν πιστῶν ἔλαχον. τούτων τελειωθέντων ἐκέλευσεν ὁ πρωτοσύμβουλος καὶ τὸν Βουδίτζην ἀποκεφαλισθῆναι εἰπὼν ὅτι καὶ οὗτος, εἰ B
ἦν ὀρθὸς Χριστιανός, οὐκ εἶχε μαγαρίσαι. καὶ τούτου γενομένου καὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ ῥιφέντος μετὰ τῶν ἁγίων, ἔξω τῆς στοιβῆς τούτων ηὑρίσκετο. καὶ ἡ κεφαλὴ δὲ αὐτοῦ πόρρω τοῦ σώματος ἦν, καὶ οὐχ ὡς τῶν ἁγίων συγκεκολλημένη. καὶ εἰς τὸν ποταμὸν ῥιφέντων, καὶ πάντων τῶν σωμάτων τῶν ἁγίων βλέποντος τοῦ

nominatissimi, Theophilus patricius duxque exercitus, Melissenus et Aetius, Theodorus quoque protospatharius et eunuchus Craterus, Callistus turmarcha, Constantinus drungarius et Basoes cursor; quidam etiam agminum praefecti. quos cum imperator vellet redimere, missis legatis ad Amermumnem cum ducentis centenariis, eius nequiit animum expugnare; qui diceret, nec si milies centenas libras eo nomine numeraret ut captivos reciperet, vel unum liberandum fore. (19) captivis itaque in Syriam adductis, multa eis vis a protosymbulo, quin et a Buditze adhibita longa annorum septem carceris maceratione; cumque nullis aerumnis ac cruciatibus adduci potuissent ut Christum negarent, gladio caesi sunt, prae temporanea scilicet aeternam vitam adamantes. postridie in flumen proiecta cadavera. quodque omnem vincit admirationem, uniuscuiusque abscissum caput cum suo trunco unitum est ac consertum; ac sicut animae in uno collocatae paradisi loco, sic et corpora sanctorum uno funere a fidelibus elata sunt. his peractis iussit protosymbulus ut et Buditzi caput auferretur, dicens eum quoque, si rectus fuisset Christianus, nunquam Mahumethi sacris imbuendum fore. illo itaque sublato, eius cadaver una cum sanctis proiectum, extra illorum struem repertum est: sed et caput procul a trunco semotum erat, nec velut capita sanctorum illi cohaeserat. proiectis quoque in flumen corporibus, cum sanctorum omnia corpora spectante plebe facile enatassent

ὄχλου εὐπλοησάντων καὶ εἰς τὸ πέραν ἐλθόντων, αὐτοῦ μόνον τὸ σῶμα οἱ κροκόδειλοι διασύραντες κατέκοψαν καὶ κατέφαγον.

20. *Ὁ δὲ τοῦ φιλοσόφου Λέοντος μαθητής, ὁ καὶ μηνυ-* C *τὴς τῆς προδοσίας, ἠρωτήθη παρὰ τοῦ ἀμερμουμνῆ περὶ τῆς ἐπιστήμης αὐτοῦ καὶ εἶπεν μαθητὴς εἶναι τοῦ φιλοσόφου Λέοντος. ἐκεῖνος δὲ μαθὼν ὁποῖός ἐστιν ὁ Λέων, ἐπεθύμει τοῦτον ἰδεῖν, καὶ δούς τινι τῶν αἰχμαλώτων γράμματα πρὸς Λέοντα τὸν φιλόσοφον ἀπέστειλεν ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὑποσχόμενος δεύτερον αὐτὸν εἶναι ἐν τιμῇ. ὁ δὲ Λέων τὰ γράμματα ἀπολαβὼν ἀνήγαγε ταῦτα Θεοφίλῳ τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ γνοὺς τὰ τῆς ἑαυτοῦ ἐπιστήμης, καὶ ὅτι τοιοῦτον σοφὸν ἄνδρα ἐν τῇ πόλει αὐτοῦ ἔχει, προσλαβόμενος αὐτὸν εἰς τὸ παλάτιον ἐν τῇ Μαγναύρᾳ ἔθετο, παραδοὺς αὐτῷ καὶ μαθητὰς διδάσκειν τοὺς εὐφυεστάτους νέων, παρέχων αὐτῷ πᾶσαν ἀπάθειαν. οὗτος καὶ μητροπολίτης μετὰ ταῦτα Θεσσαλονίκης* D *γέγονεν, ὑπὸ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Μεθοδίου χειροτονηθείς.*

21. *Τῷ ια' αὐτοῦ ἔτει κτίζει ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ παλατίῳ τὸ Τρίκογχον καὶ τὸ λεγόμενον Σίγμα καὶ τὰς ἀναβάθρας τῶν δήμων, ἵστησι δὲ καὶ τὴν φιάλην ἐν ᾗ γίνεται τὸ σαξιμοδέξιμον λεγόμενον, τῶν ἵππων ἀμφοτέρων τῶν μερῶν διερχομένων μετὰ χρυσῶν σαγισμάτων. ὑπὸ δὲ τὸ Τρίκογχον κάτωθεν διὰ μηχανῆς ἐποίησε τὸ λεγόμενον Μυστήριον, ἐν ᾧ, ἐν τῇ μιᾷ γωνίᾳ ὃ ἐὰν*

15 καθαιρεθείς margo P

amnemque transmeassent, eius unius corpus crocodili tractum discerptumque vorarunt.

20. Leonis autem philosophi discipulus, qui et proditionem denuntiarat, de sua scientia ab Amermumne interrogatus Leonis se philosophi discipulum professus est. ille porro, ubi quantus vir Leo esset audivit, eius videndi desiderio accensus uni alicui captivorum datis literis Leoni philosopho Cpolim scripsit, sancteque illi secundas ab se honoris partes obtulit. Leo literis acceptis ad Theophilum rettulit. Theophilus explorata viri scientia, ac ubi tantum hominem nactum se in civitate cognovit, assumptum illum in palatio in Magnaura constituens, omnique donans immunitate, ingemuosissimos adolescentes disciplinas docere iussit. hic postea Thessalonicae metropolita creatus, a sanctissimo patriarcha Methodio gradu motus est.

21. Anno eius undecimo exstruit imperator in palatio Triconchum cubiculum, et quod Sigma vocant, gradusque ac subsellia factionum. struit vero etiam Phialam, in qua fit quod Saximodeximum vocant, utrarumque partium equis transeuntibus, aureis instratis stragulis. sub Triconcho inferius structa machina fecit, quod vocant Mysterium; in

εἴπῃ τις ἐν μυστηρίῳ προσκεκυφώς, ἐξακούεται ἐν τῇ ἑτέρᾳ φανερῶς.

22. Ἐν τούτοις μαθὼν Θεόφιλος ὁ βασιλεὺς ὅτι Θεοφά-
νης ὁ τῶν ἐκκλησιαστικῶν κανόνων καὶ ὕμνων ποιητὴς καὶ Θεό- P 425
δωρος ὁ αὐτοῦ ἀδελφὸς καθ' ἑαυτοὺς ζῶντες τὴν ἀσέβειαν αὐτοῦ
κωμῳδοῦσι καὶ διελέγχουσιν, ἤγαγεν αὐτοὺς πρὸς αὐτόν, καὶ φησὶ
"πόθεν ἐστέ;" οἱ δὲ εἶπον "ἐκ Παλαιστίνης." καὶ ὁ Θεόφιλος
"καὶ διὰ τί τὴν γῆν ὑμῶν ἀφέντες καὶ εἰς τὴν ἡμετέραν ἐλθόντες
οὐ πειθαρχεῖτε τῇ βασιλείᾳ μου;" τῶν δὲ μηδὲν ἀποκριναμένων,
τύπτεσθαι αὐτῶν τὰς ὄψεις προστάττει σφοδρῶς. εἶτα καὶ βουνευ-
ρήσας μέχρις αὐτοῦ θανάτου, μετὰ θυμοῦ πρὸς τὸν ὕπαρχον
ἔφη "ἆρον αὐτοὺς εἰς τὸ πραιτώριον, καὶ ποιήσας στίχους ἔγγρα-
ψον αὐτοὺς κολάψας εἰς τὰ πρόσωπα αὐτῶν· καὶ ἂν οὐκ εἰσὶ B
καλοί, μή σοι μελέτω." τοῦτο δὲ εἶπεν διὰ τὸ εἶναι τοὺς ὁσίους
σοφωτάτους. οἱ δὲ ἅγιοι εἶπον "γράφε, γράφε, βασιλεῦ, τὸ
δοκοῦν σοι, ὡς μέλλων τοῦ ἀναγνῶναι ταῦτα ἐνώπιον τοῦ δικαίου
κριτοῦ." ὁ δὲ ὕπαρχος εἰς τὸ πραιτώριον τοὺς ἁγίους ἀγαγὼν
γράφει οὐ μόνον ἐν τῷ προσώπῳ ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς στήθεσι τοὺς
στίχους τούτους.

πάντων ποθούντων προστρέχειν ἐν τῇ πόλει
ὅπου πάναγνοι τοῦ θεοῦ λόγου πόδες
ἔστησαν εἰς σύστασιν τῆς οἰκουμένης,
ὤφθησαν οὗτοι τῷ σεβασμίῳ τόπῳ

quo, quicquid aliquis in uno angulo sese inclinans secreto locutus fuerit, in alio clare exauditur.

22. Inter haec comperto Theophilus imperator Theophanem ecclesiasticorum canonum ac canticorum auctorem, cum Theodoro fratre, secum ipsos agentes illius impietatem sugillare ac arguere, sibi illos sisti iubet, aitque "unde estis?" aiunt illi "ex Palaestina." tum Theophilus "quid causae est cur cum patria relicta in urbem veneritis, morem non geratis meae maiestati?" quibus nihil respondentibus, eorum dure facies percuti iubet. tum taureis ad mortem usque cum cecidisset, ira furoreque ad praefectum ait "tolle eos in praetorium, versusque quos feceris, eorum inscribe vultibus. nec ulla tibi cura sit, sintne elegantes necne." hoc autem dixit, quod viri sancti eruditissimi essent humanioribusque literis probe instituti. ad quem sancti "scribe, scribe, imperator, quod libuerit, ut qui haec lecturus sis in conspectu iusti iudicis." praefectus autem adductis in praetorium, eorum non solum vultibus sed et pectori sequentes versus inscripsit.

cunctis ad urbem accurrere affectantibus,
castissimos in qua deus verbum pedes
fixit, generi salutem ut humano daret,
apparuere et isti venerando in loco,

σκεύη πονηρὰ δεισιδαίμονος πλάνης.
C ἐκεῖσε πολλὰ λοιπὸν ἐξ ἀπιστίας
πράξαντες αἰσχρὰ δεινὰ δυσσεβοφρόνως,
ἐκεῖθεν ἠλάθησαν ὡς ἀποστάται.
πρὸς τὴν πόλιν δὲ τοῦ κράτους πεφευγότες
οὐκ ἐξαφῆκαν τὰς ἀθέσμους μωρίας·
ὅθεν γραφέντες ὡς κακοῦργοι τὰς ὄψεις
κατακρίνονται καὶ διώκονται πάλιν.

εἶτα γράψας ἐξορίζει. καὶ διερχομένων αὐτῶν μετὰ τῶν δημοσίων ἵππων, ἔτυχεν αὐτοὺς μεῖναι εἰς Κάρτα λιμήν. καὶ ἐπεὶ ὁ μέγας Μεθόδιος ὑπ' αὐτοῦ τοῦ θεοστυγοῦς Θεοφίλου ἐγκεκλεισμένος ἦν
D ἐν τῇ τοῦ Ἀντιγόνου νήσῳ ἐν μνήματι μετὰ δύο λῃστῶν, γράφουσιν αὐτῷ Θεόδωρος καὶ Θεοφάνης διά τινος πιστοτάτου ἁλιέως, ὃς καὶ ὑπούργει τῷ ὁσίῳ Μεθοδίῳ ἐν εὐτελέσι χρείαις. καὶ γὰρ κανδήλαν αὐτῷ διὰ τὸ σκοτεινὸν τοῦ τάφου ἀπενεγκὼν ἐκόμιζεν αὐτῷ ἑκάστῳ σαββάτῳ ἔλαιον φόλλης μιᾶς, ὅπερ καὶ ἤρκει ταῖς ἑπτὰ ἡμέραις φωτίζον τοὺς ἐγκεκλεισμένους. συνέβη δὲ ἐν μιᾷ ἀσθενῆσαι τὸν ἁλιέα καὶ μὴ ἀπενεγκεῖν τὸ κατὰ τύπον τοῦ σαββάτου· τῇ δὲ προσευχῇ τοῦ ὁσίου τὴν λεῖψιν αὐτοῦ ὁ θεὸς παρεμυθήσατο, καὶ ἡ ἀπειλοῦσα σβεσθῆναι μέχρι τοῦ ἑτέρου σαββά-
P 426 του ἕως ἔλαιον διήρκεσε λάμπουσα. διὰ τούτου οὖν τοῦ ἁλιέως γράφουσιν

21 ἔλαιον] ἀπενεχθῆναι addit margo P

superstitiosi erroris vasa pessima.
et inde, multa postquam perfidi deo
facinora perpetrassent turpia impie,
ut desertores vertere iussi sunt solum.
fugaque in urbem hanc delati, imperii caput,
non destitere ab impura vaecordia.
compuncti igitur facinorosi velut notis,
ex urbe damnati pelluntur hac quoque.

sic inscriptis vultibus atque compunctis, equis publicis in exsilium pulsi sunt; contigitque domicilium in portu Carta dicto habere. quod vero magnus Methodius ab eodem scelestissimo Theophilo in Antigoni insula in monumento cum duobus latronibus inclusus fuerat, scribunt ad eum Theodorus et Theophanes per fidelissimum quendam piscatorem, qui et sancto Methodio viliora ministeria devotus obibat. quod enim tenebrosum erat sepulcrum, ad lucernae usum singulis quibusque diebus sabbati olei follem afferebat; eisque inclusis ad lucem septem diebus praestandam satis erat. cumque aliquando piscatori aegra valetudine laboranti constitutum sabbato oleum afferre haud licuisset, eius deus defectum sancti precibus solatus est; cumque iam exstinguenda lucerna videretur, ad alterum usque sabbatum lucere non destitit, donec oleum ei allatum est. per hunc igitur piscatorem scribunt.

τῷ ζῶντι νεκρῷ καὶ νεκρῷ ζωηφόρῳ,
οἰκοῦντι τὴν γῆν καὶ πολοῦντι τὸν πόλον,
γραπτοὶ γράφουσι δέσμιοι τῷ δεσμίῳ.
πρὸς οὓς πάλιν διὰ τοῦ αὐτοῦ ἁλιέως ὁ ὅσιος ἀντέγραψεν
τοῖς ταῖς βίβλοισιν οὐρανῶν κλησιγράφοις
καὶ πρὸς μέτωπα σωφρόνως ἐστιγμένοις
προσεῖπεν ὁ ζώθαπτος ὡς συνδεσμίοις.

(23) καὶ ἐν μὲν τῇ ἐξορίᾳ τελευτᾷ ὁ ἐν ἁγίοις Θεόδωρος, οὗ τὸ λείψανον ἐν τῇ Χαλκηδόνι μονῇ τοῦ Μιχαηλίτζη αὐτὸς ὁ κτίσας B Μιχαὴλ ὕστερον ἀπεκόμισεν. ὁ δὲ ἀοίδιμος Θεοφάνης μέχρι Μιχαὴλ καὶ Θεοδώρας διήρκεσε, καὶ ὑπὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Μεθοδίου πατριάρχου γενομένου χειροτονεῖται μητροπολίτης Νικαίας· ὡς καί τινας ἀσχάλλοντας ἐπὶ τῇ τούτου χειροτονίᾳ, καὶ λέγοντας ὅτι Σύρος ἐστί, καὶ τίς οἶδεν εἰ ὀρθόδοξος ὑπάρχει, μηδενὸς αὐτοῦ μαρτυροῦντος; ἀπεκρίθη ὁ ἅγιος Μεθόδιος λέγων "ἐγὼ ὑπὲρ ταύτην τὴν μαρτυρίαν ἣν ἐπιφέρεται" δείξας τὴν ἐν τῷ προσώπῳ γραφὴν "κρείττονα οὐ θέλω."

24. Ἄξιον δὲ λοιπὸν καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ τάφου ἀνάκλησιν C τοῦ ὁσίου Μεθοδίου διηγήσασθαι. ἐπὶ ἑπτὰ γὰρ χρόνοις ἐν τῷ δεινοτάτῳ καὶ στενωτάτῳ τάφῳ μετὰ δύο λῃστῶν κατάκλειστος γεγονώς, ὑπὸ Θεοφίλου τοῦτο μετὰ δαρμῶν ἀφορήτων καὶ τὴν τῶν σιαγόνων θλάσιν καὶ τὴν τῶν ὀδόντων ἐκρίζωσιν διὰ τὴν τῶν

2 κατοικοῦντι P   3 τῷ] οἱ P

vivo perempto vivificoque mortuo,
terram incolenti ac pariter calcanti polum,
scripsere vincto vincti et inscripti notis.
iis Methodius in hanc sententiam per eundem piscatorem rescripsit.
libris vicissim descriptos caelestibus,
faciesque non sine laude compunctos notis,
secum salutat vinctos vivus obrutus.

(23) ac quidem sanctus Theodorus in exsilio diem obit; cuius defuncti corpus in Chalcedonis monasterium, quod vocant Michaelitzis, ab ipso postea qui condidit Michaele translatum est. inclitus vero Theophanes, ad Michaelem usque ac Theodoram vitae superstes, a sancto Methodio patriarcha Nicaeae metropolita ordinatus est. ac cum non deessent qui eius moleste ferrent ordinationem, dicerentque Syrum hominem esse, nec liquere an esset orthodoxus, cui nemo testimonium perhiberet, respondit sanctus Methodius, aitque eo quod secum ille defert (ostendens inscriptam frontem ac compunctam) nullum se melius testimonium velle.

24. Iam vero operae pretium sit ut et modum enarremus, quo e sepulcro sanctus Methodius revocatus est. iam ille annos septem cum duobus latronibus dirissimo artissimoque sepulcro inclusus egerat; cui Theophilus post durissima verbera, maxillas effractas ac dentes excussos, ob cultum sacrarum imaginum reum addixerat. exiguum foramen

ἁγίων εἰκόνων προσκύνησιν καταδικασθεὶς, ὀπὴν μικρὰν μόνον ἔχοντος τοῦ μνήματος, δι' ἧς τὴν εὐτελῆ τροφήν τε καὶ τὸ ὕδωρ ἐλάμβανεν, συνέβη τῷ δευτέρῳ ἔτει τὸν ἕνα τῶν λῃστῶν ἐκεῖσε
D *ἀποθανεῖν. ἴστε δὲ πάντως οἷα δυσωδία καὶ σκωλήκων βρῶσις τοῦ σώματος τοῦ τῆς ψυχῆς ἐξελθούσης τίκτεσθαι. ἐκαρτέρησαν οὖν οἱ γενναῖοι, ὅ τε ὅσιος Μεθόδιος καὶ ὁ ἐναπολειφθεὶς λῃστής, τὴν τοιαύτην ἀνάγκην. ἑπταετίας οὖν πληρωθείσης ἐξέλκεται ὁ ὅσιος τοῦ τάφου τρόπῳ τοιῷδε. ὁ βασιλεὺς Θεόφιλος σχολὴν ἐν μελέταις ἔχων εὑρίσκει θεοῦ προνοίᾳ ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ τοῦ παλατίου γραφὴν ἣν νοῆσαι οὐκ ἠδύνατο. πέμπει οὖν ταύτην τῷ πατριάρχῃ Ἰωάννῃ, ὁμοίως δὲ καὶ τῷ φιλοσόφῳ Λέοντι ἐν τῇ Μαγναύρᾳ τὴν φιλοσοφίαν, ὡς προείρηται, διδάσκοντι· καὶ ἀμφότεροι*
P 427 *ἐματαιώθησαν. λυπεῖται ὁ βασιλεὺς ἀγανακτῶν περὶ τούτου, ἐπί τισιν ἡμέραις κατηφὴς καὶ ἄτροφος διάγων. θαρρεῖ τις τῶν κουβικουλαρίων, καὶ φησὶ τῷ βασιλεῖ "ταύτην, δέσποτά μου, οὐδεὶς ἄλλος διασαφῆσαι δύναται τὴν γραφὴν εἰ μὴ ὁ ἐν τῷ μνήματι ἀποκεκλεισμένος Μεθόδιος. ἀλλ' εἰ κελεύει τὸ κράτος σου, λαμβάνω ἐγὼ τὰ ζητούμενα, καὶ πορεύομαι πρὸς αὐτὸν διὰ τῆς νυκτὸς ὡς παρὰ γνώμην τῆς βασιλείας σου· καὶ πάντως λαμβάνῃ τὴν τούτων ἑρμηνείαν ἀναμφίβολον." ὁ δὲ κατένευσε. καὶ τοῦ κουβικουλαρίου ἀπελθόντος πρὸς τὴν νῆσον, μακρόθεν ἔτι ὄντος*
B *αὐτοῦ, ἤκουεν τοῦ ὁσίου λέγοντος "καλῶς ἦλθες, ἀδελφὲ Ἰωάννη κουβικουλάριε." οὕτως γὰρ ὠνόμαστο. "οἶδα δι' ὃ ἦλθες ἀπο-*

erat in monumento, quo vilem ei escam et aquam inferebant. porro contigit vertente anno altero ut latronum alter eo in lustro atque angulo diem clauderet. haud vero prorsus latet quantus e cadavere foetor exhalet, quanta vermium vis ebulliat, ubi humano fato animam efflaverit. sustinuere tamen forti animo viri (tum nempe Methodius tum latro illi alteri superstes) istiusmodi necessitatem. septennio itaque expleto per hunc modum vir sanctus extrahitur. Theophilus imperator dum studiorum aliquid meditatur, dei providentia in palatii bibliotheca scriptum libellum incidit, cuius assequi sensum minime potuit. mittit ergo ad Ioannem patriarcham, similiter quoque ad Leonem philosophum, in Magnaura philosophiam docentem, ut a nobis dictum est superius. amborum tamen inanis conatus fuit. hinc imperator amaro animo ac indignabundus, dies aliquot morosus ciboque abstinens agit. interim cubiculo praefectorum non nemo, assumpta fiducia, in haec fere verba ipsum alloquitur. "hanc, domine mi, scripturam alius nemo explicare potest nisi qui in monumento inclusus tenetur Methodius. sed si iubet sacra maiestas, acceptis quae dubiae quaestionis sunt, noctu velut te inscio ad eum pergam; prorsusque nihil dubiam ac ancipitem expositionem referam." annuit imperator; profectoque in insulam cubiculario, ac cum longe adhuc positus esset, audit sanctum dicentem "bene veneris, frater Ioannes cubicularie" (sic enim ille vocabatur). "scio quamobrem missus es a

σταλεὶς παρὰ Θεοφίλου. ἀλλ' ἐπίδος μοι χάρτην καὶ μέλαν." καὶ λαβὼν ἐπὶ τρισὶν λύσεσι ταῦτα ἐξέθετο. ἅπερ ἀναγνοὺς ὁ Θεόφιλος ἐθαύμασεν, καὶ ἀποστείλας ἤνεγκεν αὐτὸν ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ ἐσκήνωσεν εἰς τὸ λεγόμενον Σίγμα πλησίον αὐτοῦ, παραγγείλας μηδένα ἀπὸ τῶν ἔξω εἰς αὐτὸν εἰσέρχεσθαι πλὴν τοῦ ὑπουργοῦντος τῷ Θεοφίλῳ. αὐτὸς δὲ καθ' ἑκάστην πρὸς αὐτὸν εἰσήρχετο καὶ τῶν ζητουμένων ἐποιεῖτο τὴν ἔρευναν. ὁ δέ γε καταλειφθεὶς ἐκεῖσε λῃστής, καίπερ ἀφεθείς, οὐκ ἠθέλησεν ἐξελθεῖν, ἀλλὰ αὐτόθι ἐτελεύτησεν, σημείοις καὶ τέρασι μεγάλοις κατακοσμηθείς. C

25. Τῷ αὐτῷ καιρῷ ἔπεσεν ἡ χρυσῆ τοῦ φανοῦ τοῦφα ἐν τῷ Αὐγουστείῳ Ἰουστινιανοῦ, καὶ ἐδόθη τῷ σκαλωτῇ παρὰ τοῦ βασιλέως νομίσματα ρ'. στέφει δὲ Θεόφιλος Μιχαὴλ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, φιλοτιμησάμενος πάντας, ὡς ἔθος, ἐν τῷ στεψίμῳ.

26. Τῷ ιβ' αὐτοῦ ἔτει πεπλήρωται ὃν κατεσκεύασε ξενῶνα, τὸν νῦν Θεοφίλου λεγόμενον, οἶκον μὲν τὰ πρῶτα γεγονότα Ἰσιδώρου πατρικίου τοῦ ἀπὸ Ῥώμης μετὰ Ὀλυβρίου ἀνελθόντος ἐπὶ D Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου, μετὰ δὲ χρόνους ἐκδοθέντα κουρατώρια εἰς τὸ κατοικεῖν ἐκεῖσε γυναῖκας τῶν εὐγενῶν μὴ εἰδυίας σωφρονεῖν. ἐπὶ δὲ Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου ξενοδοχεῖον ὑπ' αὐτοῦ ἐκ πορνείου ἐχρημάτισεν. εἶτα γέγονεν οἶκος Κωνσταντίνου τῆς Εἰρήνης υἱοῦ μετὰ τὴν ὑπὸ τῆς μητρὸς γεγονυῖαν εἰς αὐτὸν τύφλω-

Theophilo. verum trade chartam et atramentum." qua accepta, triplici solutione nodum explicavit. lectis vero quae ille scripserat, Theophilus admirari; mittensque in palatium tulit, ac prope se in cubiculo, quod Sigma vocant, habitare praecepit; exterorum quemlibet ad eum accedere, uno duntaxat excepto illius ministro, prohibuit. ipse vero quotidie ad eum ingrediens, si quae dubiae quaestionis erant, ex illo exquirebat. latro autem in sepulcro relictus, quamquam liber dimissus erat, exire noluit, sed magnis signis ac prodigiis fulgens eo ipso loco vitae finem fecit.

25. Eodem tempore cecidit aureus globus laternae in Augusteo Iustiniani; datique scandulario centum nummi, quorum illa pretio restituta. coronat vero Theophilus Michaelem filium in magna ecclesia, cunctosque magnifice donat, uti in eiusmodi inaugurationum solenniis moris est.

26. Anno imperii Theophili duodecimo absoluta est domus hospitalis, quam nunc Theophili vocant; fueruntque primum Isidori patricii aedes, eius qui Roma cum Olybrio venit Constantino magno imperatore; multisque deinceps annis imperatoris addictae fisco, nobilium scortis feminarum habitaculum praebuere. Leone autem Isauro imperatore, quae aedes lupanar erant, in hospitalem domum cesserunt. exin Constantino Irenes filio, posteaquam a matre excaecatus fuerat, domus exstitere.

σιν. τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ ἡ γυνὴ αὐτοῦ μονάσασα μοναστή-
ριον αὐτὸν κατεσκεύασεν καὶ τὰ Μετανοίας ἐκάλεσεν. ξύλον οὖν
μέγιστον τοῦ τρικλίνου ἀποκλασθὲν ἠπείλει πτῶσιν, αἱ δὲ μονά-
P 428 ζουσαι τοῦ βασιλέως διερχομένου περὶ αὐτοῦ ἐδεήθησαν. ἐκνεύσας
οὖν καὶ τὸν οἶκον θεασάμενος καὶ ἀρεσθεὶς μετοικίζει μὲν τὰς
μοναζούσας ἐν ἑτέρᾳ μονῇ, αὐτὸν δὲ κόσμῳ παντοίῳ καλλωπίσας
ξενῶνα πεποίηκεν, ἐπιδοὺς χρήματα καὶ προάστεια, καὶ τὰ Θεο-
φίλου ἐπονομάσας.

27. Δυσεντερικῷ δὲ νοσήματι περιπαρεὶς ὁ βασιλεὺς βουλὴν
βουλεύεται μετὰ τῶν ὁμοφρόνων αὐτοῦ περὶ Θεοφόβου τοῦ Πέρσου.
εἰδὼς γὰρ ὅτι πολλὴν πίστιν καὶ ἀγάπην ἔχουσιν εἰς αὐτὸν οἱ Πέρ-
σαι καὶ ἐκ τῶν ἐν τέλει οὐκ ὀλίγοι, ἐφοβήθη μή πως αὐτοῦ τελευ-
B τήσαντος αὐτὸν καταστήσωσι βασιλέα, τὸν υἱὸν αὐτοῦ Μιχαὴλ
ἀπωσάμενοι· καὶ ἀποστείλας ἤγαγεν αὐτὸν ἐν τῷ παλατίῳ καὶ ἐν
τηρήσει εἶχεν. εἶτα βαρηθεὶς ὑπὸ τῆς νόσου προστάσσει ἀποκε-
φαλισθῆναι αὐτόν. καὶ τὴν κεφαλὴν ἰδὼν ἔφη "ἄρτι, Θεόφοβε,
καὶ σὺ ἀνεπαύης καὶ ἐγὼ ἀπεφρόντισα." καὶ εὐθὺς τὸ πνεῦμα
αὐτοῦ κακῶς καὶ ὀδυνηρῶς ἀπέρρηξε. τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ εἰς τὸν
ναὸν τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἀπεκομίσθη, τὸ δὲ τοῦ Θεοφόβου ἐν
τῷ οἴκῳ αὐτοῦ πλησίον τῶν Ναρσοῦ. ἐπὶ τούτοις τῶν Περσῶν
ἐπιζητούντων τὸν Θεόφοβον, τί ἄρα γέγονε, οἱ τοῦ βασιλέως ἔπει-
C σαν αὐτοὺς ἐν τῷ παλατίῳ διαιτᾶσθαι. τούτῳ τῷ τρόπῳ διαβε-

quo defuncto illius uxor sanctimonialis institutum amplexa, monasterium construxit, ac Metanoeae (id est Paenitentiae) nuncupavit. triclinii igitur maxima confracta trabes ruinam minabatur. sanctimoniales vero illac iter habentem Theophilum opem ferre rogarunt. ille itaque caput protendens, domumque conspiciens ac ea delectatus, sanctimonialibus in alind monasterium translatis, omnisque generis ornatu exculta domo, peregrinis excipiendis hospitalis ritu eam addixit, opibusque ac pomeriis locupletatam Theophili vocavit.

27. Dysenteriae autem morbo laborans imperator, eiusque gravius doloribus cruciatus, consilium cum suis gregalibus de Theophobo Persa init. cum enim non nesciret multa eum apud Persas, quin et apud procerum non paucos, pollere fide iisque carissimum esse, timuit ne forte ipso vivis exempto, spreto Michaele filio, imperii fasces Theophobo deferrent. mittens itaque in palatium adductum eum sub custodia habebat. exinde ingravescente morbo cervices illi abscindi iubet. vidensque exsectum caput "iam" inquit, "Theophobe, tum tu in vivis esse desiisti, tum ego curis solutus sum;" diroque mox cruciatu male spiritum abrupit. eius in SS. apostolorum elatum funus, Theophobi in eius domum prope Narsetis aedes. inter haec Persis exquirentibus Theophobum, quid utique illo factum esset, vivere eum in palatio aulici asseruerunt.

βόηται παρὰ Πέρσαις ἄχρι τῶν ὧδε χρόνων θανάτου μὴ γεύσασθαι τὸν Θεόφοβον.

*Κόσμου ἔτος ,ϛτλέ, τῆς θείας σαρκώσεως ἔτος ωλέ, Ῥωμαίων
βασιλεὺς Μιχαὴλ καὶ Θεοδώρα ἔτη ιδ', μόνος ἔτη ιβ', καὶ σὺν
Βασιλείῳ ἔτος α' μῆνας δ', ὁμοῦ ἔτη κζ' μῆνας δ'. ἡ Θεοδώρα* D
εὐσεβὴς οὖσα καὶ πιστὴ καὶ ὀρθόδοξος ἔτι τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς περιόντος λάθρα τὰς ἁγίας εἰκόνας ἐτίμα καὶ ἐσέβετο· ἥτις γνώμῃ μὲν αὐτῆς, ὑποθήκῃ δὲ καὶ παραινέσει Θεοκτίστου κανικλείου καὶ λογοθέτου, ἐξελαύνει τῆς ἐκκλησίας τὸν ἄθεον πατριάρχην Ἰωάννην, καίπερ σύντεκνον αὐτῆς ὄντα, περιορίσασα τοῦτον ἐν τῷ Στενῷ εἰς τὸ καλούμενον Κλείδιον ἔν τινι μοναστηρίῳ. κἀκεῖ αὐτὸν τὰς τοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν εἰκόνας καὶ τῆς θεομήτορος P 429
καὶ τῶν ἀρχιστρατήγων κατορύξαντα, τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἐξορύξαι ἠβουλήθη· κωλυθεῖσα δὲ πέμπει καὶ μαστίζει αὐτὸν διακοσίοις λώροις, εἰσάγει δὲ τὸν ἐν ἁγίοις Μεθόδιον. τοὺς δὲ ὑπὸ Θεοφίλου ἐξορισθέντας μοναχοὺς καὶ ἐπισκόπους ἑνώσασα, τὴν ὀρθόδοξον ἐβεβαίωσε πίστιν καὶ τὴν ἐκκλησίαν εἰρήνευσεν τῇ πρώτῃ κυριακῇ τῶν νηστειῶν. ἐξελαύνει τοίνυν Θεοδώρα τὸν ἀλιτήριον Ἰαννὴν τοῦ πατριαρχείου τρόπῳ τοιῷδε. δηλοῖ γὰρ αὐτῷ διὰ Κωνσταντίνου δρουγγαρίου τῆς βίγλης ὡς πολλοὶ πολλαχόθεν συνεληλυθότες εὐλαβεῖς τε ἄνδρες καὶ μοναχοὶ δέησιν ἐποιήσαντο B

percrebuit hactenus ea fama apud Persas, Theophobum haudquaquam mortem gustasse.

Mundi annus 6335, divinae incarnationis 835, Romanorum imperator Michael et Theodora annos 14, Michael solus annos 10, Basilio collega annum 1 menses 4, simul annos 27 menses 4. Theodora cum pia esset et fidelis et orthodoxa, marito adhuc in vivis agente sacras imagines colebat ac venerabatur. haec sua ipsa sententia, simulque illi auctore et hortante Theoctisto canidei praefecto et logotheta, impium patriarcham Ioannem ecclesia eiicit, tametsi eius compater erat, atque in monasterium quoddam, quod Clidium vocant ad Stenum, exsilio relegat. illic agens, cum Christi dei nostri sanctaeque deiparae, nec non caelestis militiae principum imaginibus oculos effodisset, in eam sententiam Theodora ierat ut et illi lumina effoderet. verum non siverunt quorum res consilio gerebantur; quocirca mittens ducentis flagris caedit, sanctumque Methodium inducit; ac quos Theophilus monachos ac episcopos relegaverat, in unum cogens, orthodoxam fidem confirmavit, primaque dominica quadragesimae pacem ecclesiae reddidit. eiicit itaque Theodora patriarchae aedibus scelestissimum Iannem in hunc fere modum. mandat per Constantinum excubiarum drungarium, multos undique religiosos viros ac monachos in unum

πρὸς τὴν βασιλείαν μου τοῦ τὰς πανσέπτους κελεῦσαι ἀναστηλωθῆναι εἰκόνας. εἰ μὲν οὖν ὁμόλογος εἶ τούτοις καὶ σύμφωνος, καὶ δὴ τὸν παλαιὸν κόσμον ἡ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία ἀπολαμβανέτω. εἰ δ' ἀμφίβολος καὶ τὴν γνώμην οὐκ ἔχων εὐθεῖαν, τοῦ μὲν θρόνου ἔξω γενόμενος καὶ τῆς πόλεως κατὰ δὲ προάστειόν σου διάβηθι, μέχρις ἂν ὁ σύλλογος τῶν ἁγίων πατέρων γένηται μετὰ σοῦ· οἶδε γὰρ ἕτοιμοι διαδικάζεσθαί τε καὶ διαλέγεσθαι καὶ πείθειν σε περὶ τούτων κακῶς λέγοντα." ὁ δὲ πατριάρχης ἢ μᾶλλον φατριάρ-
C χης κατὰ τὸν ἐν τῷ πατριαρχείῳ Θεσσαλὸν τρίκλινον τηνικαῦτα ἀνέκειτο ἐπὶ σκίμποδος, τὰς βασιλικὰς ἀγγελίας δεχόμενος· ὃς ἅμα τῇ ἀκοῇ τῶν λόγων βληθεὶς τὴν ψυχὴν βουλεύσασθαι ἔφη περὶ τούτου καλῶς καὶ τὸν ἀποκομιστὴν εὐθὺς ἀπέστειλεν, καὶ θᾶττον ἢ λόγῳ ἐγχειρίδιόν τι λαβὼν τὰς κατὰ γαστέρα φλέβας ἀπέτεμεν, ἃς ᾔδει δειλίαν μὲν καὶ οἶκτον ἐκ τῆς αἵματος δαψιλοῦς ἐκχύσεως ἀποτεκεῖν τοῖς πολλοῖς, θάνατον δὲ ἤ τινα κίνδυνον οὐδαμῶς. θροῦς οὖν καὶ βοὴ εὐθύς τις περιήχει τὴν ἐκκλησίαν, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τὰς βασιλικὰς ἀκοὰς προφθάνουσα τοῦ
D δρουγγαρίου, ὡς ἡ δέσποινα διὰ τοῦ δρουγγαρίου τὸν πατριάρχην κατέσφαξεν. τῶν οὖν λεγομένων ἐταστὴς ἀκριβὴς ὁ πατρίκιος Βάρδας ἀποσταλεὶς αὐτάς τε τὰς πληγὰς ἐκ προνοίας γενομένας ἠρέμα πως κατεφώρασεν, καὶ τὸ δρᾶμα τὸν ἔλεγχον οὐ διέφυγεν, αὐτῶν τῶν θεραπόντων κατειπόντων αὐτῷ καὶ τὰ τῆς τομῆς ὄργανα (φλεβοτόμα δὲ ἦν) εἰς μέσον καθυποβαλλόμενα. ἔκτοτε οὖν

collectos supplicationem porrexisse, ut omni veneratione colendas imagines erigi ac restitui pro imperio iuberet. "siquidem ergo" ait "in eandem et ipse confessionem consentis, suum dei ecclesia ornatum recipiat. sin autem haesitas nec recto mentis sensu incedis, relicta sede ac urbe ad suburbanum tuum discedito, donec sanctorum patrum coetus una tecum rem pertractaturus coëat. in promptu enim habent disceptare ac disputare, deque his male sentientem ad saniorem sensum reducere." verum patriarcha, seu (verius dicam) fatriarcha, in Thessalo triclinio in aedibus patriarchalibus in suppedaneo scabello id temporis iacens, auditis divalibus iussis, moxque eorum auditione animo saucius, probe se eius rei gratia deliberaturum respondit; ac statim nuntium remisit, dictoque citius arrepta lanceola ventris sibi venulas incidit; quas vulgo, cruore copia effluente, timorem ac miserationem excitaturas, non vero mortem aut periculi aliquid creaturas noverat. sublatus itaque statim rumor ac clamor totam late personat ecclesiam, quin et ante drungarium aulam occupat, Augustam illius opera patriarcham necasse. misso itaque Barda patricio, qui diligenter rem inquireret, sensim ex industria deprehensum facta vulnera; nec fabula ullo colore tegi potuit. ipsi famuli in eum rei testes; prolata in medium sectionis organa, lanceolae scilicet in eum usum sanguinemque aperta vena minuendum compositae. iam

οὐδενὸς λόγου ἀξιωθείς, ὡς ἐπὶ τοιαύτῃ αὐτοφώρῳ αἰτίᾳ ὑπειλημμένος, τῆς ἐκκλησίας ἀπελαύνεται ὁ ἀλιτήριος καὶ κατά τινα μονὴν ἐν τῷ Κλειδίῳ περιορίζεται. ἐν ᾗ ἁγίων εἰκόνας ξέσας, τοῦτον ἡ βασίλισσα μάστιξι διακοσίαις παιδεύει, καὶ κατὰ τὸ προάστειον αὐτοῦ, ὃ λέγεται Ψιχά, ἀποστέλλεται.

2. Οὗτος οὖν ὁ προρρηθεὶς Ἰωάννης πατριάρχης, ὁ δι' P 430 οἰκείαν ἀσέβειαν Ἰαννὴς παρὰ τῶν εὐσεβῶν ὀνομασθείς, οὐκ ἔπηλύς τις καὶ ξένος αὐτόχθων δὲ καὶ τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων βλάστημα καὶ ἐκ λίαν εὐγενοῦς καταγόμενος σειρᾶς, τῆς οὕτω τῶν Μωροχαρδανίων λεγομένης, καὶ τῆς τῶν ἁγίων μαρτύρων Σεργίου καὶ Βάκχου τῆς ἐν τοῖς Ὁρμίσδου μονῆς ἡγούμενος ἄνωθεν ὢν καὶ τοῦ βασιλέως κληρικοῖς καταριθμούμενος, διαφερόντως παρὰ Μιχαὴλ ἠγαπᾶτο τῷ Τραυλῷ, εἴτε τῷ μόνῳ τούτῳ κοινωνὸς εἶναι τῆς τούτου αἱρέσεως, εἴτε καὶ τῷ διαφέρειν ἐπὶ λογιότητος δόξαν τινὰ ἐσχηκώς· πλὴν ἠγαπᾶτο, καὶ τοῦ Θεοφίλου διδάσκαλος ἐγκαθίσταται. καὶ οὗτος ἐπεὶ τὰς τῆς βασιλείας ἔσχεν B ἡνίας, σύγκελλον μὲν πρότερον τοῦτον τιμᾷ, εἶθ' ὕστερον καὶ πατριάρχην καθίστησι Κωνσταντινουπόλεως, προγνώσεις τινὰς διὰ λεκανομαντείας καὶ γοητείας αὐτῷ ἀπαγγέλλοντα. καὶ γοητεία τοιαύτη. ἔθνους ποτὲ τρισὶν ὑφ' ἡγεμόσι στρατηγουμένου, ἀπίστου τε καὶ σκληροῦ, τὴν τῶν Ῥωμαίων χώραν κατέτρεχε καὶ ἐληΐζετο. ὡς εἰκὸς οὖν ἀθυμοῦντος ἐπὶ τούτῳ τοῦ Θεοφίλου καὶ

2 εἰλημμένος? 5 ἀποστέλλονται P 10 Μωροχαρδανίων alter ms. c. margo P 12 τοῦ] τοῖς? 13 εἴτε μόνῳ τῷ? 19 καὶ ἡ γοητεία?

ergo quasi nullius frugis (quippe in tali manifesto deprehensus facinore) miser ecclesia pellitur et in monasterium quoddam Clidium nomine relegatur; ubi cum imagines abraderet, ducentis Augustae flagris vapulat, et ad sua suburbana mittitur, quae vocant Psica.

2. Hic igitur, quem dicebam, Ioannes patriarcha, pro sua impietate Iannes appellatus uno piorum filiumque suffragio, non advena quispiam ac extraneus fuit, sed indigena urbisque Augustae civis, ex ingenua ac praenobili Morocardianorum, ut vocant, ortus prosapia; monasteriique sanctorum Sergii et Bacchi, quod est ad Hormisdae aedes, olim praefectus, interque palatinos clericos cooptatus a Michaele Balbo tenere amabatur, sive uno hoc quod fovendae haeresis illi socius erat, sive etiam pro ea eruditionis laude qua aliqua pollere videbatur. quovis certe titulo amabatur, ac Theophili praeceptor praeficitur. Theophilus mox imperii habenas adeptus syncelli prius honore donat, tumque etiam patriarcham Cpolitanum constituit, cum is illi divinatione ex pelvi ac praestigiis quaedam futurorum vaticinia ederet. praestigiae in eo positae. gens quaedam infidelis truciorque tribus ducibus quandoque Romanam dicionem incursabat atque vastabat. ea res, ut par est, animi anxium tristemque Theophilum omnesque subditos habebat. maestitiam

τοῦ ὑπηκόου παντός, ἀποσκευάσασθαί που τὴν ἀθυμίαν οὗτος συμβουλεύει, θάρσους τε πληρωθῆναι καὶ χαρᾶς, εἴ γε μόνον
C τῇ τούτου ἐπακολουθοίη βουλῇ. ἡ δὲ ἦν τοιαύτη. ἐν τοῖς εἰς τὸν εὔριπον τοῦ ἱπποδρομίου χαλκοῖς ἀνδριᾶσιν ἐλέγετό τις εἶναι ἀνδριὰς τρισὶ διαμορφούμενος κεφαλαῖς, ἃς κατά τινα στοιχείωσιν πρὸς τοὺς τοῦ ἔθνους ἐκείνου ἀρχηγοὺς ἀνῆγεν. σφύρας οὖν μεγίστας σιδηρᾶς τρεῖς προσέταττεν γενέσθαι καὶ ἀνδράσιν ἐγχειρισθῆναι ἰσχυροτάτοις τρισίν. πόρρω δὲ τῶν νυκτῶν ἐπὶ τὸν ἀνδριάντα ἦσαν ἀμφότεροι, ὁ μὲν Ἰαννῆς διὰ λαϊκοῦ ἐνδύματος ἑαυτὸν περισκέπων, οἱ δὲ ἄνδρες μετεώρους τὰς σφύρας ἔχοντες. καὶ αὐτὸς τοὺς στοιχειωτικοὺς λόγους ἐπειπὼν παίειν ἕκαστον ὡς ἔχει δυνάμεως προσεῖπε νεανικῶς τε καὶ ἰσχυρῶς. καὶ οἱ μὲν δύο
D τὰς δύο τοῦ ἀνδριάντος κεφαλὰς ἀπέκοψαν, ὁ δὲ ἕτερος μικρὸν μὲν κατέκλινεν, οὐ μὴν καὶ ὅλην τοῦ σκηνώματος ἐναπέτεμεν. τούτοις οὖν καὶ τὰ κατὰ τοὺς ἡγεμόνας ἐξηκολούθει· ἔριδος γὰρ κραταιᾶς αὐτοῖς ἐπεισπεσούσης καὶ ἐμφυλίου μάχης, ὑπὸ τοῦ ἑνὸς οἱ δύο τῶν ἡγεμόνων πίπτουσι κατὰ τὴν τῶν κεφαλῶν ἐκτομήν, τοῦ τρίτου μόνου διασωθέντος, οὐχ ὑγιῶς δέ. οὕτως εἰς τὸ μηδὲν εἶναι τὸ ἔθνος χωρῆσαν πρὸς τὰ οἰκεῖα αὖθις μετὰ φυγῆς ἀφορμῇ καὶ συμφορᾶς.

3. Τῆς δὲ θεοφιλοῦς, ὡς εἴρηται, Θεοδώρας τῇ ἐκκλησίᾳ τὸν ἑαυτῆς κόσμον δούσης (ἀπὸ γὰρ Λέοντος τοῦ Ἀμαληκίτου
P 431 ἕως τῆς ὀρθοδοξίας ἐπὶ τριάκοντα χρόνους κατεῖχον οἱ εἰκονοκαῦσται τὰς ἐκκλησίας) αἴτησιν ποιεῖται πρὸς τοὺς παρόντας ἁγίους

Ioannes ponere iubet, pectusque securum ac gaudii plenum gerere, si modo eius velit consiliis morem gerere. id vero illi consultum. inter aeneas Circi statuas ad Euripum unam quandam tricipitem stare: eius tria illa capita magice consecrata ad gentis illius referri duces. iubet ergo tres maximos malleos tribus viris robustissimis in manus tradi. profunda itaque nocte utrisque ventum ad statuae locum: Ioannes laici habitu sese occultabat, viri autem stabant sublatis malleis, cum ille magicis secum invocationibus peractis unumquemque fortiter omnique robore atque viribus ictum dare clamosus inceptor praecipit. ac unus quidem et alter duo capita decusserunt: tertius vero inflexit quidem ille paululum, non tamen etiam totum a trunco amputavit. sic igitur se fere ducum res habuere. gravis inter illos orta discordia in bellum civile prorupit. ex illo unus alterque ceciderunt; tertius unus ipse superstes fuit, etsi non sano prorsus robore. in eum modum ad nihilum redacta gens illa ad sua rursus se fuga, ingentique clade attrita, recipit.

3. Postquam igitur religiosissima, quam dicebam, Theodora suum ecclesiae ornatum reddiderat (a Leone enim Amalecita ad restitutionis imaginum solennia annos circiter triginta imaginum incensores igniariique sacrilegi ecclesiarum potiti erant), petitionem ad patres qui collecti

πατέρας, λέγουσα "οἶδα ὅτι δέδωκεν ὑμῖν ὁ θεὸς ἐξουσίαν ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. ἐπείπερ οὖν ὁ βασιλεὺς Θεόφιλος, ὡς οἴδατε πάντες, δικαιοκρίτης μὲν εἰ καί τις ἄλλος ἦν, καὶ πάντα καλῶς διοικῶν, ὡς μαρτυρεῖτε, εἶχε δὲ μόνην ταύτην τὴν αἵρεσιν, ἣν καὶ τελευτῶν ἀπηρνήσατο, καὶ μετὰ δακρύων κατ' αὐτὴν τὴν ὥραν τῆς ἐξόδου, ἐμοῦ τούτῳ ταύτας δούσης, τὰς ἁγίας εἰκόνας κατεφίλησε, καὶ οὕτως ἐξέπνευσε, B δότε μοι καὶ αὐτοὶ χάριν ἐγγράφως ἀφεθῆναι αὐτῷ τὴν ἁμαρτίαν ταύτην μόνην· περὶ δὲ τῶν λοιπῶν οὐ φροντίζω." πρὸς ἣν οἱ πατέρες τὰ μὲν πρῶτα σιγήσαντες, εἶτα καὶ δακρύσαντες τοῖς αὐτῆς ἐπικαμπτόμενοι δάκρυσι, πρὸς δὲ καὶ τὴν τῶν ἁγίων εἰκόνων ζητοῦντες τιμήν, κοινῇ ψήφῳ καὶ γνώμῃ δι' ἐγγράφου ἀσφαλείας τὴν πίστιν τούτου τῇ δεσποίνῃ ἐδίδοσαν. ἐφ' οἷς τὴν ἐκκλησίαν βεβαίως καταλαβόντες, καὶ Μεθοδίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ τὴν τῆς ἀρχιερωσύνης ἀποδεδωκότες τιμήν, τῇ πρώτῃ τῶν ἁγίων νηστειῶν κυριακῇ σὺν τῇ βασιλίσσῃ πάννυχον ὑμνῳδίαν ἐν τῷ τῶν C Βλαχερνῶν τῆς θεοτόκου ναῷ ἀφ' ἑσπέρας τετελεκότες, τῇ ἕωθεν μετὰ λιτῆς τῷ μεγάλῳ τοῦ θεοῦ λόγου τεμένει καταλαμβάνουσι, καὶ τὸν κόσμον αὐτῆς αὖθις ἡ ἐκκλησία λαμβάνει τῆς θείας μυσταγωγίας τελεσθείσης ἁγνῶς, πάντων τῶν αἱρεσιωτῶν ἐν πάσῃ τῇ ὑφ' ἡλίῳ καθαιρέσει ὑποβληθέντων μετὰ καὶ τοῦ ἀρχιερέως αὐτῶν, ὃς ἦν ὁ προειρημένος Ἰωάννης.

erant, in haec verba offert. "non me latet datam vobis a deo potestatem dimittendi peccata super terram, quemadmodum sacris Christi evangelii tabulis perscriptum est. quandoquidem igitur Theophilus, ut scitis omnes, iustitiae, si quis alius, tenax fuit, ac cuncta probe administrabat, ut et ipsi testamini, unaque hac duntaxat haeresi laborabat, quam et in extremis agens abnegavit, subque exitus horam oppletus lacrimis, me offerente, sacras imagines osculo veneratus in eum modum efflavit animam, vos quoque hanc mihi scripto facite gratiam, ut et hoc unum illi peccatum dimittatur: nam de reliquis secura sum." ad quam patres, cum primum quidem conticuissent, tumque eius provocati lacrimis in lacrimas ipsi perinde prorupissent, ac cum praeterea hoc molirentur ac satagerent, ut sanctarum imaginum cultum statuerent, uno calculo ac sententia eius rei securitatis fidem scriptam Augustae tradiderunt. quo pignore rata ecclesiam possessione adeuntes, summique sacerdotii dignitate sanctissimo Methodio reddita, dominica prima sanctorum ieiuniorum una cum Augusta, totam noctem sacris canticis in Blachernarum dei genitricis aede a vespera peragentes, solenni mane supplicatione ad magnum dei verbi templum adeunt, ac suum rursus ecclesia recipit ornatum, divinis sancte pureque concelebratis mysteriis, cunctisque in universo orbe haereticis, cum eorum quem dixi antistite (id est Ioanne) depositioni subiectis.

4. *Οὗτος οὖν μετὰ τῆς αὐτοῦ, ὡς εἴρηται, συμμορίας τῇ καθαιρέσει ὑποβληθεὶς οὐχ εἵλετο ἡσυχῇ διάγειν τὸν ἑαυτοῦ*
D *κατάπτυστον βίον, ἀλλ' ἔτι κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων ἐνεανιεύετο. καὶ γὰρ ὑπερόριος πάλιν ἔν τινι μονῇ γεγονώς, εἰκόνος θείας κατὰ τὸν ὄροφον ἱσταμένης καὶ ἀτενῶς ἀτενιζούσης αὐτῷ, μὴ φέρων οὗτος ὁρᾶν τὴν ἐκείνης πρὸς αὐτὸν ἐπικατιοῦσαν θέαν, καθαιρεῖσθαι ταύτην διά τινος οἰκέτου προστάττει καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς κατορύττεσθαι, τοῦτο μόνον ἐπιλέγων ὡς τὴν αὐτῆς οὐ δύναμαι μορφὴν ἐνορᾶν. ἤκουστο γοῦν ταῦτα τῇ δεσποίνῃ, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ Ἰαννῆ ἐκτυφλοῖ. ἀλλ' οὐδ' οὕτως ἦν ἀγαπητὸν αὐτῷ τῆς ἡσυχίας ἐρᾶν, μῶμον δέ τινα ἐπειρᾶτο*
P 432 *μετὰ τῶν ὁμοίων αὐτοῦ τῷ ἐν ἁγίοις Μεθοδίῳ προσάπτειν, καὶ γυναϊκά τινα φρεναπατήσαντες κρυψιγαμίας ἔγκλημα τούτῳ ἐπεισφέρουσιν. ὁ δὲ μακαριώτατος πατριάρχης μὴ θέλων πέτρα σκανδάλου λογίζεσθαι τὰ κρύφια αἴσχη ἀπογυμνοῖ, καὶ εὕρητο παρὰ τὸ εἰκὸς μεμαρασμένα. καὶ τὸ αἴτιον ἐρωτηθεὶς εἶπεν ὅτι διάγοντός μου ἐν Ῥώμῃ, ἐπεὶ τοῖς γαργαλισμοῖς ἐκινούμην, τῷ ἀποστόλῳ Πέτρῳ προσῆλθον δεόμενος· ὃς τῇ νυκτὶ ἐπιστὰς τῇ δεξιᾷ τὰ αἰδοῖα κατεπίασεν, ἐπιφθεγξάμενος μὴ τοῦ λοιποῦ πτοεῖσθαι*
B *φιληδονίαν. ἐγὼ δὲ σφοδρῶς ἀλγήσας διυπνίσθην, καὶ ἔκτοτε ἀβλαβὴς διέμεινα. ἀλλὰ μὴν τὸ γύναιον ἀσφαλῶς κρατηθὲν πάντα ἀφηγήσατο, καὶ τὸ δοθὲν αὐτῷ χρυσίον τοῖς ἀποδέσμοις ἔτι περιειλημμένον καὶ τῇ αὐτῶν βούλλᾳ σεσημασμένον ὑπεδείκνυε. καὶ*

4. Hic igitur cum sodalitio, sic ut dictum est, gradu motus inque ordinem redactus, haud tamen adduci poterat ut exsecrabilem vitam suam quiete transigeret: sed adhuc ferociebat adversus sanctas imagines. rursus enim in quodam exsul monasterio, cum divina quaedam imago in tecto consistens intentis in eum oculis quasi despiceret, non ferens ille desuper intuentem, deponi per quendam famulorum iubet eiusque oculos effodi, unum hoc satisfactionis addens, non posse se illius formam cernere. audivit Augusta, ipsiusque Iannis caecat lumina. at ne sic quidem quietis amorem in animum induxit, sed hoc studebat cum sodalibus, ut S. Methodii famae labis aliquid quovis modo adspergeret. seducta itaque muliercula quadam stupri expostulant. beatissimus autem patriarcha, qui petra scandali videri nollet, nudatis a se verendis partibus, iis emarcidis secus ac se res solito habeat exsuccisque inventus est. causam rogatus ait "cum Romae versarer ac carnis titillationibus sensuque libidinis pulsarer, supplex precibus ad apostolum Petrum accessi. adstitit ille noctu, easque partes tangens ait 'deinceps securus esto a libidine.' ego autem gravi concitus dolore somnum excussi, exque illo tempore a libidinis aestu illo immunis fui." quin et mulier tuto servata tentaque fabulam omnem enarravit; aurique vim datam adhuc colligatam, ipsorum denique sigillis munita signacula ostendit. exposcebant indices

αὐτοὺς μὲν τιμωρεῖν ἐβούλοντο, τῇ δὲ τοῦ ἁγίου Μεθοδίου παρακλήσει τούτους εἴασαν.

5. Ὡς οὖν κατὰ τὴν ἑορτὴν ταύτην, ἤγουν τὴν τῆς ὀρθοδοξίας λεγομένην κυριακήν, ἐν τοῖς τοῦ Καριανοῦ παλατίοις, ἅπερ ἕνεκεν τῶν ἑαυτοῦ θυγατέρων ὁ Θεόφιλος ἀνῳκοδόμησεν, ὑπὸ C
Μαυρικίου τοῦ βασιλέως ὡς τὸ πρῶτον κατασκευασθέντα, ἡ βασιλὶς Θεοδώρα ἅπαν τὸ τῆς ἐκκλησίας πλήρωμα εἱστία, καὶ οὐκ ἦν ὅστις μὴ παρῆν ἐκεῖ τῶν ἱερέων καὶ ὁμολογητῶν· μεθ᾽ ὧν καὶ ὁ Νικαίας Θεοφάνης ἦν. ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς εὐωχίας παρήκμασε καὶ τὰ τραγήματα μετὰ τῶν πλακούντων παρέκειντο, συνεχῶς ἀτενιζούσης τῆς βασιλίδος καὶ τὰ ἐν τῷ μετώπῳ γράμματα τοῦ ὁσίου Θεοφάνους καθορώσης καὶ στεναζούσης συνέβη καὶ τοῦτον ὡς ἐξ ὁμολόγου ἀντοφθαλμῆσαι καὶ ταύτην ἐνιδεῖν ἀτενίζουσαν αὐτῷ. φήσαντος γοῦν "τίς ἄρα ἡ αἰτία τῆς πρὸς ἐμέ σου ἀτενοῦς ὁρά- D
σεως;" ἡ δὲ ἔφη τὴν ἐκ τῶν γραμμάτων θαυμάζειν καρτερίαν σου καὶ τὴν τοῦ ταῦτα δράσαντος ἀπήνειαν. καὶ ὁ μακάριος Θεοφάνης μηδὲν εὐλαβηθεὶς ἢ τῶν προησφαλισμένων διανοηθεὶς "ὑπὲρ ταύτης τῆς γραφῆς" ἔφησεν εὖ μάλα τρανῶς "ἐν τῷ τοῦ θεοῦ ἀδεκάστῳ δικαστηρίῳ σφοδρότερον διαδικάσομαι τῷ ἀνδρί σου." τοῦτο ἀκούσασα ἡ βασίλισσα, καὶ περίλυπος γενομένη καὶ σύνδακρυς, ἔφη πρὸς τὸν ὅσιον "αὗται αἱ δι᾽ ἐγγράφων ὑποσχέσεις ὑμῶν καὶ ὁμολογίαι, ὡς μὴ μόνον οὐ συγκεχωρηκέναι ἀλλὰ καὶ

iustas ex eis poenas: verum S. Methodii deprecatione exorata clementia immunes dimisit.

5. Cum igitur per eius diei festam iucunditatem (dominicae scilicet ὀρθοδοξίας, quam vocant, id est restitutionis imaginum) ad Cariani regias aedes, quas Theophilus filiabus, in quibus habitarent, exstruxerat ac Mauricius imperator primum condiderat, universum ecclesiae coetum Theodora Augusta dapibus acciperet, nec a convivio ullus sacerdotum, ullus confessorum abesset: quibuscum affuit et Theophanes Nicaeae episcopus. ubi itaque convivii ardor deferbuerat, iamque tragemata ac placenta, quae scilicet secundarum mensarum sunt, apposita erant, Augusta intentis iugiter oculis inscriptum Theophanis vultum oblegente ac ingemiscente, contigit ut et ipse velut ex condicto vicissim adspiceret, eiusque in se obversos dominae oculos fixosque adverteret. quaerit itaque, quid causae sit cur sic intenta in illum adspiceret? respondit illius se tolerantiam admirari ex inscriptis ori literis, eiusque qui horum auctor exstitisset saevitiam. tum beatus Theophanes nulla reverentia ductus, nec quae iam sancte promissa erant animo reputans, "eius" inquit clara admodum voce "scripturae nomine adversus virum tuum in incorrupto dei iudicio acrius disceptabo atque contendam." his Augusta auditis, maestoque animo facta, ac lacrimis offusa, "hae" inquit ad sanctum "vestrae scripto firmatae promissiones ac munera, ut non solum viro non indulgeatis, sed et actionem ipsi intendatis atque in iudicium

P 433 *πρὸς ἀγῶνας ἄγειν αὐτόν;" "οὔ" φησὶν ὁ πατριάρχης αὐθωρὸν ἀναστὰς καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἱερέων, "βασίλισσα, οὔ· ἀλλ' ἕξει βεβαίως τὰ ἡμέτερα, τῆς ὀλιγωρίας τούτου λογιζομένης εἰς οὐδέν." οὕτω μὲν οὖν ἐσιγάσθη ταῦτα, καὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας ἔθη ἀκύμαντα διέμεινεν.*

6. *Ἀνεφάνη δέ τις καὶ ἑτέρα αἵρεσις ἡ οὕτω τῶν Ζηλίκων λεγομένη, σὺν τῷ ἑαυτῆς ἀρχηγῷ, Ζήλικι μὲν ὀνομαζομένῳ, φέροντι δὲ τὴν τῶν σηκρῆτις ἐν πρώτοις τιμήν. ἐθεραπεύθη δὲ καὶ πρὸς θεοσέβειαν μετηνέχθη ἐν προόδῳ βασιλικῇ, τῆς τοῦ μύρου*
B *μόνου μετὰ καινῶν ἐμφωτίων τε καὶ ἐσθημάτων καταξιωθέντων χρίσεως τῶν ἀντιποιουμένων αὐτῆς, καὶ τελειωθέντων λαμπρῶς.*

7. *Τῷ β' αὐτῆς ἔτει ἀπέστειλε Θεοδώρα Θεόκτιστον τὸν λογοθέτην κατὰ τῆς Κρήτης, καὶ κακῶς τοῖς ὑπὸ χεῖρα χρησάμενος αὐτὸς μὲν τὴν φυγαδείαν ἠσπάσατο, ὁ δὲ στρατὸς μαχαίρας ἔργον τοῖς ἐν Κρήτῃ γέγονεν.*

8. *Τῷ γ' αὐτῆς ἔτει Ἄμερ κατὰ Ῥωμαίων στρατεύσαντος αὐτὸν πάλιν Θεοδώρα ἀπέστειλε μετὰ πολλῆς δυνάμεως· καὶ πολέμου ἐν τῷ Μαυροτόπῳ γενομένου πάλιν ἡττᾶται, καὶ πολλῶν ἀναιρεθέντων πλείους οἱ κρατηθέντες ἦσαν. Θεόκτιστος δὲ πρὸς*
C *τὴν βασίλισσαν ἐλθὼν πάλιν τῆς αὐτῆς οἰκειότητος εἴχετο, καὶ τῷ τῆς Αὐγούστης Θεοδώρας ἀδελφῷ Βάρδᾳ εἴς τινας λόγους ἐλθὼν τὴν ἧτταν τούτῳ προσῆπτε καὶ ἀνετίθετο, ὡς τῇ παραινέσει τούτου καὶ τῇ συμβουλῇ τὸ Ῥωμαϊκὸν ἐτρώθη στρατόπεδον.*

trahatis?" "non" inquit surgens confestim patriarcha ac reliqui sacerdotes, "non plane, sed firma erunt nostra promissa, illa huius spretione nihili habita." sic quidem illa sedata sunt, manseruntque ecclesiae scita inconcussa.

6. Fuit et alia quaedam haeresis, quam Zelicum vocant, cum suo auctore, qui ipse Zelix nuncupatus a secretis cum primis dignitate fulgebat. emendatus vero est et ad sanam doctrinam traductus in regio processu, his qui illi adhaeserant sociisque unguenti duntaxat unctione cum novis luminibus atque vestibus delibutis, eorumque splendide apparatu perfectis.

7. Anno Theodorae imperii altero missus Theoctistus logotheta adversus Cretam; maleque subditis usus tum ipse fugam iniit, tum exercitus Cretensium ferro necatus est.

8. Illius imperii anno tertio, suscepta Amerae adversus Romaniam expeditione, Theodora eundem rursus Theoctistum cum ingentibus copiis in illum misit; commissoque praelio in Maurotopo iterum superatus est, multisque caesis, plures fuere captivi. Theoctistus ad Augustam reversus eadem rursus illius potitur necessitudine; habitoque cum Barda Augustae fratre colloquio cladem ei adscribit, velut eius hortatu ac consilio caesus sit ac profligatus Romanus exercitus.

9. Τῷ ζ' ἔτει τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ ἀνδρυνθέντος καὶ τοῖς κυνηγίοις καὶ ἀκαθαρσίαις σχολάζοντος, ἐπεὶ ἔγνω Θεοδώρα συμφιλιωθῆναι αὐτὸν Εὐδοκίαν τὴν τοῦ Ἴγγηρος, μισουμένην δι' ἀναίδειαν τῇ Αὐγούστῃ καὶ τῷ λογοθέτῃ, ζεύγνυσιν αὐτῷ Εὐδοκίαν τὴν τοῦ Δεκαπολίτου, καὶ στεφανοῦνται ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Στεφάνου τῷ εἰς τὴν Δάφνην. D

10. Τῷ ι' αὐτοῦ ἔτει ὁ τῶν βουκελλαρίων στρατηγὸς ἤγαγε τῷ βασιλεῖ ἵππον θαυμαστὸν καὶ γενναῖον, σκληρότατον δὲ πάνυ, ὡς μὴ δύνασθαί τινα ἰδεῖν κἂν ἀπὸ τῶν ὀδόντων τὸν χρόνον αὐτοῦ. ἀχθομένου οὖν ἐπὶ τούτου τοῦ βασιλέως, παρὼν Θεοφιλίτζης ἐκεῖνος ὁ τῶν νουμέρων τότε καὶ τοῦ τείχους κόμης ὢν εἶπεν τῷ βασιλεῖ "ἔχω νεώτερον ἐμπειρότατον καὶ ἀνδρεῖον εἰς τοὺς ἵππους, οἷον ἀγαπᾷ ἡ βασιλεία σου, τοὔνομα Βασίλειον." τοῦ δὲ βασιλέως κελεύσαντος παρευθὺ ἤχθη, καὶ τῇ μὲν μιᾷ χειρὶ τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου κρατήσας, τῇ δὲ ἑτέρᾳ τοῦ ὠτὸς δραξάμενος, P 434 εἰς ἡμερότητα προβάτου μετέβαλεν. ἐφ' ᾧ θεραπευθεὶς ὁ βασιλεὺς παραδέδωκεν αὐτὸν τῷ ἑταιρειάρχῃ Ἀνδρέᾳ τοῦ εἰς τὴν ἑταιρείαν εἶναι καὶ τοῖς ἵπποις τοῦ βασιλέως ἐκδουλεύειν.

11. Γέγονε δὲ οὗτος ὁ Βασίλειος ἐκ Μακεδονίας, ἐκ χωρίων τῆς Ἀδριανουπόλεως. καὶ προσεκολλήθη τῷ στρατηγῷ Μακεδονίας τῷ Τζάντζῃ ἐκδουλεύειν· ἦν δὲ ἐτῶν κε'. καὶ μηδὲν παρ' αὐτοῦ ὠφεληθεὶς ἦλθεν ἐν τῇ πόλει. καὶ εἰσελθὼν ἔνδον τῆς Χρυσῆς πόρτης, ἐπεὶ κεκοπωμένος ἦν ἀπὸ τῆς ὁδοιπορίας,

9. Anno imperii septimo, Michaele in virum augescente otiumque omne et operam venatui ac impudicitiis dante, comperto Theodora iungi eum amicitia Eudociae Ingeris filiae, cuius protervi mores illi pariter ac Theoctisto exosi essent, Eudociam Decapolitae filiam illi coniugem iungunt; inque S. Stephani templo, quod est in Daphne, nuptiales ambo corollas accipiunt.

10. Eius imperii anno decimo bucellariorum dux admirandum equum ac strenuum, ferocem tamen ac intractabilem, imperatori adduxit. nec qui vel aetatem explorare posset dentium indicio ullus erat ob eius indomitam indolem. anxius animi ea re imperator. ac cum audisset qui tum Numerorum ac muri comes esset, Theophilitzes, ad eum infit habere se adolescentem equorum expertissimum ac virum fortem, Basilium nomine, eiusmodi scilicet cuius se compotem fore imperator exposceret. mox itaque iubente imperatore adductus Basilius est; ac dextera quidem equi frenum tenens, alteraque illius apprehensa aure, ad ovis mox mansuetudinem adegit. placuit Michaeli, traditque Andreae hetaeriarchae, sodalibus adlegendum, et ut equis regiis curam navaret.

11. Fuit Basilius genere Macedo, Adrianopolitanus patria; adhaesitque Macedoniae praetori Tzantzae, eius addictus obsequio. annos viginti quinque natus erat; nihilque ex illo elucratus in urbem se contulit. ingressus vero Chrysem portam, quod fessus ex itinere diesque

B κυριακῆς ἡμέρας οὔσης, ἑσπέρας ἀνακλιθεὶς ἐν τῷ πεζουλίῳ τοῦ
ἁγίου Διομήδους, ὃς τὸ πρὶν Ἡλιοῦ ναὸς ἐχρημάτισε. καθολικὴ
γὰρ ἦν ἡ ἐκκλησία, καὶ ὑπὸ προσμοναρίου τοὔνομα Νικολάου· ᾧ
καὶ ἐφάνη τῇ νυκτί τις φωνήσας "ἐγερθεὶς εἰσάγαγε τὸν βασιλέα
ἔσω." ὁ δὲ ἐγερθεὶς οὐδένα εὗρεν εἰ μὴ τὸν Βασίλειον κείμενον
ὡς πένητα, καὶ ἐπιστραφεὶς πάλιν ἀνεκλίθη εἰς τὴν κοίτην αὐτοῦ.
ὁμοίως δὲ τοῦτο καὶ ἐκ δευτέρου ἐγένετο. εἰς δὲ τὸ τρίτον μετὰ
ῥομφαίας ἔπληξε τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, εἰπών "οὐ βλέπεις ἔξωθεν
C τοῦ πυλῶνος κείμενον; αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεύς· εἰσάγαγε αὐτόν."
ἐξελθὼν οὖν μετὰ σπουδῆς σύντρομος, καὶ εὑρὼν τὸν Βασίλειον
μετὰ πήρας καὶ ῥάβδου, εἰσήγαγεν ἔσω. καὶ τῇ ἐπαύριον λούσας
ἤλλαξεν αὐτόν, καὶ ἀδελφοποιητὸν ποιήσας συνευφραίνετο αὐτῷ.
ἦν δὲ τῷ Νικολάῳ ἀδελφὸς ἰατρὸς δουλεύων τῷ εἰρημένῳ Θεοφι-
λίτζῃ, ὃς καὶ κατὰ τύχην ἐλθὼν πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Νικό-
λαον εἶδε τὸν Βασίλειον, καὶ θαυμάσας τό τε ἀνάστημα τῆς ἡλι-
κίας αὐτοῦ καὶ τὸ εἶδος ἠρώτα τῷ ἀδελφῷ πόθεν ἐστίν. ὁ δὲ
πάντα εἶπε πλὴν τῆς ὁράσεως. μετ' ὀλίγας οὖν ἡμέρας τοῦ Θεο-
φιλίτζη ζητοῦντος ἄνθρωπον ἀνδρεῖον εἰς τοὺς ἵππους αὐτοῦ,
D παρῆν ὁ ἰατρὸς καὶ τὰ περὶ τοῦ Βασιλείου διηγήσατο. ἤχθη οὖν
ὁ Βασίλειος συντόμως, καὶ θεασάμενος αὐτὸν Θεοφιλίτζης ἠρά-
σθη. ἐπεὶ δὲ ἐπιάγουρος ἦν καὶ μεγαλοκέφαλος, καλεῖ αὐτὸν
Κεφαλάν, καὶ δέδωκεν αὐτῷ δουλεύειν τοὺς ἵππους αὐτοῦ. ἐντεῦ-

21 ἐπίσγυρος P: cf. p. 532 b

dominica erat, in S. Diomedis, quod Eliae templum prius vocabatur, exedra ad ianuam iacebat. erat enim haec viris mulieribusque communis ecclesia (velut quam paroeciam dicimus), cui mansionarius Nicolaus nomine praeerat. huic noctu quidam apparens vocato illi infit, "surge, domumque imperatorem inducito." surgens ille, nemineque invento praeter Basilium pauperis more iacentem, reversus iterum lecto recubuit. similiter vero etiam secundo se res ita habuit. tertia autem vice maiore vi ac expressione illius gladio percusso latere, "nonne vides" inquit "qui extra portam iacet? is ipse imperator est: ipsum domum inducito." propere itaque tremensque egressus inventum cum pera atque baculo Basilium intus collegit. mane balneo poculisque accipiens, ac vestes mutans, cum eo laetabatur. erat Nicolao frater medicus, qui ipse ei quem dicebam Theophilitzi merebat. is cum Nicolaum forte convenisset, viso Basilio, miratusque staturae praestantiam ac formae venustatem ex fratre sciscitabatur undenam is esset. cui ille cuncta aperuit, uno duntaxat excepto viso. post paucos itaque dies, cum Theophilitzes hominem strenuum equili suo praeficiendum quaereret, adfuit medicus, ac quae noverat rettulit de Basilio. cito igitur ille adductus est. cuius statim adspectu Theophilitzes ipsius amore affectus est. quod vero robustus iuvenis et constipatus magnoque capite erat, Cephalae nomen

θεν, ὡς εἴρηται, δίδοται τῷ βασιλεῖ Μιχαήλ. ὁ δὲ βασιλεὺς Μιχαὴλ εἰσαγαγὼν τὸν Βασίλειον πρὸς τὴν μητέρα αὐτοῦ εἶπεν "δεῦρο, ἴδε, μῆτερ, ἄνθρωπον ὃν ἐπελαβόμην νῦν." ἡ δὲ ἐξελθοῦσα καὶ τοῦτον ἰδοῦσα ἀπεστράφη, εἰποῦσα "οὗτός ἐστι, τέκνον μου, ὁ μέλλων τὴν γενεὰν ἡμῶν ἀφανίσαι." ὁ δὲ βασιλεὺς οὐδαμῶς ἐπείσθη ἢ ἤκουσε τῆς μητρὸς αὐτοῦ.

12. Τῷ ιά ἔτει αὐτοῦ ἐτελεύτησεν ὁ ἐν ἁγίοις πατριάρχης Μεθόδιος, καὶ ἀντ' αὐτοῦ χειροτονεῖται Ἰγνάτιος ὁ υἱὸς κουρο- P 435
παλάτου τοῦ βασιλεύσαντος. τῶν δὲ Βουλγάρων τὴν Θρᾴκην καὶ Μακεδονίαν ληϊζομένων, ἡ Θεοδώρα ταξατίωνα πέμψασα τούτους τῆς ῥύμης ἔστησεν.

13. Τῷ ιγ' ἔτει αὐτοῦ Βάρδας ὁ Καῖσαρ ἔξω τῆς πόλεως ὢν συνεφιλιώθη Δαμιανῷ πατρικίῳ καὶ παρακοιμωμένῳ, ὃς τὸν βασιλέα κρατήσας ἔπεισεν εἰσελθεῖν ἐν τῇ πόλει τὸν Βάρδαν καὶ εἰς τὸ παλάτιον ἔρχεσθαι. οἰκειωσάμενος δὲ καὶ τὸν πρωτοσπαθάριον Θεοφάνην τὸν Φαλγάνην καὶ ἄλλους τινὰς ἀποκτείνει τὸν B
Θεόκτιστον ἐν τῷ παλατίῳ, μετὰ καὶ τῆς τοῦ βασιλέως συνειδήσεως. τοῦτο μαθοῦσα Θεοδώρα ἠγανάκτησε κατὰ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἄλλων οἳ τὸν φόνον κατειργάσαντο, καταβοωμένη αὐτῶν. ἀλλὰ καὶ φωνῇ βριαρᾷ καταπτοηθεῖσα θρηνωδῶς θαλαμεύεται· τῶν ἀποστρατήγων γάρ τις, ἐκ Μελισσηνῶν κατάγων τὸ γένος, αὐτῇ ἀπεφθέγξατο παλινδρομεῖν οἴκαδε, τὴν τοιαύτην ἡμέραν κρουόντων ἀποκαλῶν. τοῦ δὲ Μιχαὴλ παντὶ τρόπῳ μηχανωμένου

indidit, suoque equili addixit. exinde, ut dictum est, Michaeli tradidit. Michael itaque imperator, inducto ad matrem Basilio, "ades" inquit, "mater, ac vide quem hodie hominem nactus sim." egressa illa conspecto homine pedem rettulit, aitque "hic est, fili, qui genus nostrum ac familiam delebit." nullam tamen is matri fidem habuit aut quicquam morem gessit.

12. Anno eius undecimo, sancto patriarcha Methodio defuncto, eius loco ordinatur Ignatius, Michaelis Curopalatae quondam imperatoris filius. Bulgaris autem Thraciam ac Macedoniam infestantibus, expeditis Theodora cohortibus eorum inhibuit impetum ac repressit.

13. Anno imperii Michaelis tertio decimo Bardas Caesar extra urbem agens cum Damiano patricio ac accubitore amicitia iunctus est. is imperatoris compos effectus auctor illi est ut Bardam in urbem ac palatium inducat. sed et Theophane protospathario, cognomento Phalgana, aliisque quibusdam sibi devinctis, ipso quoque Michaele conscio, Theoctistum in palatio contrucidat. Theodora ut rescivit, rem molestissime tulit, magnis clamoribus adversus imperatorem ac reliquos caedis auctores improperans. sed et asperiori conterrita voce, lugubri habitu gestuque thalami secreta tenebat: quidam enim ex Melissena familia expraetor domum revertendum, quod ea dies percussorum erat, indixerat. cumque Michael modis omnibus matris animum delinire studeret, nullam

τὴν μητέρα ἐξιλεώσασθαι αὐτῇ ἀπαρηγόρητος ἔμεινεν· ὅθεν καὶ
C μεταβαλὼν ὁ βασιλεὺς ὥσπερ τὴν ψυχὴν καὶ τὴν γνώμην, οὕτω
δὴ καὶ τὸ σχῆμα καὶ τὴν ἐνέργειαν, τοσούτοις προσώποις αὐτὴν
λυπεῖν κατηπείγετο ὅσοις πρὸ τούτου θεραπεύειν ἐσχηματίζετο.
καὶ τὰς μὲν ἀδελφὰς αὐτοῦ Θέκλαν Ἀναστασίαν καὶ Ἄνναν εἰς τὰ
Καριανοῦ μεθιστᾷ, Πουλχερίαν δὲ ὡς ἠγαπημένην τῇ μητρὶ ἐν
τῇ μονῇ τῶν Γαστρίων. εἶτα μετ' ὀλίγον καὶ πάσας ἑνώσας ἐν τῇ
μονῇ τῶν Γαστρίων ἀπέκειρεν. τότε δὴ καὶ ὑπὸ τῆς συγκλήτου
πάσης ἀναγορεύεται καὶ αὐτοκρατορεῖ, καὶ τὸν Βάρδαν προβάλ-
λεται μάγιστρον καὶ δομέστικον τῶν σχολῶν. ἐφ' οἷς ἡ μήτηρ
D αὐτοῦ λυπουμένη ὡς διατασσομένη, ἀλλὰ μὴν καὶ διὰ τὴν ἄδικον
σφαγὴν Θεοκτίστου, ἔχθρα ἦν ἀναμέσον αὐτῶν ἄσπονδος. κατά-
γει τοίνυν καὶ αὐτὴν εἰς τὰ Γαστρία· ἥτις τῇ ἀθυμίᾳ καταβαπτι-
σθεῖσα τὸν νοῦν, καὶ ὑπ' ἐκπλήξεως ἀφαιρεθεῖσα καὶ τὸ φρονεῖν,
ἀνάξιαν ἑαυτῇ συσκευάζει κατὰ Βάρδα βουλήν, ἑλομένη κοινωνὸν
σὺν ἄλλοις πολλοῖς καὶ τὸν τοῦ βασιλέως πρωτοστράτορα, ὅπως
ὑποστρέφοντος τοῦ Βάρδα ἀπὸ τοῦ προαστείου αὐτοῦ τοῦ Κοσμη-
δίου ἀναιρήσουσιν αὐτόν. τῆς δὲ μελέτης πρὸ τοῦ ἔργου φανερω-
θείσης, κατ' αὐτῶν ἐκείνων τῶν μελετησάντων τὸ κακὸν ἐξηνέ-
χθη· φωραθέντες γὰρ καὶ κατασχεθέντες ἐν τῇ σφενδόνῃ τὰς
P 436 κεφαλὰς ἀπετμήθησαν. καὶ προβάλλεται τὸν Βασίλειον ὁ Μιχαὴλ
ἀντὶ τοῦ τελευτήσαντος πρωτοστράτορος, ὁμοίως καὶ Βάρδαν τὸν
θεῖον αὐτοῦ κουροπαλάτην.

illa consolationem admittebat. quamobrem mutatis imperator, uti animo ac sententia, ita etiam persona gestuque et actu, tot eam quaesitis coloribus modisque molestia afficere nitebatur, quot ante blandimentis colere atque mulcere simulabat. ac quidem sorores Theclam Anastasiam et Annam ad Cariani aedes amandat, Pulcheriam vero, ut matri carissimam, ad Gastriorum monasterium relegat. tumque omnes brevi post cogens in Gastriorum monasterio sanctimonialium ritu ac cultu vitam agere iubet. quo tempore omni senatu imperatorem consalutante, solus ipse rerum potitur. porro Bardam magistrum praeficit et scholarum domesticum. matrem res moleste habebat ut in ordinem redactam: sed et ob iniustam Theoctisti necem implacabile inter illos odium erat. itaque eam quoque aula summotam amandat ad Gastria. ibi maeroris vi absorpto rationis iudicio, sanoque sensu prae stupore deiecta, rem machinatur adversus Bardam non satis ex dignitate aut sui ratione, adlecto cum aliis pluribus etiam qui protostratoris munus obibat, nempe necandum Bardam ex suburbano suo revertentem, quod Cosmedium vocant. detecta ante opus coniuratione, in ipsa coniurata capita malum versum est: deprehensi enim tentique ad Circi fundam capite plexi sunt. Basilius defuncti loco protostratoris dignitate augetur: similiter quoque Bardas a nepote curopalates praeficitur.

14. Τῷ β' τούτου ἔτει ἔπεσε κόνις ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πλήρης αἱματώδης, καὶ λίθους εὕρισκον πολλοὶ ἐρυθροὺς ὡς αἷμα. ἐπιδοὺς ἑαυτὸν εἰς πᾶσαν κακίαν ὁ Μιχαήλ, τὰ ἐν τῷ παλατίῳ χρήματα κακῶς ἀναλίσκων, ὑπὲρ τῶν χιλίων ἐνενήκοντα κεντηναρίων ὄντα χρυσίου, ἄργυρος δὲ πλῆθος ἀναρίθμητος, ἅπερ ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἐφυλάξατο. καὶ τοὺς τῶν ἡνιόχων παῖδας ἀπὸ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος υἱοθετησάμενος ἑκάστῳ ἐδίδου νομίσματα ρ' ἢ τὸ B ἐλάχιστον ν'. καί τινι ποτε πατρικίῳ (Ἱμέριος οὗτος ἐκαλεῖτο ὁ Χοῖρος, διὰ τὴν τοῦ προσώπου ἀγριότητα οὕτως κατονομαζόμενος) ἄλλως αἰσχρολογοῦντι κατὰ τὴν τράπεζαν καὶ ψόφον ἐκ τῆς βεβήλου αὐτοῦ γαστρὸς κατὰ πρόσωπον τοῦ βασιλέως καὶ τῶν συνδειπνούντων ἀφιέντι, ὡς καὶ τὸ φατλίον τὸ τούτους φωταγωγοῦν ἐκ τοῦ τηλικούτου ψόφου ἀποσβέσαι τῷ παραδόξῳ θαύματι, χρυσίου νομίσματα δέδωκεν ρ'. (15) οὕτως ἐκεῖνος εἰς οὐδὲν δέον τὰ δημόσια κατανάλισκεν. καὶ μήπω καιροῦ παρελθόντος ἑνός, ἐπεὶ τῆς στρατιωτικῆς ῥόγας παρῆν ὁ καιρὸς καὶ χρημάτων C πόρος οὐκ ἦν, τήν τε χρυσῆν ἐκείνην καὶ πολυθρύλητον πλάτανον καὶ τοὺς δύο λέοντας καὶ τοὺς δύο γρῦπας, ὁλοχρύσους ὄντας καὶ σφυρηλάτους, καὶ τὸ ὁλόχρυσον ὄργανον, ἀλλὰ καὶ ἕτερα ἔργα ὁλκὴν ἔχοντα τῶν σ' κεντηναρίων καὶ στολὰς ωξ' ὁλοχρύσους καὶ χρυσοϋφάντους χωνεύσας ἐχάραξε, καὶ τὴν τῶν στρατιωτῶν ῥόγαν ἐποίησεν. ὅτε δὲ ὁ Βασίλειος ἦλθεν, οὐδὲν ἄλλο εὗρεν εἰ μὴ

20 ἐχόντων P

14. Imperii Michaelis anno secundo cruentus cinis e caelo copia decidit, multique sanguinis instar rubri coloris lapides inventi. porro Michael, dum ad omne scelus ac luxuriam laxat habenas, pecunias in palatio repositas male dilapidat, cum mille nonaginta auri centenaria excederent essetque argenti immensa vis, quae eius mater in aerario asservabat. aurigarum quippe liberos ex sacro baptismate in filios adoptans, singulis nummos centum aut minimum quinquaginta, dabat. quandoque etiam uni patriciorum Imerio nomine, ab agresti vultus specie Choero nuncupato (ac si porcum dicas), cum in mensa turpia quaedam obganniens ad os ipsum imperatoris ac convivarum ex impuro ventre tanta vi crepitum emisisset, ut eius flatu lucerna ad mensam lucens exstingueretur, rei motus miraculo centum nummos numeravit. (15) sic ille fisci bona in rebus nullius frugis insumebat. adeoque necdum anni solidi decurso spatio, cum militibus eroganda essent stipendia ac pecuniae deessent, longe celebratissimam illam platanum auream, duosque leones ac duos grypes ex auro solidos ac ductiles, organum quoque auro solidum, aliaque nihilo minus opera, ducentorum centenariorum pondo, vestes item aureas auroque contextas octingentas sexaginta conflans, pecuniam cudit ac militibus stipem erogavit. cum vero Basilius im-

κεντηνάρια ιγʹ καὶ μιλιαρίσια σακία θʹ· ἐφ᾽ οἷς ἀπορῶν τὸ νῦν σενζάτον καλούμενον χαραχθῆναι ἐκέλευσε καὶ τοῦ δημοσίου ποιήσασθαι πρόνοιαν.

D 16. Ἵνα δὲ μικρόν τι λέξας βεβαιώσω τὰ διηγούμενα καὶ σαφεστέρα γένηται ἡ τοῦ ἀνδρός, εἴ γε δὴ καὶ ἄνδρα αὐτὸν καλεῖν δεῖ, ἀναγωγία καὶ ἄνοια, ἐφ᾽ ἅρματος ἱσταμένου καὶ τῆς βαλβῖδος μέλλοντος ἐκπηδῆσαι, ἐπαγγελίας φθασάσης ὅτι δεινῶς ὁ Ἄμερ καταληΐζεται τὸ Θρᾳκήσιον καὶ τὸ Ὀψίκιον ὑπεισελθὼν τοῖς Μαλαγίνοις πλησιάζει καὶ προσδοκῶνται ὡς οὐδέπω δεινά, καὶ ἐπὶ τούτῳ στυγνάσαντος μὲν τοῦ πρωτονοταρίου, ἀπαγγείλαντος δὲ μετὰ κατηφείας τὴν ἐκ τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν ἀπόκρισιν, καὶ ἅμα ἐπὶ χεῖρας τὰ γράμματα φέροντά τε καὶ δεικνύοντα,
P 437 ἐκεῖνος "τί" φησίν, "ὦ οὗτος, τόλμῃ χρησάμενος τοιαῦτα κατὰ τὸν ἀναγκαῖον τοῦτον ἀγῶνά μου διαλέγειν ἐπιχειρεῖς, τοῦτο μόνον σπουδάζοντι, μὴ τὸν μέσον εὐώνυμον ἰδεῖν περιτετραμμένον, ὑπὲρ οὗ μοι πᾶς ὁ ἀγών."

17. Ἀλλὰ καὶ τούτου ἕτερόν τι διηγήσομαι χαλεπώτερον, οὐ μόνον ἐκπῖπτον τοῦ πρέποντος, ἀλλὰ καὶ τῆς βασιλικῆς ἀξίας ὅτι μάλιστα ἀλλότριον. γυναίῳ τινὶ ἧς τὸν παῖδα υἱοθετησάμενος ἦν, ἐκ βαλανείου ἐρχομένῃ καὶ τὴν ἑαυτῆς κάλπην ἐπὶ χεῖρας ἐχούσῃ συναντήσας τοῦ ἵππου ἀπέβη, καὶ τοὺς μὲν ἄλλους κατὰ τὰ ἀνάκτορα ἀπέστειλεν, ἀκόλαστα δὲ καὶ μυστικὰ ἀνδράρια ἑται-

22 τὰ om P μυστικὰ] Scylitzes πορνικά.

perium capessivit, praeter centenaria tredecim ac miliarisiorum sacculos novem nihil invenit. quocirca ad inopiam redactus, quod nunc senzatum vocamus, cudi iussit, eoque fiscum procurari.

16. Ut autem paucis fidem verbis astruam, clariorque fiat viri, si tamen virum dicere deceat, dissolutio ac dementia: cum in curru staret iamque equi carceribus emittendi essent, venit rumor allatusque nuntius est Amerem dire Thracesium depopulari ingredique Opsicium, nec procul a Malaginis esse, actutumque mala exspectari. eius rei causa anxio tristique protonotario, demissoque vultu domestici scholarum responsum perferente, atque una literas prae manibus habente ac commonstrante, hic ille "qua" inquit, "heus tu, temeritate, talia mihi, necessario hoc agone occupato, obmutire instituis, cum hoc tantum studeam, ut eum qui medium tenet in laevam partem avertam, de quo mihi totum hoc certamen est ac contentio?"

17. Sed et aliud quid isto gravius narraturus sum; in quo non solum honesti pessundata ratio, sed et id actitatum quod maxime regiam maiestatem dedeceat et ab ea procul abhorreat. cum muliercalam, cuius filium e sacro fonte susceperat, e balneo venientem situlamque in manibus habentem obviam habuisset, equo desiliit, aliisque in palatium abire

ρισάμενος ἀπῄει μετὰ τῆς γυναικός, τὴν κάλπην τῶν ἐκείνης χειρῶν ἀναλαβών. καὶ "ἄγε δή, ὦ γύναι, θαρροῦσα" ἔλεξεν "ἐμὲ κατὰ τὸ σὸν οἴκημα ὑπόδεξαι, ψωμοῦ πιτυρώδους καὶ ἀσβεστοτύρου ἐπιθυμοῦντα," τάχα που ἀπὸ τῶν ν' νομισμάτων, ἅπερ δέδωκε τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς, ὑπολαμβάνων τι κεκτῆσθαι ταύτην. ἐπὶ δὲ τῷ ξένῳ τούτῳ θεάματι ἡ γυνὴ ἐκπλαγεῖσα, ἐπεὶ καὶ πάντων ἐν ἀπορίᾳ ἦν, αὐτὸς ὁ Μιχαὴλ τὸ σαβάνον αὐτῆς ἔτι διάβροχον ὂν ἀντὶ μεσσαλίου τῷ σκάμνῳ ἐπέθετο (οὐ γὰρ εἶχεν τράπεζαν), τὴν C τε κλεῖδα ἀφελὼν αὐτῆς ἦν τὰ πάντα ὁ βασιλεύς, τραπεζοποιὸς μάγειρος δαιτυμών. ἐκβαλὼν δὲ ἅπερ εἶχεν τῆς πενιχρᾶς ἐκείνης ἡ κιβωτός, συνειστιᾶτο ταύτῃ καὶ συνεδείπνει, κἀκεῖθεν βάδην αὖθις ἀπῄει πρὸς τὰ ἀνάκτορα.

18. Καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ἡ τῶν ὧν εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ φατρία, σατύριοί τινες οὗτοι καὶ πρὸς πᾶσαν αἰσχρουργίαν ἀκόλαστοι, οὓς ἐκεῖνος διὰ τιμῆς ἄγων καὶ αἰδοῦς τῶν θείων κατωλιγώρει· ἱερατικὰς στολὰς χρυσοϋφάντους ἐπετίθει καὶ ὠμοφόρια, D καὶ ἠνάγκαζεν ἀσχημόνως τε καὶ ἀνάγνως τελεῖν τὰ ἁγνά. καὶ πατριάρχην τὸν ἔξαρχον τούτων ἐκάλει, Γρύλλον καλούμενον, τοὺς δὲ λοιποὺς ια' μητροπολίτας τῶν ἐξαιρέτων θρόνων τε καὶ λαμπρῶν. οἷς εἰ μὴ καὶ αὐτὸς ἐκοινώνει, οὐδὲ βασιλεύειν ἠξίου· καὶ γὰρ πρωτόθρονος ὁ Κολωνείας ὤν, δωδέκατος δὲ αὐτὸς ὁ βα-

16 ἱερατικὰς γὰρ στ.? 21 ἦν δωδέκατος δή?

iussis ipse cum impura perditaque ganeonum sodalium turba mulierculam secutus, exque eius manibus ablata situla, "bono" inquit "animo sis, o mulier, ut me domo tua accipias, qui furfuraceo pane ac recenti caseo vesci appetam," forte ex quinquaginta aureis, quos ex illo vir eius acceperat, habere eam aliquid in penu existimans. novo hoc ac inaudito spectaculo attonita muliere, quippe cui per penuriam ad eius epulas nihil in paratu esset, ipse Michael mulierculae tersorium linteum adhuc e balneo madidum pro mappa scamno sternit (quippe cum et mensa deficeret), ereptaque ei clave unus omnia imperator erat; ipse mensae structor, ipse coquus, ipse conviva. depromptisque quae pauperculae illius penus erant, una cum illa epulans concenabat. indeque rursus lento pede in palatium se recipiens ibat.

18. Quod enimvero longe deterius, illud est. sodalitium quoddam convehebat. satyrici quidam ganeones erant et ad omnem turpitudinem ac libidinem effusi; quos ille colens ac habens venerationi divinorum perdite contemptor erat. sacerdotales auro contextas vestes stolasque ex pontificum usu eis adhibebat, sanctaque inhoneste atque profane obire cogebat. horum principem patriarcham vocabat, Gryllum nomine, reliquos undecim praecipuarum ac illustrium sedium metropolitas; quibus ni et ipse socius accederet, ne ipsam quidem imperii arcem rem sibi expetendam ducebat. primae namque sedis episcopus Coloniensis duo-

σιλεὺς Μιχαήλ. καὶ τὰς ᾠδὰς ἐξεπλήρουν διὰ κιθαρῶν· καὶ τὰ μὲν μυστικὰ μιμούμενοι λιγυρῶς ἐπήχουν, τὰς δὲ ἐκφωνήσεις P 438 ἀνέτῳ φορᾷ καὶ διαπρυσίῳ. σκεύη δὲ διάχρυσα καὶ μαργαριτῶν συγκρίμενα εἶχον, ὄξους τε καὶ σινάπεως πληροῦντες οἷς ἐβούλοντο μεταλαμβάνειν ἐδίδοσαν, τῶν ἀχράντων οὕτω καταπαίζοντες μυστηρίων. οὗτος οὖν ὁ Γρύλλος καὶ ὄνῳ ἐπωχεῖτο λευκῇ, τὰς δημοσίους προόδους τελῶν, καὶ τὸν τοιοῦτον θίασον συνεπόμενον ἔχων ἠγάλλετο. καί ποτε συνέβη μετὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς λιτῆς ἐρχομένῳ τῷ μακαρίτῃ Ἰγνατίῳ συντυχεῖν· καὶ τὸν φελόνην ἀναστείλας μετὰ τῶν αὐτοῦ συμμυστῶν εὐτονώτερον τῶν κρουσμάτων B ἦρχε, καὶ τὸν κλῆρον μυρίοις καὶ αἰσχίστοις περιέβαλλε ῥήμασιν. ὑπὸ δὲ τοῦ ὁσίου ἐπιτιμηθεὶς αὐτὸς μὲν οὐδὲν τούτων ἐφύλαξεν, πλὴν τέως τῆς ὁδοῦ ἐξέκλινε. τούτοις ἑαυτὸν γέλωτα ἄσεμνον καὶ ἀνακαγχασμὸν ὁ ἀφρονέστατος προετίθει, οἷς ὑβρίζετο μὲν ἡ ἁγία προσφορά, ὑβρίζετο δὲ τὰ ἅγια λόγια, τοῖς ἀρρήτοις αὐτῶν καὶ ἀκαθάρτοις ἐπιτηδεύμασιν ἐπιλεγόμενα καὶ ἐπιφωνούμενα.

19. Μετ' οὐ πολὺ δὲ τοῦ ἁγιωτάτου Ἰγνατίου τοῦ θρόνου C τῆς πατριαρχίας καταβιβασθέντος, ἐπίπροσθεν τῆς βασιλικῆς τραπέζης κατενώπιον τελουμένων Φωτίου καὶ δι' αἰσχίστης μιμήσεως τῶν θείων παιζομένων ὑπὸ τῶν καταφρονητῶν καὶ καταπτύ-

4 num σύγκριμα? Combef.

decimus ipse Michael imperator erat; citharasque pulsando cantica explebant; ac quidem ea quae secreto dicuntur imitati, stridule sensim insonabant; exclamationes vero, quae scilicet altiori ac modulata voce inter rem sacram efferuntur, libero impetu ac sono clariori reddebant. vasa aurea gemmisque interstincta habebant, acetoque et sinapi replentes eos qui ut communicarent animum adhibebant illis impartiebant, atque in eum modum intemeratis mysteriis illudebant. Hic itaque Gryllus mula alba invectus publicos processus peragebat, eoque stipatus choro exsultabundus ovansque incedebat. accidit autem aliquando ut in beatum Ignatium, ecclesiastico ritu supplicationem obeuntem, incideret; retractaque casula una cum symmystis contentius, et ut clariores sonos instrumenta ederent, pulsare coepit, innumerabilibusque procacissimis turpissimisque verbis clerum compluebat. corripuit sanctus hominis insolentiam: verum ille eorum quae monitus erat atque correptus nihil servavit. interim tamen a via deflexit. his dementissimus hominum turpem se risum ac cachinnationem ipse exhibebat, quibus sacra oblatio procaci longe iniuria probroque afficiebatur; afficiebantur et divina eloquia, nefandis impurisque illorum studiis ac ioculamentis subdita, interque illa pronuntiata.

19. Non diu post, sanctissimo Ignatio patriarcha cessare iusso atque amoto, cum ad imperatoris mensam coram Photio res sacra sic mimice perageretur, turpissimaque imitatione a contemptoribus exsecran-

στων ἀνδρῶν, τοσοῦτον ἐκεῖνος ἀπέσχεν τοῦ ἐπιτιμῆσαι καὶ διελέγξαι καὶ τὸ ἀτοπώτατον καταργῆσαι τοῦ ἐπιτηδεύματος, ὅτι καὶ ἐπεκύρου μᾶλλον ὁ ἀθέμιτος τὸ ἀθέμιτον, ἐπευξάμενος τὸν θεομισῆ Θεόφιλον ἐκεῖνον τὸν καὶ Γρύλλον, ὃν ὁ ἀπαιδευτότατος ἄναξ ἴδιον πατριάρχην ὠνόμαζεν, παίζειν εὔστοχος καὶ ἐν ἱερατικοῖς ἀμφίοις καὶ λογίοις, καὶ κρότους ἀποπέμπειν μεγίστους ἡμιόνων τρόπῳ, D καὶ πιεῖν ἐξ αὐτοῦ πάντας, τοῦτό γε μόνον ἄξιος αὐτοῖς ἐπιφωνεῖν, καὶ σαρκίνων μεταλαμβάνειν μετὰ νάπυος καὶ ὄξους· καὶ τῷ ὠμοφορίῳ αὐτοῦ ὁ ἀνίερος τῷ ἀνιέρῳ τὴν ἀνιεραρχίαν ἀνιέρως ἐπεσφραγίζετο, ἐν γέλωτι ὁ μετὰ ἀφρόνων ὁ ἄφρων τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀνυψῶν, ἐπιγελῶν τοῦ ἀοιδίμου Ἰγνατίου ὡς μὴ ὄντος τοῖς πράγμασι συγκαταβατικοῦ καὶ οἷον, ὡς αὐτὸς ἐνόμιζε, παντὶ ἀνέμῳ εὐριπίστως φερομένου. ἀλλὰ καὶ ἅμιλλαν μετὰ τοῦ ἀθλίου βασιλέως Μιχαὴλ ὑπὲρ τοῦ τίς ἂν πλέον πίῃ ἐνστησάμενος δέκα κώθωσιν αὐτὸν ὑπερέβαλλεν· τοῦ Μιχαὴλ γὰρ ἐν τοῖς ν′ πεπλη- P 439 ρωμένου, οὗτος ὁ Φώτιος τοὺς ξ′ ἐκπεπωκὼς ἐνεκαυχᾶτο ὡς μὴ μεμεθυκώς.

20. Καί ποτε τὴν ἑαυτοῦ μητέρα ὁ Μιχαὴλ ἐν τοῖς ἀνακτόροις διαιτωμένην, τοῦ Γρύλλου δὲ σὺν αὐτῷ τὰ ἄθεσμα πράττοντος, πλασάμενος τοῦτον εἶναι τὸν μακαρίτην Ἰγνάτιον μετακαλεῖται εὐλογηθησομένην παρ' αὐτοῦ. ὡς οὖν ἐκείνη ἐξῄει μετ' εὐλαβείας καὶ αἰδοῦς, ῥίπτει ἑαυτὴν εἰς τοὔδαφος ἐξαιτουμένη εὐχήν· καὶ γὰρ ἐλάνθανεν τέως τὴν γενειάδα κρύπτων. καὶ ἐκ

disque viris divinis illuderetur, non solum ille non increpavit arguitque ac absurdissimum institutum abolevit, verum etiam nefandissimus homo rem nefandam magis confirmavit, deo exosum Theophilum illum (qui et Gryllus) precibus communiens, quem perditissimus ac bardissimus hominum imperator suum patriarcham vocitabat, homo scilicet in ipsis quoque sacerdotalibus vestibus divinisque eloquiis ludere industrius, maximosque mulorum instar edere crepitus, dignumque unum hoc illis acclamare, biberent ex eo omnes, ac carnes cum sinapi et aceto sumerent. suoque omophorio profanus homo profano profanum principatum profane obsignabat, vocem suam in risu cum stultis homo stultus exaltans, inclytoque Ignatio eo nomine insultans, quod molliore disciplina morem rebus non gereret, nec, ut ipse operae pretium putabat, omni vento facilis ferretur omnemque sequeretur auram. sed et cum misero Michaele imperatore conserta pugna, uter plures calices hauriret, decem ille superior fuit: Michaele enim quinquaginta oppleto, Photius magnifice gloriari atque iactare, ut qui sexaginta epotis vino deiectus non esset.

20. Quandoque etiam dum adhuc mater in aula versaretur, Gryllusque eo socio nefanda illa sua ageret, eam vocavit velut precibus ab eo communiendam, fingens beatum Ignatium esse. exiens itaque illa modestissimo habitu sensuque, humi se abiicit, fundi ab eo preces rogans (hactenus quippe latebat barbam occultans), cum ille confestim exsiliens,

προχείρου ψόφον ἀναθορὼν ἐπαφεὶς καὶ λόγους ἀπρεπεῖς προστε- B θεικὼς καὶ τὸ "ἡμεῖς ὅπερ ἔχομεν, κυρά, παρέχομέν σοι," τὰ πάντα δυσωδίας ἐπλήρου. ἡ δὲ τὸ μέλλον ἀποφοιβάσασα, τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας καὶ χειρὸς ἔξω γενέσθαι ὁδοῦ.

21. Ἔτι τῆς Θεοδώρας τὴν βασιλείαν κατεχούσης, Βώγαρις ὁ ἄρχων Βουλγαρίας, γυναῖκα τῆς τῶν Ῥωμαίων βασιλείας ἀκούσας κρατεῖν, δηλοῖ αὐτῇ καταλύειν τὰς συνθήκας καὶ πρὸς Ῥωμαίους ἐκστρατεύειν. ἀντιδηλοῦται οὖν αὐτῷ ὅτι καὶ ἐμὲ κατὰ σοῦ εὑρήσεις ἀντιστρατεύουσαν, καὶ ἐλπίζομεν κυριεῦσαί σου. εἰ δὲ μή, καὶ οὕτως σοῦ περιέσομαι, τὴν νίκην ἀρίδηλον ἔχουσα· C γυναῖκα γάρ, ἀλλ' οὐκ ἄνδρα ἔχεις τὸν ἡττηθέντα σοι." διὰ τοῦτο μὲν οὖν καὶ ἐφ' ἡσυχίας ἔμεινε καὶ τὰς τῆς ἀγάπης ἀνενέωσεν σπονδάς. (22) ζήτησιν οὖν αὐτὴ ποιεῖται περὶ τοῦ μοναχοῦ Θεοδώρου τοῦ Κουφαρᾶ, πρὸ πολλοῦ αἰχμαλωτισθέντος. καὶ οὗτος δὲ ἀφορμὴν ἐκ τούτου λαβὼν περὶ τῆς οἰκείας ἀδελφῆς αἰχμαλωτισθείσης καὶ ἐν τῇ τοῦ βασιλέως αὐλῇ κατεχομένης δηλοῖ· ἥτις καὶ γράμματα μαθοῦσα καὶ τὴν τῶν Χριστιανῶν τάξιν καὶ τὴν περὶ τὸ θεῖον αἰδῶ καὶ δόξαν, ἐπεὶ τῆς ἐπανόδου τῆς πρὸς D τὸν ἀδελφὸν τετύχηκεν, οὐ διέλιπεν ἐκθειάζουσα καὶ παρακαλοῦσα μεταθέσθαι πρὸς τὴν ἀληθῆ πίστιν, εἰ καὶ αὐτὸς τῇ ἀπιστίᾳ κατισχημένος πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἰδεῖν τέως οὐκ ἠθέλησεν. λιμοῦ

5 τῆς βασιλείας P

emisso ventris crepitu, verbaque inhonesta adiiciens, ait "nos, domina, quod habemus, hoc praebemus;" totumque foetore cubiculum implevit. at illa, quod futurum erat vaticinata, a divina providentia manuque extraneum fore pronuntiavit.

21. Adhuc Theodora rerum potiente, Bogaris Bulgarorum dux, mulierem audiens imperii Romani clavum tenere, nuntiis ad eam missis denuntiat pacis rupto foedere aciem se adversus Romanos educturum. cui illa "noveris" inquit "me quoque iustis copiis vicissim educturam, foreque speramus ut tui potiamur: sin minus, sic quoque tui potiar, clara mihi constante victoria, quod mulierem, non certe virum, abs te victum habiturus sis." eo responso mitior barbarus effectus pacem coluit, ac dilectionis foedera renovavit. (22) inquirente Theodora de monacho Theodoro Cuphara, diu ante in captivitatem abducto, Bogaris quoque arrepta occasione de sorore sua perinde captiva inque imperatoris aula detenta significat. didicerat haec literas ac Christianorum ordinem ergaque deum venerationem ac fidem. nacta igitur ut ad fratrem reverteretur, nullum ei laudandae rei Christianae finem faciebat, ac fratrem hortandi ut ad veram fidem animum transferret. quanquam is, qua laborabat incredulitate, ad veritatem hactenus oculos aperire noluit. ve-

δὲ τὴν χώραν ἐπινεμομένου ἠναγκάσθη τὰ Ῥωμαίων ὅρια ὑπερβαίνειν.

23. Τῷ γ' αὐτοῦ ἔτει προβάλλεται Μιχαὴλ ὁ βασιλεὺς Ἀντίγονον τὸν υἱὸν Βάρδα δομέστικον τῶν σχολῶν· τὸν δὲ ἕτερον υἱὸν αὐτοῦ, δοὺς γυναῖκα, εἰς ἣν καὶ ἐλοιδορεῖτο, προβάλλεται μονοστράτηγον τῶν δυτικῶν. συντόμως δὲ αὐτοῦ τελευτήσαντος, τῇ δ' τῶν διακαινισίμων, προβάλλεται Μιχαὴλ Βάρδαν τὸν αὐτοῦ [θεῖον] Καίσαρα.

24. Τούτῳ τῷ ἔτει ἐξῆλθεν Ἄμερ μέχρις Σινώπης, καὶ P 440
ληϊσάμενος πάντα τὰ Ῥωμαίων ὑπέστρεψεν ἀβλαβής.

25. Τῷ δ' αὐτοῦ ἔτει ἐκστρατεύει Μιχαὴλ ἅμα Καίσαρι διά τε γῆς καὶ θαλάσσης κατὰ Γόβορι ἄρχοντι Βουλγάρων. τοῦτο μαθόντες οἱ Βούλγαροι, ἅμα δὲ καὶ λιμῷ τηκόμενοι, ὡς ἤχῳ βροντῆς ὑπεκλίθησαν καὶ πρὸ τῶν ἀγώνων καὶ τῆς μάχης περὶ τὴν νίκην κατέγνωσαν, Χριστιανοί τε γενέσθαι καὶ ὑποτάσσεσθαι τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων ᾐτήσαντο. ὁ δὲ βασιλεὺς τούτους ἐν τῇ πόλει ἀγαγὼν ἐβάπτισεν πάντας καὶ τὸν ἄρχοντα αὐτῶν Μιχαὴλ ἐπωνό- B
μασεν. ὃς εἰς τὸ ἴδιον ὑποστρέψας διὰ ζωγράφου Μεθοδίου λεγομένου τὴν κρίσιν καὶ ἀνταπόδοσιν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ γραφῆναι πεποίηκεν· διὸ καὶ μᾶλλον τὴν ἐκ παντὸς τοῦ γένους αὐτοῦ καθυφίσταται ἐπανάστασιν, οὓς μετά τινων ὀλίγων καταπολεμήσας, τὸν τοῦ θείου σταυροῦ τύπον ἐγκόλπιον περιάγων, πάντας ἀνα-

12 Βωγώρι?

rum fame regionem omnem late devastante, necesse habuit transgredi Romanorum fines.

23. Eius imperii anno tertio Michael imperator Antigonum Bardae filium scholarum domesticum praeficit; alterumque eius filium, locata ei uxore, qua cum illi turpis rei suspicio erat, supremum ducem Occidentalium turmarum constituit. quo illic brevi exstincto, hebdomadae paschae quarta feria, Michael Bardam avunculum Caesaris infulis ornavit.

24. Hoc anno exivit Amer usque Sinopem, omnique late vastata regione, nullo accepto damno, reversus est.

25. Eius imperii anno quarto Michael imperator cum Caesare terra marique adversus Goborem Bulgarorum principem copias educit. Bulgari apparatu audito, ac cum alias fame conficerentur, quasi tacti e caelo obrigescentes, omnique abiecta victoriae spe ante etiam agones ac praelia, nomen Christo dare deposcunt ac Romano subesse imperatori. Michael vero in urbem inductos salutari omnes lavacro donavit, eorumque principem ex suo nomine Michaelem appellavit. ille ad suos reversus Methodii pictoris manu ac penicillo iudicium futuramque retributionem in suis aedibus depingi curavit. quamobrem etiam omnes eius populares magis in eum accensi tumultuantur; in quos ille cum paucis conserta pugna, victor, divinaeque crucis collare signum (seu pectorale) circum-

φανδὸν ἐποίησε Χριστιανούς. δηλοῖ καὶ τῷ βασιλεῖ περὶ γῆς διὰ
C τὸ στενοῦσθαι ἐν τοῖς ἰδίοις τὸ πλῆθος τὸ ἑαυτοῦ, πρὸς τῷ καὶ ἐν τῇ πίστει ὁμονοεῖν ἀϊδίως καὶ τὴν ἀγάπην ἄλυτον εἰς αἰῶνας φυλάττειν. ὁ δὲ εὐμενῶς ἤκουσε, καὶ δέδωκεν ἐρήμην οὖσαν τηνικαῦτα τὴν ἀπὸ τῆς Σιδηρᾶς, ταύτης δὴ τότε ὅριον τυγχανούσης Ῥωμαίων τε καὶ αὐτῶν, ἄχρι τῆς Δεβελτόν, ἥτις οὕτω καλεῖται Ζαγόρια παρ' αὐτοῖς.

26. Τῷ ε' αὐτοῦ ἔτει τοῦ Ἄμερ πάλιν ἐπὶ Ῥωμανίαν ἐξελθόντος συναντῶσι Πετρωνᾶς καὶ Νάσαρ οἱ στρατηγοὶ εἰς τὸν Λαλακαῶνα. καὶ συμβολῆς γενομένης τρέπεται ὁ Ἄμερ, καὶ τὴν
D κεφαλὴν αὐτοῦ καὶ ἄλλων πολλῶν οἱ στρατηγοὶ εἰς τὴν πόλιν εἰσάγουσιν. ἐκ τούτου γίνεται γαλήνη μεγάλη ἐν τῇ ἀνατολῇ. καὶ ἄλλων μὲν οἱ πόνοι καὶ τὰ τῶν πολέμων ἀνδραγαθήματα· ἡ δὲ τοῦ βασιλέως ἀγάπη πρὸς τὸν Βασίλειον ἐξεκέχυτο, καὶ τοῦτον μόνον ἐνόμιζεν εἶναι τὸν θεραπεύοντα αὐτόν.

27. Τῷ ς' αὐτοῦ ἔτει κτίζει στάβλον τῶν ἵππων αὐτοῦ, κοσμήσας αὐτὸν μαρμάροις καὶ ὑδάτων ἐπιρροαῖς παντοιοτρόπως. τελεσθέντος δὲ ὑποδεικνύει τὴν ἄλογον κατασκευὴν τοῦ οἴκου, βουλόμενος ἐπαινεθῆναι, Πέτρῳ τινὶ λογίῳ καὶ σκωπτικῷ ἀνδρί, ὃν
P 441 καὶ Πτωχομάχην ἐκάλουν, καὶ φησὶν ὡς ἀεὶ μνημονεύεσθαι ὀφείλω διὰ τὴν τοῦ ἔργου τούτου κατασκευήν. καὶ ὁ Πέτρος τῷ βασιλεῖ

20 ὀφείλων P

ferens, omnes palam Christianos fecit. imperatori quoque de agro significat, nempe artari suis finibus subiectam tantae multitudinis plebem, praeterquam quod animis constitutum sit eiusdem fidei sensum in perpetuum tenere ac caritatis insoluta vincula in aeternum servare. annuit placide imperator, ac tunc temporis incultam regionem a Sidera (id est Ferrea), quae tunc Romanae ac Bulgarorum dicionis limes erat, ad Debeltum usque (vernacula lingua Zagoram illis nuncupatam) agrorum partem eis tribuit.

26. Michaelis imperii anno quinto, Amere copias rursus adversus Romanos educente, Petronas et Nazar duces in eius occursum ad Lalacaonem venere. collatis signis Amer in fugam versus est, eius exsectum caput aliorumque plurium victore exercitu ac ducum triumpho in urbem illatum. hinc magna per Orientem facta tranquillitas. ac quidem alii labores desudabant, adversumque hostes praeclara belli facinora designabant: imperatoris vero in Basilium effusus amor erat, huncque unum sui potissimum cultorem existimabat.

27. Eius imperii anno sexto aedificat Michael equile, marmoribus exornans, omnisque generis aquarum irriguo, iucundum illud atque usibus commodum praestans. absoluto equilis aedificio Petro cuidam ostendit, viro sagaci ac dicteriis assueto (hunc πτωχομάχην ac si dicas paupertatis vindicem seu pauperum defensorem, dicebant), ex eo laudem captans; aitque eius operis munere sempiternum sibi fore nomen ac cla-

φησὶν "Ἰουστινιανὸς ἔκτισε τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν κοσμήσας χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ μαργάροις πολυτίμοις, καὶ ἡ μνήμη αὐτοῦ νῦν οὐκ ἔστι· καὶ σύ, βασιλεῦ, κοπρῶνα ποιήσας καὶ ἀλόγων ἀνάπαυσιν λέγεις μνημονεύεσθαι διὰ τοῦτο;" ὁ δὲ ὀργισθεὶς ὡς τοῦ ἐπαίνου ἀποτυχὼν τυπτόμενον καὶ συρόμενον αὐτὸν ἐξήγαγεν.

28. Τῷ ζʹ αὐτοῦ ἔτει, φήμης διαθεαύσης ὡς Βάρδας ὁ Καῖσαρ τῇ νύμφῃ αὐτοῦ Εὐδοκίᾳ συμφθείρεται, ὁ πατριάρχης B Ἰγνάτιος πολλάκις τούτῳ παραινεῖ ἀποσχέσθαι τοῦ κακοῦ. ὁ δὲ μὴ πειθόμενος μᾶλλον ἐνεῖχε τῷ πατριάρχῃ, σωφρονεῖν αὐτὸν κατεπειγόντος. καὶ δή ποτε μέλλοντος κοινωνεῖν τοῦ Βάρδα, ὁ πατριάρχης ὡς ἀνάξιον ἀπώσατο· ὃς ὀργῆς πληγεὶς τὴν ψυχὴν τὸν παραινέτην ὡς ἄνομον καὶ φθορέα τῆς ἐκκλησίας ἐξέωσε, καὶ παραιτήσασθαι ἀναγκάζων βασάνοις ἀπείροις ὑπέβαλεν. παραδίδωσι γὰρ αὐτὸν τῷ Θεοδοσίῳ τῷ Μαυρῷ λεγομένῳ καὶ τῷ Γοργονίτῃ Ἰωάννῃ καὶ Νικολάῳ τῷ Σκουτελόπτῃ, οἳ καὶ περιέκλεισαν αὐτὸν ἐν τῇ τοῦ Κοπρωνύμου λάρνακι γυμνὸν χειμῶνος ὥρᾳ. ἔνθεν C τῇ ἀνάγκῃ τοῦ κρύους ἐκ τῶν κρυφίων σαρκῶν ἀπόβολὴν ἐποιεῖτο σαπρίας καὶ αἵματος. οὕτως ἐγκαρτερῶν τοῖς δεινοῖς ὁ καρτερικώτατος οὐκ ἐφθέγξατό τι πρὸς κύριον πονηρόν. τοιγαροῦν διανίστησιν αὐτῷ κύριος Κωνσταντῖνον τὸν Ἀρμένιον παραμυθούμενον αὐτῷ· καὶ γὰρ ἀγγείδιον οἴνου καὶ ἄρτον καὶ μῆλα, τοὺς κακοποιοὺς κατὰ χώρας λανθάνων, τῷ ὁσίῳ εἰσῆγε, καὶ τῆς

ritatem. ad quem Petrus "Iustinianus Augustus magnam ecclesiam aedificavit, auro et argento pretiosisque marmoribus magnificè exornans; nec eius nunc perstat memoria. tu vero, o imperator, clara te memoria apud posteros celebrandum ducis, quod locum stercorum et equile construxeris!" iratus ergo, ut qui spe laudis quaesitae frustratus esset, verberibus calcibusque domo extrusit.

28. Imperii Michaelis anno septimo, percrebrescente fama Bardam Caesarem nurui suae Eudociae foedis amoribus commisceri, admonebat crebrius Ignatius patriarcha ut a malo sese contineret. Bardas vero non solum non morem gerit, sed et in patriarcham emendare studentem invehitur atque insurgit. patriarcha itaque, dum sacra quandoque mysteria percepturus accedit, Bardam ceu his indignum reppulit. ea re Bardas animo saucius monitorem suum velut improbum et corruptorem ecclesia eiicit, et ut abdicare cogat, tormentis innumeris subiicit. tradit enim Theodosio Moro nuncupato, Ioanni Gorgonitae et Nicolao Scutelopti, qui et hiberna tempestate in Copronymi urna nudum inclusere. quo loco, frigoris vi ac gelu, ex interioribus ac intestinis pus mixtum sanguine mittebat. sic vero in malis patiens vir tolerantissimi pectoris, nihil mali adversus dominum locutus est. suscitat itaque illi dominus Constantinum Armenium, qui levamen aliquod ipsi adhibeat. vasculum enim vini parumque panis et pomorum per maleficorum hominum absen-

λάρνακος αὐτὸν καταβιβάζων ἐκούφιζε τὸ πολὺ τῆς συμφορᾶς μέ-
D χρι τῆς ἐκείνων ἐλεύσεως. τούτοις ὑποβαλὼν Βάρδας ὁ Καῖσαρ τὸν ὅσιον, ἐπεὶ τὴν παραίτησιν αὐτοῦ λαβεῖν οὐκ ἠδυνήθη, Φώτιον πρωτοασηκρῆτις ἀντ' αὐτοῦ χειροτονεῖ πατριάρχην. ἐξώρισεν δὲ Ἰγνάτιον ἐν τῇ νήσῳ Τερεβίνθου, ἐν ᾗ καὶ ἐταλαιπωρεῖτο, μυρία καθ' ἑκάστην πρὸς τὸ παραιτήσασθαι ὑπομένων. εἶτα φέρουσιν αὐτὸν εἰς τὴν Ἱερείαν δέσμιον, καὶ κατακλείουσιν εἰς μάνδραν Αἰγῶν. εἶτα εἰς τὰ Προμούντου ἀγαγόντες, Λέων ὁ Λαλάκων τρῖς ῥαπίσμασι τὰς σιαγόνας αὐτοῦ συνέθλασεν ὡς δύο μύλους αὐτοῦ ἐκπεσεῖν. εἶτα μοχλῷ σιδηρῷ ἀνδροφόνῳ τοὺς πόδας προση-
P 442 λώσαντες ἐν μικρᾷ εἱρκτῇ καὶ στενῇ κατέκλεισαν, καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας εἰς τὰ Νούμερα σιδηροδέσμιον καθεῖρξαν. ἐκεῖθεν εἰς Μιτυλήνην τὴν νῆσον τοῦτον ἐξώρισαν, καὶ τοὺς μητροπολίτας ἐν φυλακαῖς ἄλλον ἀλλαχοῦ διεσκόρπισαν.

29. Ἄξιον δὲ καὶ περὶ Φωτίου ὀλίγα διαλαβεῖν. οὗτος ὁ Φώτιος υἱὸς Σεργίου σπαθαρίου ἦν, οὗ τινὸς ὁ πατὴρ Ζαχαρίας ὠνόμαστο, ὃς πάλιν ἔσχεν υἱὸν Λέοντα βασι... ὁ γὰρ Σέργιος ἐθνικοῦ αἵματος ὤν, εἰς μοναστήριον γυναικεῖον εἰσπεπηδηκὼς καὶ μονάστριαν ἐκεῖθεν ἁρπάσας καὶ ταύτην ἀποσχηματίσας ἔλαβε γυναῖκα. μετὰ χρόνον τινὰ συνέβη τὸν ἅγιον Μιχαὴλ τὸν Σινά-
B δου, φίλον Σεργίου ὄντα, εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ εἰσελθεῖν, καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐνθεωρήσας ἔγκυον οὖσαν ἀπέστειλεν τὴν αὐτοῦ

tiam inferebat, atque e loculo deponens, dum illi venirent, cruciatum tantisper leviorem reddebat. his Bardas Caesar sanctum excruciando, cum ab eo libellum et ut se ipse abdicaret impetrare minime potuisset, Photium protoasecretis patriarcham praeficit, Ignatio in Terebinthi insulam relegato, ubi et aerumnis conflictabatur, innumeris quotidie abdicandi muneris causa aerumnis malisque appetitus. deinde vinctum ad Hieriam transferunt, atque in Caprarum mandra includunt. tum ad Promunti aedes adducto, Leo Lalaco illius sic genas pugnis ac colaphis confregit ut eius duo molares dissilierint. deinde vecte ferreo homicidarum pedes adstringentes, in exiguo artoque carcere incluserunt; nec post multos dies in carcerem dictum Numera ferro vinctum compegerunt. inde eo in Mitylenem insulam relegato, metropolitas in ergastula alios alio disperserunt.

29. Operae pretium vero sit ut et de Photio pauca perstringamus. hic Photius filius fuit Sergii spatharii, cuius pater Zacharias; qui rursus Leonem habuit filium... Sergius enim cum gentili ortus stemmate esset, in feminarum monasterium irrumpens, indeque rapta sanctimoniali habituque exuta, sibi eam coniugem fecit. post tempus aliquod contigit Michaelem Sinadensem Sergii amicum in eius domum intrare; conspectaque uxore eius praegnante, indignantis specie ac velut percussurus in

εἰς τοὺς τὸν Μιχαὴλ διαχειρισαμένους γράψαι. ὁ μὲν οὖν Ἰακω-
βίτζης κυνηγῶν μετὰ τοῦ βασιλέως, καὶ τοῦ ξίφους αὐτοῦ ἐκπε-
σόντος, καὶ αὐτοῦ μέλλοντος κατελθεῖν εἰς τὸ ἆραι αὐτόν, ὁ ποὺς
αὐτοῦ ἐν τῇ σκάλῃ ἐκρατήθη, καὶ θροηθεὶς ὁ ἵππος ἔσυρεν αὐτὸν
κατὰ φαράγγων καὶ κρημνῶν καὶ μεληδὸν κατέκοψεν. Ἰωάννης
δὲ ὁ Χάλδος στρατηγὸς Χαλδίας γενόμενος, ἐπεὶ κατὰ τοῦ βασι- P 454

2 Ἀδριανὸς P

morbo solutus est. Adrianus vero Caesar firmis propugnaculis munitam, dilatatisque eius pomeriis, ex suo nomine Adrianopolim vocavit. abest trium dierum spatio a Philippopoli, in montis Aemi sinu, ad quem tres fluvii, velut fere aquae pluviales, uno alveo miscentur.

2\. Iubet Basilius Mariano praefecto Petronae filio; isque eum solum imperatorem acclamat. Ooryphas autem navalis exercitus praetor atque dux, ubi intellexisset quae a Basilio gesta in Michaelem essent, ipse domini amans servusque ingenuus ad Michaelis imperatoris ultionem sese accingit. accersitum imperator primum quidem contumeliosis ac minacibus verbis accipit; tumque benigne habet laudatque, quod ut talia in domini gratiam auderet in animum induxerit. quin lapsu temporis sic aucta in eum imperatoris fiducia est, ut in hostes proficiscens eius fidei urbem commiserit.

3\. Operae pretium vero sit ut et divinam in eos qui Michaelis parricidae fuerunt ultionem describamus. Iacobitzes itaque imperatori inter venandum comes, dum ensem delapsum levaturus equo desilit, haerente pede e pensili scandula, territoque equo per cava voraginum praecipitiaque trahente, membratim discerptus est. Ioannes Chaldus, qui exercitus ductor in Chaldia fuerat, deprehensus machinari adversus impera-

λέως μελετᾶν ἐφωράθη, ἀνασκολοπίζεται παρὰ Ἀνδρέου στρατηλάτου. ὁ δὲ ἀδελφὸς τοῦ βασιλέως Ἀσυλαίων, ἐξωσθεὶς παρὰ τοῦ βασιλέως ἐν τῷ προαστείῳ αὐτοῦ, ἀπηνὴς ὢν καὶ ὠμὸς πρὸς τοὺς αὐτοῦ δούλους μαχαίραις ὑπ' αὐτῶν ἀνῃρέθη· οὓς κρατήσας ὁ βασιλεὺς καὶ μεληδὸν κατακόψας ἐν τοῖς Ἀμαστριανοῦ ἔκαυσεν. ὁ δὲ ἀπελάτης ὁ τοῦ Πέρσου σκωληκόβρωτος γενόμενος τὴν ψυχὴν ἀπέρρηξεν. Κωνσταντῖνος δὲ ὁ Τοξαρᾶς εἰς Κιβυρραιώτας σπαθοκοπηθεὶς τελευτᾷ, καὶ Μαριανὸς ὁ ἀδελφὸς τοῦ βασιλέως τὸν πόδα συντριβεὶς καὶ ὑπὸ σκωλήκων καταβρωθεὶς τελευτᾷ.

B 4. *Ἐν τῇ ἑορτῇ τῶν Χριστοῦ γέννων προελεύσεως γενομένης βαπτίζει ὁ βασιλεὺς διὰ Φωτίου Στέφανον τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ.*

5. *Τῷ γ' αὐτοῦ ἔτει, τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου Πολυεύκτου, γέγονε σεισμὸς ἐπὶ μ' ἡμέρας καὶ μ' νύκτας, καὶ ἐπτωήθησαν πολλαὶ ἐκκλησίαι, μεθ' ὧν καὶ ἡ ὑπεραγία θεοτόκος ἡ λεγομένη τὸ Σίγμα, ὥστε πάντας τοὺς ψάλλοντας ἐκεῖσε τελευτῆσαι. Λέων δὲ ὁ φιλόσοφος τυχὼν ἐκεῖ παρῄνει πάντας ἐξελθεῖν· οἱ δὲ μὴ πεισθέντες συνετελέσθησαν ἅπαντες. αὐτὸς δὲ ὁ φιλόσοφος εἰς κίονα ὑπὸ συσταματίου σταθεὶς μετὰ καὶ ἑτέρων δύο ἐσώθη, καὶ* C *ἕτεροι θ' μόνοι ὑποκάτω τοῦ ἄμβωνος.*

6. *Φώτιος δὲ ὁ πατριάρχης, ἐλθόντος τοῦ βασιλέως ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ μέλλοντος αὐτοῦ κοινωνεῖν, ληστὴν καὶ φονέα*

6 Leo grammaticus *Πέρσης*. Combef. 15 *ἐπτώθησαν?*
21 Georgius *πέντε*

torem ab Andrea magistro militiae palo affixus est. imperatoris frater Asylaeo, ab eo in suburbanum suum relegatus, quod in servos ac domesticos immitis ac crudelis esset, gladio ab eis necatus est. hos imperator captos membratimque concisos ad Amastriani combussit. Apelates Persae a vermibus corrosus vitam finivit. Constantinus Texoras apud Cybyrrhaeotas gladiis concisus periit. Marianus denique imperatoris frater confracto pedo ac vermibus putrescente exstinctus est.

4. Christi natalis solenni die, pompa habita, baptizat imperator per Photium filium suum Stephanum, in magna ecclesia.

5. Basilii imperatoris anno tertio, in die festo S. Polyeucti, ad dies quadraginta totidemque noctes terrae motus factus est, cecideruntque multae ecclesiae, inter quas etiam sancta deipara, quam Sigma vocant, adeo sane ut omnes in ea divinas decantantes laudes communis ruina oppresserit. porro Leo philosophus, cum esset ibi, hortabatur omnes egredi; cui illi haud morem gerentes pari omnes interitu perierunt. ipse tamen ad columnam sub arcu stans cum duobus aliis servatus est, nec non alii novem duntaxat sub ambone positi.

6. Photius patriarcha imperatore ad ecclesiam veniente, ac cum sacra mysteria percepturus esset, latronem eum et parricidam ac divina

ἔλεγεν καὶ ἀνάξιον τῆς θείας κοινωνίας. ὁ δὲ θυμωθεὶς ἀπέστειλεν
ἐν Ῥώμῃ, καὶ ἤγαγε τόμον μετὰ Ῥωμαίων ἐπισκόπων, καὶ τοῦτον
τοῦ θρόνου ἐξέωσεν· καὶ ἀναβιβάζει πάλιν Ἰγνάτιον τὸν ἐν ἁγίοις
πατριάρχην τὸ δεύτερον.

7. Μετὰ τὸ ἐξωσθῆναι τῆς ἐκκλησίας Φώτιον καὶ ἐν τῇ
μονῇ τῆς Σκέπης ἐξορισθηνῆναι ἐτροπεύσατο πλάσμα τοιόνδε.
γενεθλιαλογήσας τὸν βασιλέα Βασίλειον, ὡς ἀπὸ Τηριδάτου τῆς D
μεγάλης Ἀρμενίας ἄρχοντος τὴν γενεὰν κατάγοντος, καὶ τὸ βιβλίον
βασιλικῇ βιβλιοθήκῃ ἐνθεῖναι διὰ Θεοφάνους τοῦ λεγομένου Σφη-
νοδαίμονος, βασιλικοῦ κληρικοῦ τότε τυγχάνοντος καὶ τῷ Βασι-
λείῳ προσκειμένου διὰ σοφίαν καὶ πολυμαθίαν. ἐκλαβόμενος δὲ
τὰ πρῶτα στοιχεῖα τῶν ὀνομάτων οὕτως, Βασιλείου Εὐδοκίας
Κωνσταντίνου Λέοντος Ἀλεξάνδρου καὶ Στεφάνου, ἃ καὶ ἀνα-
γινωσκόμενα Βεκλὰς ὀνομάζεται. τούτου τὴν ἀπ' ἀρχῆς γενεα-
λογίαν κατά τε χώραν καὶ πράγματα ἀναμαθών, καὶ καταγρα-
ψάμενος τὸ βιβλίον, καὶ τούτου ἐπιτηδεύμασι παλαιότατον ποιή- P 455
σας, τῇ βασιλικῇ βιβλιωθήκῃ, ὡς εἴρηται, κατατίθεται διὰ Σφη-
νοδαίμονος Θεοφάνους. καί ποτε αὐτοῦ τοῦ Σφηνοδαίμονος προσ-
τάξει βασιλικῇ βιβλίον τι ζητοῦντος, ὡς εὗρεν αὐτὸ καὶ πολυπρα-
γμονῶν ἠπόρει, τῷ βασιλεῖ ὑποδείκνυσι καὶ φησὶ "τούτου ἄλλος
νοῆσαι οὐ δύναται τὰ γεγραμμένα εἰ μὴ Φώτιος." καὶ εὐθὺς ὁ
αὐτὸς ἀποστέλλεται· καὶ ἡ πρόφασις εὐχερής, ὡς εἰ μὴ ἴδω τὸν
βασιλέα, οὐ λέγω τί ἐστι τὸ βιβλίον ἢ ἡ τούτου ἐπιγραφή. καὶ

16 τοῦτο?

indignum communione dicere. qua ille re ira accensus Romam misit, tomoque impetrato cum episcopis Latinis Photium sede eiicit, iterumque ac secundo sacerdotio sanctum Ignatium praeficit.

7. Eiectus ex ecclesia Photius, et in monasterio quod Scepae vocant exulans, eiuscemodi figmentum commentus est. Basilii imperatoris genealogiam pertexens, quasi a Teridate magnae Armeniae principe is originem traheret, librum in regia bibliotheca reponi curat, Theophanis cognomento Sphenodaemonis opera, tunc palatini clerici, viri sapientiae ac eruditionis nomine Basilio cari. excerptis namque initialibus nominum literis in hunc modum, Basilii Eudociae Constantini Leonis Alexandri Stephani, ex quibus legendo vox Beclas conficitur; Basiliique a principio genealogiam doctus, sive regionem sive res illi gestas spectes, eaque in commentarios redacta, sicque subtili arte libello composito ut probe antiquum codicem referret, in regia, uti dictum est, bibliotheca reponit, eius quem dicebam Theophanis Sphenodaemonis opera. dumque is aliquando imperatoris iussu in eadem bibliotheca librum quaerit, istoque invento curiosius inquirens animi anxium agit, imperatori ostendit, aitque excepto duntaxat Photio neminem esse qui in illo scripta intelligere posset. statimque is ipse ad Photium mittitur. facilisque praetextus: "nisi" inquit "imperatorem videro, non dicam quis sit liber

εἰσελθὼν τοῦτο ἀναγινώσκει, καὶ ὡς δι' ἀγγέλου τοῦτο μεμά-
B θηκεν. τοῦτο πάλιν ἡ πρὸς τὸν βασιλέα Φωτίου οἰκείωσις γίνεται.

8. Τῷ ε' αὐτοῦ ἔτει τῆς κγ' τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς ἐγεννήθη Ἀλέξανδρος βασιλεὺς ἀπὸ τῆς Ἴγγηρος Εὐδοκίας, γνήσιος παῖς τοῦ Βασιλείου. ἐκστρατεύει δὲ ὁ βασιλεὺς κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν τῶν εἰς Ἀφρικήν, καὶ πολέμους συνάψας πολλοὺς εἰς πάντας ἡττήθη καὶ πολλοὺς τῶν Ῥωμαίων ἀπεβάλετο. μέλλοντα δὲ κρατηθῆναι καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα Θεοφύλακτος ὁ Ἀβάστακτος διέσωσεν, ὁ πατὴρ Ῥωμανοῦ τοῦ μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντος. ὑποστρέψαντος δὲ τοῦ βασιλέως ἐν τῇ πόλει, ἀπέστειλε Χριστο-
C φόρον γαμβρὸν αὐτοῦ ἐν τῇ Ἀφρικῇ, καὶ νίκην ποιήσας ἐκπόρθησε ταύτην καταστρέψας ἕως ἐδάφους.

9. Τῷ ς' ἔτει αὐτοῦ Ἰγνάτιος ὁ πατριάρχης τὴν τοῦ Σατύρου ἐκκλησίαν εἰς ὄνομα τοῦ ἀρχιστρατήγου τοῦ Ἀνατέλλοντος ἐποίησεν· εἶτα καὶ μονὴν αὐτὴν ἀνδρῴαν εἰργάσατο, ἔνθα καὶ ἐτάφη. καὶ Σάτυρος μὲν ὀνομάζεται, ὅτι ἐν μικρῷ διαστήματι τῆς τοιαύτης μονῆς ὁ παλαιὸς ὀνομάζεται Σάτυρος, ἐν ᾗ ἦν ἱερὸν παρ' Ἑλλήνων οἰκοδομηθὲν τῷ αὐτῷ Σατύρῳ, οὗ καθ' ὁμωνυμίαν διὰ τὸ πλησίον εἶναι τὴν εἰρημένην μονὴν τῷ τοιούτῳ καλεῖται ὀνόματι· ἐξ οὗ καὶ τὸ παλάτιον τοῦ Βρύαντος κτίσας Θεό-
D φιλος ὁ βασιλεὺς τὴν ὕλην ἀφελόμενος ταύτην ἐδείματο. Ἀνα-

7 immo Τεφρικήν, cum margine P. et mox Τεφρικῇ

eiusve inscriptio." ingressus itaque librum legit, ac quasi ab angelo didicisset, percurrit. hinc rursus Photii cum Basilio necessitudo coaluit.

8. Eius imperii anno quinto, mensis Novembris die vigesima tertia, natus est Alexander imperator ex Eudocia Ingerina, Basilii legitima proles. imperator expeditione suscepta adversus Agarenos Tephricenses, multisque consertis praeliis, in omnibus victus est multosque Romanorum amisit. ac cum ipse iam imperator capiendus videretur, Theophylactus Abastactus eum servavit, Romani pater eius qui postea imperium tenuit. reversusque in urbem imperator Christophorum generum suum in Tephricam misit, partaque victoria locum vastavit ac solo tenus evertit.

9. Imperii Basilii anno sexto Ignatius patriarcha Satyrum ecclesiam sub nomine caelestis militiae principis Orientis aedificavit, posteaque virorum monasterium fecit, ubi et sepultus fuit. et quidem Satyri nomen est, quod non procul ab eo monasterio antiquus Satyrus dicebatur, ubi templum erat Graecorum superstitione eidem Satyro exstructum; ex cuius vicinia contigit per homonymiam ut et monasterium eodem vocabulo censeretur. Theophilus vero imperator accepta inde materia Bryantis regias aedes construxit. quod autem Oriens appelletur, ea

τέλλων δὲ καλεῖται δι' αἰτίαν τοιαύτην. κυνηγοῦντί ποτε Νικηφόρῳ τῷ βασιλεῖ ἐν οἷς ἀρτίως ἐστὶν ἡ μονὴ μέρεσιν, ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ χειρωθείσης ἐλάφου ἐν ᾧ νῦν τὸ τῆς μονῆς θυσιαστήριον ἵδρυται, εὑρέθη τράπεζα παλαιὰ ὑπὸ κίονος βασταζομένη γράφουσα οὕτως "τοῦτό ἐστιν τὸ ἅγιον θυσιαστήριον τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ τοῦ Ἀνατέλλοντος, ὅπερ ἐνεθρόνισεν ὁ ἅγιος ἀπόστολος Ἀνδρέας."

10. Τῷ ζ' καὶ τῷ η' αὐτοῦ ἔτει βαπτίζει ὁ Βασίλειος πάντας τοὺς ὑπὸ χεῖρα αὐτοῦ Ἑβραίους, διδοὺς αὐτοῖς ἀξίας καὶ δῶρα
πολλά. τότε δὲ καὶ τὸν προειρημένον Νικόλαον τὸν προσμονάριον P 456
τοῦ ἁγίου Διομήδους ἐποίησεν οἰκονόμον καὶ σύγκελλον, τὸν δὲ ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἰωάννην δρουγγάριον τῆς βίγλας, τὸν δὲ ἕτερον ἀδελφὸν Παῦλον ἐπὶ τῆς βασιλικῆς σακέλλης, τὸν δὲ ἕτερον ἀδελφὸν Κωνσταντῖνον γενικὸν λογοθέτην.

11. Τῷ θ' αὐτοῦ ἔτει ἤρξατο κτίζειν ὁ βασιλεὺς τὴν Νέαν ἐκκλησίαν, καὶ ἡ Συράκουσα παρεδόθη τοῖς Σαρακηνοῖς.

12. Τῷ ι' αὐτοῦ ἔτει Νικήτας ὁ Ξυληνίτης καὶ ἐπὶ τῆς τραπέζης κατηγορήθη ὡς φιλούμενος παρὰ τῆς Αὐγούστης· ὃς καὶ ἀποκείρεται καὶ μοναχὸς γίνεται. πολλὰ δὲ χαλκουργήματα B
κατέαξεν ὁ βασιλεὺς λόγῳ τῆς Νέας ἐκκλησίας· ἀλλὰ καὶ μάρμαρα καὶ ψηφῖδας καὶ κίονας ἐκ πολλῶν ἐκκλησιῶν καὶ οἴκων λόγῳ ταύτης ἀνελάβετο. ἐν οἷς στήλη ἵσταται χαλκῆ ἐν τῷ Σενάτῳ σχῆμα ἐπισκόπου φέρουσα· ἐκράτει δὲ ἐν τῇ χειρὶ ῥάβδον ὄφιν

ratio est. cum aliquando Nicephorus imperator iis in locis venationem ageret in quibus modo situm monasterium est, in eo ipso loco ubi nunc Basilicae situm altare est, capto cervo vetus mensa sustentante columna inventa est, hac inscriptione "sanctum Michaelis caelestis militiae principis Orientis altare, quod sanctus Andreas apostolus posuit."

10. Imperii annis septimo et octavo baptizat Basilius Hebraeos omnes sub dicione positos, dignitatibus augens ac plura illis dona tribuens. tunc vero etiam, cuius supra meminimus, Nicolaum sancti Diomedis mansionarium, oeconomi ac syncelli dignitate decoravit; eius fratrem Ioannem excubiarum drungarium praefecit; fratrem alterum Paulum regio sacello praefecit; tertium denique Constantinum aerarii publici logothetam creavit.

11. Basilii imperii anno nono coepit imperator aedificare Novam ecclesiam; urbsque Syracusa prodita est Saracenis.

12. Basilii imperii anno undecimo Nicetas Xylenites ac mensae praepositus, Augustae amorum accusatus, posita coma in monasterium trusus est. multa vasa aenea confregit imperator, in usum vertenda Novae ecclesiae. marmora quoque et musiva et columnae ex multis ecclesiis aedibusque sublata eius exstruendae causa. inter haec ornamenta statua aenea in senatu erat episcopi habitu, virgamque manu tenens,

ἐντετυλισμένον ἔχουσαν. ταύτην ἤγαγον ἐν τῷ βεστιαρίῳ· καὶ ἐλθὼν ὁ βασιλεὺς ἔβαλε τὸν δάκτυλον αὐτοῦ εἰς τὸ στόμα τοῦ ὄφεως· καὶ ἦν ἔσωθεν ἄλλος ὄφις ζῶν, ὃς καὶ ἔδακε τὸν δάκτυλον C τοῦ βασιλέως· καὶ μόλις δι' ἀντιφαρμάκων ἰάθη. καὶ τὴν στήλην δὲ Σολομῶντος ἐν τῇ βασιλικῇ οὖσαν εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἐκτυπώσας, τοῖς θεμελίοις τῆς Νέας ἐκκλησίας ὡς θυσίαν ἑαυτὸν τῷ θεῷ προσῆξεν.

13. Τῷ ια' αὐτοῦ ἔτει ἐκστρατεύει πάλιν κατὰ Μελιτηνῶν, καὶ πολλοὺς πολέμους κατορθώσας καὶ αἰχμαλωσίαν πολλὴν λαβὼν ὑπέστρεψεν.

14. Τῷ ιβ' αὐτοῦ ἔτει τελευτᾷ ὁ πατριάρχης Ἰγνάτιος, καὶ πάλιν Φώτιος ἀναβιβάζεται.

D 15. Τῷ ιγ' αὐτοῦ ἔτει ἐκστρατεύει ὁ βασιλεὺς κατὰ Γερμανικίαν, καὶ ταύτην αἰχμαλωτεύσας ὑπέστρεψεν. τελευτᾷ δὲ Κωνσταντῖνος υἱὸς Μιχαὴλ ὁ ἐξ Εὐδοκίας, ὡς δὲ λόγος, υἱὸς Βασιλείου· ὃν πολλὰ θρηνήσας ἀπέθετο ἐν τοῖς τάφοις τῶν βασιλέων.

16. Τῷ ιδ' αὐτοῦ ἔτει, μηνὶ Μαΐῳ α', ἐγκαινίζεται καὶ ἐνθρονίζεται ἡ Νέα ἐκκλησία παρὰ Φωτίου πατριάρχου.

17. Τῷ ιε' αὐτοῦ ἔτει Λέων ὁ Σαλιβαρᾶς συνοψίζει Φωτίῳ πατριάρχῃ Θεόδωρον μοναχὸν τὸν Σανταβαρηνόν, ὃς ὑπὸ P 457 Φωτίου μετὰ τοῦτο γέγονεν ἀρχιεπίσκοπος Εὐχαΐτων, ὡς εὐλαβῆ

cui serpens gyris convolutus erat. statua in vestiarium illata, veniens imperator in serpentis os immisso digito, vivo alio serpente intus residente morsum infigente, sic laesus est ut vix ullis remediis curari potuerit. sed et Salomonis statuam in basilica constitutam, ex suo efformatam nomine, se ipsum deo velut hostiam offerens, in Novae ecclesiae fundamenta iecit.

13. Anno Basilii imperii undecimo suscepta rursus imperator adversus Melitenenses expeditione, multisque praeliis victor ingentique onustus praeda, ac captivis adductis, reversus est.

14. Anno Basilii imperii duodecimo Ignatio patriarcha vivis exempto Photius regiae urbis sacerdos iterum provectus est.

15. Anno Basilii imperii tertio decimo eductis imperator adversus Germaniciam copiis, eaque direpta atque vastata, reversus est. moritur vero Constantinus Michaelis filius ex Eudocia, hominum autem vulgique opinione Basilii filius. eum ille ingenti luctu prosecutus ipsius in imperatorem sepulcris funus deposuit.

16. Anno Basilii imperii quarto decimo, calendis Maii, dedicatur divinisque officiis publice celebrandis aperitur a Photio patriarcha Nova ecclesia.

17. Anno Basilii imperii quinto decimo Leo Salibaras Theodorum monachum Santabarenum Photio patriarchae in colloquium adducit (is postea a Photio creatus Euchaitarum archiepiscopus) tanquam virum

καὶ ποιοῦντα τεράστια καὶ προορατικόν. Φώτιος δὲ τοῦτον Βασιλείῳ βασιλεῖ μεσιτεύει· εἰς ὃν ὁ βασιλεὺς ἀρεσθεὶς (πρὸς γὰρ τὰς ἐπιθυμίας αὐτοῦ διέκειτο) εἶχεν ἐν τιμῇ πολλῇ. ὃς ἀθυμοῦντα τὸν βασιλέα περὶ τοῦ τελευτήσαντος υἱοῦ αὐτοῦ Κωνσταντίνου, διὰ τὸ φίλτρον ὅπερ εἰς αὐτὸν εἶχεν, ἐπλάνα, καὶ ἐπηγγέλλετο δεῖξαι ζῶντα. ὃ καὶ ἐποίησεν· ἐν γὰρ λόχμῃ τινὶ διερχομένῳ τῷ βασιλεῖ φάντασμα συνηντήθη ἔφιππον, χρυσοῦφαντον ἐνδεδυμένον, ἐν τῷ εἴδει τοῦ Κωνσταντίνου· ὃ καὶ ὀφθαλμοῖς B ἰδὼν καὶ περιπλακεὶς κατεφίλησεν. καὶ γεγονότος ἀφανοῦς, αὐτὸν ἰδεῖν ὑπελάμβανε, καὶ ὡς οὐ πεπλάνητο. διὸ καὶ μονὴν ἐκεῖσε κτίσας ἐπωνόμασεν αὐτὴν τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου.

18. Τούτοις καὶ ἑτέροις πλείστοις ἐκ τῶν Ἀπολλωνίου ἀκριβῶς μεμνημένος ὁ Σανταβαρηνὸς ἐποίησε τὸν βασιλέα πίστιν κεκτῆσθαι εἰς ἑαυτὸν πολλήν. οὗτος ὁ περιώνυμος Σανταβαρηνός, ὃς ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Φωτίου κατὰ δευτέραν αὐτοῦ τυραννίδα ἐπίσκοπος Εὐχαΐτων ἐγένετο, Μανιχαίου υἱὸς καὶ Μανιχαῖος ὤν, C καὶ ὡς νεώτερος διὰ Βάρδα τοῦ Καίσαρος τὴν κεφαλικὴν τιμωρίαν διαφυγὼν τῇ τῶν Στουδίου μονῇ ἐπὶ διορθώσει ἀπεδόθη· ὁ δὲ καὶ μοναχῶν σχῆμα περιβαλόμενος οὐδ' ὅλως τῆς κακίας ἀνένευσεν. κατὰ μέντοι τὴν πρώτην τυραννίδα Φωτίου καὶ ἡγούμενος ἐν αὐτῇ τῇ μονῇ γίνεται· ὑφ' οὗ καὶ πάντες οἱ εὐλαβεῖς τῆς μονῆς ἔφυγον, τὴν κοινωνίαν Φωτίου μὴ καταδεχόμενοι. τοῦ

21 ἐφ' οὗ margo P

religiosum prodigiorumque patratorem mirificum ac futura praenoscendi arte praeditum. Photius Basilio imperatori virum insinuat; quo delectatus imperator (quippe eius assentante desideriis) eum magno in pretio habuit. is imperatorem ob Constantini filii mortem, qua amoris vi in eum ferebatur, sese dolore conficientem videns, vivum se illi ostensurum impostor pollicitus est; et vero rem praestitit. ad quendam enim saltum obambulanti imperatori spectrum quoddam Constantini specie equo insidens, vestibus auro intextis, occurrit; cernensque ille oculis, et in amplexus ruens, affatim basia dedit. cumque disparuisset, vidisse eum se existimabat nec quicquam delusum esse. quocirca exstructo ibi monasterio S. Constantini nomen indidit.

18. His aliisque plurimis ex Apollonii disciplina probe institutus Santabarenus magnam sibi fidem apud imperatorem conciliavit. celebris hic nominis Santabarenus, quem Photius secunda sua tyrannide episcopum Euchaitarum promovit, Manichaei filius et Manichaeus erat; ac velut iunior annisque minor vix capitali exemptus sententia per Bardam Caesarem, meliori fruge componendus, Studii monasterio traditus est. ubi tamen, quanquam monachi assumpto habitu, a priore nihil pravitate emersit. ceterum Photii prima tyrannide in eo monasterio praefecti munus gessit; quo et antistite religiosi omnes monachi fugam iniere, cum non sustinerent Photii se communione commaculari. Photio nihilominus

μέντοι Φωτίου τῆς πατριαρχίας διωχθέντος καὶ ὁ Σατανώνυμος
D ἐκεῖνος τῆς μονῆς ἀπηλάθη. εἶτα εἰσοικίζεται Φωτίῳ, καὶ φησὶ
"χρῆσαί τινι τῶν ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως, καὶ λαβὼν ταῦτα
τὰ ὕδατα ἃ ἐσκεύασα ῥανάτω ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος· καὶ ὄψει αὐτίκα
τὸν βασιλέα καταδεδουλωμένον τῇ ἀγάπῃ σου. καὶ μετὰ ταῦτα
ἀγώνισαι ὅπως ἴδω αὐτὸν ἅπαξ, καὶ ποιήσω σε ἐπανελθεῖν εἰς
τὴν προτέραν σου τιμήν." τούτου οὖν γενομένου, πρωῒ πρωῒ
τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ εὐχῆς χάριν καὶ χρυσίον ἀπέστειλεν Φωτίῳ, καὶ
εἰς τὴν Μαγναύραν κατῴκισε, καὶ συνεχῶς ὡμίλει, καὶ παρρη-
σίας τοσαύτης μετέδωκεν ὡς καὶ τοὺς οἰκείους αὐτῷ πάντας ἐν τῷ
παλατίῳ ἐπιστῆναι ὀφφικίοις. ἐντεῦθεν καὶ τὸν ἀρχιμάγον Σαν-
P 458 ταβαρηνὸν ὡς ἅγιον καὶ εὐλαβῆ καὶ διορατικώτατον συνοψίζει καὶ
προσοικειοῖ.

19. Τῷ ιϛʹ αὐτοῦ ἔτει ἠγάγετο ὁ βασιλεὺς γυναῖκα Λέοντι
τῷ βασιλεῖ Θεοφανὼ τὴν θυγατέρα Μαρτιναχίου, καὶ στέψας
τοὺς γάμους ἐποίησε ἐν τῇ Μαγναύρᾳ.

20. Τῷ ιζʹ αὐτοῦ ἔτει αἱ τῶν Σαρακηνῶν ναυστολίαι καὶ
Ἰταλίας καὶ Σικελίας καὶ τῶν λοιπῶν χωρῶν ἐπῆλθον· ὑφ᾽ ὧν
συνέβη τι τοιοῦτον. Σαλδανὸς ὁ τῶν Ἀγαρηνῶν ἀρχηγὸς τὴν
Βάρην κρατήσας, ἥτις ἐστὶ πόλις μεγάλη τῶν Ῥαουσαίων, καὶ ἐν
αὐτῇ κατοικήσας πολλὰς ἑτέρας πόλεις καὶ χώρας κατελυμήνατο.
B γράφει οὖν ὁ βασιλεὺς τῷ ῥηγὶ Φραγγίας ἐπικουρῆσαι τῷ ὑπ᾽ αὐ-

17 στολίαι P, αὐστολίαι alter Combefisii codex

patriarchali sede eiecto hic quoque Satanici vir nominis expulsus est. tum inter Photii familiares ascitus "cuiuspiam" ait "cubiculariorum opera utere, acceptasque quas paravi aquas sacro aspergat cubiculo; moxque amori tuo deditum imperatorem videbis. his peractis da operam ut vel semel ipsum videam, et ut ad priorem honorem ipse redeas efficiam." his ita gestis, statim mane imperator liberos precibus communiendos aurique vim mittit Photio, iussitque in Magnaura pro hospitio morari. ibi continui congressus ac colloquia, tantaque Photius donatus fiducia est ut et omnes necessarios ac familiares palatinis muniis adhiberet. hincque adeo magorum principem Santabarenum velut sanctum ac religiosum futuraque praenoscendi sagacissimum, illius praesentat obtutibus redditque carissimum.

19. Anno Basilii imperii sexto decimo imperator uxorem iunxit Leoni imperatori Theophanonem Martinacii filiam, coronaque impartiens nuptiarum solennia in Magnaura peregit.

20. Anno Basilii imperii decimo septimo Saracenicis classibus Italiam Siciliam ac reliquas regiones incursantibus, tale quid accidit. Soldanus Agarenorum princeps capto Bario, quae Rhagusiorum urbs magna est, in eoque positis sedibus, multas alias urbes locaque diripiebat. scribit itaque imperator Francorum regi ut missae abs se classi adver-

τοῦ ἀποσταλέντι στόλῳ κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν. καὶ δὴ πολέμου κροτηθέντος ἁλίσκεται μὲν τὸ κάστρον καὶ ἡ χώρα, ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ Σαλδανὸς καὶ ὁ ὑπ' αὐτὸν λαός. τοῦτον τὸν Σαλδανὸν ὁ ῥὴξ ἐν Καπύῃ ἀπάγει, καὶ ἐπὶ διετίαν τῷ ῥηγὶ συνὼν παῤῥησίας καὶ συνδιαιτήσεως ἐπέλαχε. ὁ δὲ πανοῦργος ὢν ἐκ τῆς ἑτέρων διαβολῆς ἔγνω σωτηρίαν ἑαυτῷ πραγματεύσασθαι. τοῖς γὰρ ἄρχουσι Καπύης καὶ Βενεβενδοῦ λέγει ἐν μυστηρίῳ "βούλομαι ὑμῖν εἰπεῖν ἀπόρρητον βούλευμα τοῦ ῥηγός, δέδοικα δὲ τὸν ἐκ μηνύσεως κίνδυνον." τῶν δὲ διομοσαμένων ἀνέκφορον ποιήσασθαι C
τὸ λαλούμενον, φησὶ "πάντας ὑμᾶς πρὸς τὴν ἑαυτοῦ χώραν Φραγγίας ὁ ῥὴξ σιδηροδεσμίους συντόμως ἀποστέλλει." τῶν δὲ μὴ πιστευσάντων ἀλλὰ ζητούντων ἔτι σαφεστέραν κατάληψιν, αὖθις ὁ Σαλδανὸς πρὸς τὸν ῥῆγά φησιν ὡς οὐκ ἔστι σοι ἀσφαλὴς ἡ τῶν κάστρων τούτων κατάσχεσις, ἕως οἱ τούτων ἄρχοντες ἐνταῦθα ἐπιχωριάζουσιν· ἀλλ' εἰ βούλει βεβαίως δεσπόζειν αὐτῶν, πρὸς Φραγγίαν τούτους δεσμίους ἀπόστειλον. πεισθεὶς οὖν ὁ ῥὴξ ἁλύσεις διωρίσατο συντόμως χαλκευθῆναι ὡς ἐπὶ χρείᾳ κατεπειγούσῃ τινί. ἰδὼν οὖν ὁ Σαλδανός φησι πρὸς τοὺς ἄρχοντας "οὐδὲ ἔτι μοι πιστεύετε;" γνόντες οὖν οἱ ἄρχοντες ἀληθεύειν τὸν βάρβαρον, D
ἐζήτουν ὅπως τὸν ῥῆγα ἀμύνωνται. καὶ δὴ πρὸς κυνηγέσιον ἐξελθόντος κλείουσι κατ' αὐτοῦ τὰς πύλας· ὁ δὲ πρὸς τὴν ἰδίαν χώραν ἀπαίρει λυπούμενος. καὶ ὁ Σαλδανὸς τὴν χάριν τῆς μηνύσεως ἀπαιτεῖ· ἡ δὲ ἦν τὸ πρὸς τὴν οἰκείαν πατρίδα συγχωρηθῆναι αὐ-

sus Agarenos opem ferat. denique conflato bello capitur oppidum domaturque regio; quin et ipse captus Soldanus eique militantes copiae. Soldanum rex Capuam adducit; ubi ille annos duos commoratus, colloquiique ac convictus licentiam nactus, vafer cum esset, aliis per calumniam detrahendo expediendam sibi salutem putavit. Capuae enim et Beneventi proceribus ita secreto infit. "regis vobis arcanum volo aperire: vereor autem ne, si detexero, inde mihi periculum creetur." illis iureiurando affirmantibus nemini se detecturos quae is ad eos loqueretur, "vos" inquit "omnes ferro onustos in suam Franciae regionem rex brevi missurus est." non credentibus illis maioraque rei indicia quaerentibus, rursus Soldanus ad regem ait "nunquam fiat ut haec tuto oppida possideas, quamdiu illorum proceres hic morabuntur. sed si vis firmo eorum potiri dominio, illos vinctos in Franciam mittito." his rex persuasus catenas velut urgente quodam negotio, cito fabricari iussit. videns itaque Soldanus ait ad proceres "ne nunc quidem mihi adhibetis fidem?" intelligentes igitur proceres barbarum vera loqui, cogitabant qua ratione regem ulciscerentur. illo itaque venandi causa egresso fores contra eum claudunt. rex indigne ferens reique indignitate motus in patriam redit. Soldanus quoque detecti arcani mercedem petit. ea erat ut ei liberum esset in patriam reverti. recepto igitur principatu

τὸν ἀπελθεῖν. τὴν οἰκείαν οὖν ἀρχὴν ἀπολαβὼν καὶ τοῦ κακὸς εἶναι μὴ ἐκστὰς ἐκστρατεύει κατὰ Καπύης καὶ Βενεβενδοῦ. οἱ δὲ πρὸς τὸν ῥῆγα διαπρεσβεύονται. ἀλλὰ μεθ᾽ ὕβρεως ἀποπέμπονται. στέλλουσιν οὖν πρὸς τὸν βασιλέα. ὁ δὲ θᾶττον ἐκπέμπει
P 459 τὸν πρεσβευτήν, δηλῶν προσδέχεσθαι συντόμως τὴν ἐκεῖθεν βοήθειαν. γίνεται τοῖς πολεμίοις ἐγκρατὴς ὁ τῆς ἀγγελίας διάκονος. λέγει οὖν πρὸς αὐτὸν ὁ Σαλδανὸς "εἰ ὑπηρετήσῃς μου τῷ βουλήματι, καὶ σωτηρίας ἀξιωθήσῃ καὶ δωρεῶν ἀπολαύσῃ πολλῶν." τοῦ δὲ συνθεμένου "βούλομαι" ἔφη "στῆναί σε τοῦ κάστρου ἐκτός, καὶ τοῖς ἔνδον εἰπεῖν ὡς ἐγὼ μὲν τὴν διακονίαν μου ἐξεπλήρωσα, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ βασιλέως βοήθειαν μὴ προσδέχεσθε· οὐ γὰρ ἤκουσεν τῆς δεήσεως ὑμῶν." ὁ δὲ πλησίον τοῦ τείχους μετὰ τῶν ὑπηρετῶν τοῦ Σαλδανοῦ γενόμενος καὶ τοὺς πρώτους παραγενέσθαι τῆς
B πόλεως αἰτησάμενος ἔφη "εἰ καὶ πρόδηλός μοι τυγχάνει ὁ θάνατος καὶ ἐν χερσὶν ἡ σφαγή, ἀλλ᾽ ὅμως οὐκ ἀποκρύψομαι τὴν ἀλήθειαν. πλὴν αἰτῶ καὶ ὁρκίζω ὑμᾶς ἀποδοῦναί μοι τὴν χάριν εἰς τὰ ἐμὰ ἔκγονα καὶ τὴν σύνευνον. ἐγὼ γάρ, ὦ κύριοί μου, εἰ καὶ νῦν ταῖς τῶν πολεμίων περιεσχέθην χερσίν, ἀλλ᾽ ὅμως τὴν διακονίαν μου ἐξεπλήρωσα καὶ τὴν παρ᾽ ὑμῶν πρεσβείαν τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων προσήγαγον, καὶ συντόμως προσδέχεσθε τὴν ἐκεῖθεν βοήθειαν. διὸ στῆτε γενναίως καὶ μὴ δειλανδρήσητε· ἔρχεται γὰρ ὁ ὑμᾶς ῥυσόμενος, εἰ καὶ μὴ ἐμέ." ταῦτα οἱ τοῦ Σαλδανοῦ ἀκού-
C σαντες καὶ πρὸς τὴν ἀπάτην ἐμμανέντες εὐθὺς αὐτὸν τοῖς ξίφεσι κατακόπτουσι. φοβηθεὶς οὖν ὁ Σαλδανὸς τὴν ἐκ τοῦ βασιλέως

nec mentis posita pravitate, adversus Capuam et Beneventum cum exercitu venit. missa ad regem Franciae legatio: oratores contumeliose accepti ac remissi. mittunt itaque ad imperatorem. ille statim dimisso legato abs se brevi mittenda iusta auxilia exspectare iubet. capitur ab hostibus nuntii minister. ait itaque ad eum Soldanus "si meae voluntati obsecutus fueris, tum salutem ipse consequeris, tum muneribus copiose donaberis." illo assensum simulante ait Soldanus "volo ut pro oppidi moeniis stans, eos qui intra sunt in haec verba alloquaris, 'ego sane ministerium meum implevi; ne tamen ab imperatore auxilia exspectaveritis: non enim petitioni vestrae obaudivit.'" muris itaque cum Soldani ministris admotus, vocatisque civitatis primoribus, sic ait "quanquam mihi mors palam est atque in promptu est iugulatio, non tamen vos veritatem celabo. ceterum rogo atque adiuro ut in caris pignoribus atque uxore gratiam mihi referatis. ego enim, domini mei, etsi iam hostium manibus teneor, ministerium tamen meum explevi vestraque ad imperatorem functus sum legatione, brevique hinc vobis ventura auxilia exspectate. quare state fortiter, et ne animis concideritis: venit enim qui vos sit liberaturus, etsi is nullius mihi frugis futurus sit." quibus auditis Soldani satellites, ac quod decepti erant, furoris oestro perciti,

προσδοκωμένην δύναμιν ἔλυσε τὴν πολιορκίαν καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν χώραν ὑπέστρεψεν.

21. Τῷ ιη' αὐτοῦ ἔτει Λέων ὁ βασιλεὺς κατηγορεῖτο παρὰ τοῦ Σανταβαρηνοῦ πρὸς τὸν ἴδιον πατέρα τρόπῳ τοιῷδε. νουνεχὴς ὢν καὶ εὐσεβῶς τὸν βίον διαπερῶν τὰ γινόμενα παρὰ τοῦ Σανταβαρηνοῦ κατεγίνωσκε, καὶ ἐμέμφετο αὐτὸν καὶ ἀπεστρέφετο. ἐπεὶ ἐκεῖνος δὲ τὸ μῖσος τούτου ὑπενεγκεῖν οὐχ ὑπέφερεν, ὑφορώμενος διαβολὴν αὐτοῦ πρὸς τὸν βασιλέα γενήσεσθαι, τί τεχνάζεται; μάχαιραν μεγάλην, τὸ δὴ λεγόμενον παραμήριον, ποιήσας καὶ ποικίλως ἐπισκευάσας δίδωσι τῷ Λέοντι, εἰπὼν "οἶδα D ὅτι πολλάκις εἰς κυνήγιον ἐμπίπτει σοι ζῷον μόνῳ, καὶ μὴ ἔχων μάχαιραν σφάξαι αὐτὸ ἀπόλλυται. βάσταζε οὖν αὐτό. ἴσως καὶ ὁ βασιλεὺς ὁ πατήρ σου ἐπαινέσει σοι." πεισθεὶς οὖν τῷ ἀλάστορι ὁ Λέων λαμβάνει τὴν μάχαιραν. ἀπέρχεται οὖν ὁ δόλιος Σανταβαρηνός, καὶ διαβάλλει τοῦτον πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ, ὡς ὁ Λέων ὁ υἱός σου παραμήριον βαστάζει, καὶ ἡνίκα μοναζευθῇ μετὰ σοῦ, ὁρμᾶν ἔχει τοῦ σφάξαι σε." τοῦτο ἀκούσας ὁ βασιλεὺς καὶ ἐρευνήσας καὶ εὑρὼν ἀπέκλεισεν αὐτὸν ἐν τῷ Μαργαρίτῃ, βουλόμενος ἐκτυφλῶσαι, εἰ μὴ Φώτιος ὁ πατριάρχης μετ' ἄλλων πολλῶν τῆς συγκλήτου τοῦτο διεσκέδασαν. τοὺς δὲ ἀνθρώπους P 460 αὐτοῦ πάντας πολλὰ τιμωρήσας, ὡς οὐδὲν εὑρέθη τῆς κατηγορίας ἀληθές, ἐξώρισεν. ἐποίησε δὲ ἀπὸ ὄψεως μῆνας τρεῖς, θρηνῶν

ipsum gladiis confestim conciderunt. veritus ergo Soldanus exspectatas imperatoris copias, soluta obsidione in suam se regionem recepit.

21. Anno Basilii imperii decimo octavo Leo imperator a Santabareno per talem modum apud patrem criminis delatus est. Leo cum solertis ingenii esset pieque vitam institueret, Santabareni dicta factaque reprehendebat, ipsumque vituperabat, ac averso ad illum animo erat. quod ille eius odium ferre non poterat, veritus ne ad imperatorem haec eius crimina pervenirent. quid machinatur? ingentem sicam (Graecorum vulgus *παραμήριον* vocant) vario cultu elegantem fabricatus Leoni tradit, dicens "scis haud raro inter venandum in bestiam te solum incidere, cumque desit gladius ad iugulandum, tibi eam perire. hunc ergo gestato: forte etiam imperator pater tuus consilium laudabit." credulus ergo scelestissimi capitis verbis Leo gladium sumit. abit ergo dolis consutus Santabarenus, eique apud patrem crimen intentans "Leo" inquit "filius tuus sicam gestat, ac cum solus tecum versabitur, facto in te impetu contrucidabit ac iugulabit." audiens imperator, habitaque rei diligenti inquisitione, ac cum se ita rem habere invenisset, in Margarita oculorum lumen ademptnrus inclusit, ni Photius patriarcha aliique plures senatorii ordinis, consilium istiusmodi dissipassent. Leonis domesticos omnes diu multumque excruciatos, cum nihil in eis intentati criminis deprehendisset, relegavit. Leo ipse menses tres paterno ex-

καὶ ὀδυρόμενος καὶ δι' ἐπιστολῶν πολλῶν δυσωπῶν τὸν βασιλέα. καὶ τῆς ἑορτῆς τοῦ ἁγίου Ἠλιοὺ φθασάσης, ἐπεὶ πίστιν μεγάλην ἔσχεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν ἅγιον, ἀποσυνοψίζει Λέων τῷ τρόπῳ τούτῳ. ἦν τι ζῷον πτηνὸν ἐν ταλάρῳ πλεκτῷ κατὰ τὰ βασίλεια αἰωρούμενον, μιμηλὸν καὶ πολύφωνον, ὃ ψιττακὸς ὀνομάζεται, ὅπερ εἴτε πρός τινων διδαχθὲν εἴτ' ἄλλως πως πολλάκις "αἲ αἲ
B κύριε Λέων" ἐφθέγγετο. πανδαισίας δέ ποτε τελουμένης τῷ βασιλεῖ, καὶ τῶν πρώτων τῆς βουλῆς συνεστιωμένων αὐτῷ, καὶ τοῦ ὄρνιθος πολλάκις φθεγγομένου τὸ προρρηθέν, ἐπιστυγνάσαντες οἱ δαιτυμόνες καὶ τῆς εὐωχίας παυσάμενοι ἐπὶ συννοίας ἐκάθηντο. οἷς προσέχων ὁ βασιλεὺς τὴν αἰτίαν ἐπυνθάνετο. οἱ δὲ δακρύων ὑποπλησθέντες "τίνα βρῶσιν" εἶπον "φαγούμεθα, οὕτως ὑπὸ τῇ φωνῇ τοῦ ἀλόγου τούτου ὀνειδιζόμενοι οἱ δοκοῦντες ἡμεῖς λογικοὶ καὶ φιλοδέσποτοι, ὅτι αὐτὸ μὲν τὸν οἰκεῖον ἀνακαλεῖται δεσπότην, ἡμεῖς δὲ τρυφῶντες λήθην τοῦ μὴ ἀδικήσαντος
C δεσπότου ἐλάβομεν. εἰ μὲν γὰρ ἐλέγχεται ἀδικῶν καὶ κατὰ τῆς πατρικῆς κεφαλῆς εὐτρεπίσας τὴν δεξιάν, αὐτόχειρες αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες γενώμεθα, καὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ μὴ λαβώμεθα κόρον. μέχρι τίνος ἡ συκοφάντις γλῶσσα κατ' αὐτοῦ δυναμωθήσεται;" μαλαχθεὶς οὖν τοῖς τοιούτοις λόγοις ὁ βασιλεὺς τότε μὲν καθεσθῆναι τούτους προσέταξεν καὶ σκοπῆσαι περὶ τοῦ πράγματος ἐπηγγείλατο. μετ' οὐ πολὺ δὲ πρὸς τὴν φύσιν ἐπανελθὼν ἐξάγει

19 μέχρι] εἰ δὲ μή, μέχρι interpres

clusus conspectu, lugens deploransque ac crebris epistolis imperatoris clementiam pulsans, exegit. solenni autem S. Eliae die, quod imperator magna in eum fide impensiorique religione ipsum coleret, per hunc modum Leo paterno conspectui redditus est. erat avis quaedam quasillo vimineo regio in triclinio e pariete pendula, animal sane aemulum, multiplicique voce reddenda idoneum: psittacum vocant. haec, sive a quibusdam praedocta sive aliter inducta fuerat, crebro illud "heu, heu, domine Leo" inclamitabat. quandoque igitur instructo imperatori convivio, senatusque proceribus ad epulas mensamque considentibus, cum avis quam dicebam naeniam crebrius loqueretur, in tristitiam versi convivae cibisque abstinentes morosi sedebant. animadvertit imperator, causamque sciscitatur. ad quem illi lacrimis oppleti "quas" aiunt "dapes sumemus, quibus sic muta animans exprobret, qui ratione praediti ac domini amantes videamur? cum sic illa dominum revocet, nos vero in deliciis agentes eius insontis videatur oblivio cepisse. si enim iniuriae reus deprehenditur aut in paternum caput dexteram instruxisse comperitur, eum nos ipsi omnes contrucidemus, eiusque cruorem insatiabili aviditate fundamus. sin minus, quamdiu in eum calumniae tincta veneno lingua praevalebit?" istiusmodi verbis mitiore mutatus imperator, tunc quidem sedere eos iussit ac se rem discussurum promisit. nec diu post ad genium indolemque reversus e carcere eductum Leonem sui conspe-

τε τῆς φρουρᾶς καὶ εἰς ὄψιν ἄγει αὐτόν, καὶ τὴν πένθιμον ἀμείβει στολήν, καὶ τὸ περιττὸν τῆς ἐν τῇ λύπῃ τραφείσης κόμης D
περιαιρεθῆναι κελεύει, καὶ τὴν προτέραν τῆς βασιλείας τάξιν καὶ τιμὴν ἀποδίδωσι. καὶ τῆς προελεύσεως τοῦ ἁγίου Ἠλιοὺ γενομένης ἰδόντες αὐτὸν οἱ λαοὶ ἐπεφωνοῦντο "δόξα σοι ὁ θεός." καὶ ὁ βασιλεὺς εἶπεν "δοξάζετε τὸν θεὸν ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ μου. πολλὰς θλίψεις ὑπ' αὐτοῦ ἔχετε ὑπομεῖναι καὶ ἐπωδύνους ἡμέρας διελθεῖν."

22. Τῷ ιθ' ἔτει αὐτοῦ μελετᾶται ἀνταρσία παρὰ Ἰωάννου τοῦ Κουρκούα δομεστίκου ὄντος τῶν ἱκανάτων, χρηματισθέντα παρὰ τοῦ ἐν Βλαχέρναις ἐγκλείστου. ἦσαν δὲ μετ' αὐτοῦ ἄρχοντες μέχρι τῶν ξϛ', μεθ' ὧν ὁ Μιχαὴλ ὁ ἑταιρειάρχης καὶ ὁ Κα- P 461
τούδης καὶ ὁ Μυξιάρης καὶ ὁ Βαβούτζικος. τούτους κρατήσας πάντας ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ ἔτυψε καὶ ἐκούρευσε καὶ τὰς ὑπολειφθείσας τρίχας ἔκαυσε καὶ πομπεύσας ἐξώρισε.

23. Τοῦ δὲ βασιλέως ἐν κυνηγίῳ ἐξελθόντος, ἔλαφος παμμεγέθης ἀναφανεὶς ἦρε τὸν βασιλέα ἐκ τῆς ζώνης ἀπὸ τοῦ ἵππου μετὰ τοῦ κέρατος. φθάσας δέ τις καὶ τὴν ζώνην μετὰ τῆς σπάθης κόψας τοῦτον ἐρρύσατο. ὃν καὶ μετὰ τὴν ὑποστροφὴν ἀπεκεφάλισεν, εἰπὼν "μὴ γύμνου κατὰ βασιλέως ξίφος." ἐκ δὲ τοῦ σπαραγμοῦ τοῦ ἐλάφου νοσηλευθεὶς ὁ βασιλεὺς Βασίλειος τελευτᾷ, φάμενος τῷ υἱῷ αὐτοῦ καὶ διαδόχῳ Λέοντι καὶ Στυλιανῷ B

7 ἐπωδύνας vulgo

ctu donat, mutatque vestem lugubrem, ac superfluum ex maerore capillorum onus levare iubens ad pristinum regiae dignitatis gradum cultumque revocat. inter solennem vero S. Eliae pompam videntes eum populi ac factiones gratulabundi clamabant, "gloria tibi, deus." ad quos imperator "deum glorificatis, gratulantes pro filio meo? multa ab eo mala sustinebitis, diesque aerumna plenos transigetis."

22. Anno Basilii imperii decimo nono Ioannes Curcuas icanatorum domesticus tyrannidem molitur, cum is qui in Blachernis inclusus agebat, imperium ei esset vaticinatus. erant cum eo coniurati proceres ad sexaginta sex, inter quos Michael foederatorum comes et Catudes et Myxiares et Babutzicus. quos omnes comprehensos in Circo virgis caesos totondit, adustisque reliquis crinibus, ac pompa per civitatem traducens, exsilio multavit.

23. Egresso autem venandi causa imperatore, ingentis molis cervus emergens ipsum e zona ab equo cornu sustulit. venit quidam, zonaque ense scissa ipsum liberavit; cui et reversus caput amputavit, dicens "cave adversus imperatorem ensem nudaveris." ex cervi autem illa succussione morbo correptus Basilius imperator diem obit, eiuscemodi verba Leoni filio ac successori locutus, nec non Styliano ipsius

τῷ ἐπιτρόπῳ τῶν βασιλέως υἱῶν, ὅτι Φώτιος ὁ ἀνίερος καὶ ὁ συμμύστης αὐτοῦ Σανταβαρηνὸς τοῦ θεοῦ με μακρύναντες, καὶ ἀλλότριον τῆς δικαίας γνώσεως ποιήσαντες, εἰς τὴν ἴσην μετ' αὐτῶν κόλασιν ἐπεσπάσαντο. καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐξέψυξεν, καταλιπὼν Λέοντα καὶ Στέφανον καὶ Ἀλέξανδρον.

C Κόσμου ἔτος ,ϛτπη', τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη ωπη', Ῥωμαίων βασιλεὺς Λέων ἔτη κε' μῆνας θ'. Στέφανος δὲ ὁ αὐτοῦ ἀδελφὸς κληρικὸς ὢν καὶ σύγκελλος ἦν μετὰ Φωτίου πατριάρχου, ἀνατρεφόμενος παρ' αὐτοῦ καὶ παιδευόμενος. ὁ δὲ Λέων μετὰ τὸ αὐτοκρατορῆσαι ἀπέστειλεν Ἀνδρέαν τὸν στρατηλάτην μετὰ κηρῶν πολλῶν κληρικῶν τε καὶ συγκλητικῶν ἐν Χρυσοπόλει, καὶ ἤγαγεν μετὰ
D σπουδῆς πολλῆς καὶ τιμῆς καὶ ὕμνων τὸ λείψανον Μιχαὴλ τοῦ βασιλέως, καὶ ἀπέθετο ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐν λάρνακι. Φώτιον δὲ τὸν πατριάρχην ἐπίβουλον φωραθέντα τῆς ἐκκλησίας ἐκβάλλει, καὶ ἐν τῇ μονῇ τῶν Ἀρμενιακῶν τῇ λεγομένῃ τοῦ Γόρδονος περιορίζει· ἔνθα καὶ τελευτᾷ. χειροτονεῖ δὲ Στέφανον σύγκελλον, τὸν ἴδιον αὐτοῦ ἀδελφόν, διά τε Θεοφάνους τοῦ πρωτοθρόνου καὶ λοιπῶν ἀρχιερέων· ὃς καὶ ἔζησεν ἔτη ϛ' καὶ μῆνας ε', καὶ θάπτεται ἐν τῇ μονῇ τῶν Σικεῶν. γέγονε δὲ ἐμπρησμὸς πλησίον τῶν Σοφιῶν καὶ τῆς Σιδηρᾶς, ἐμπρησθέντος καὶ τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Θωμᾶ, ὃν αὐτὸς ὁ Λέων λαμπρῶς ἀνε-
P 462 καίνισεν. ἄγει δὲ Θεόδωρον τὸν Σανταβαρηνὸν ἀπὸ Εὐχαΐτων ἐν

liberorum curatori. "profanus Photius eiusque symmysta Santabarenus a deo me procul elongantes, atque a iusta alienum scientia reddentes, in paris me secum supplicii barathrum traxere." haec ubi dixerat, efflavit animam, Leone Stephano et Alexandro liberis relictis.

Mundi annus 6388, divinae incarnationis 888, Romanorum imperator Leo annos 25, menses 9. Stephanus Leonis frater, cum esset clericus ac syncellus, cum Photio versabatur subque eius disciplina erudiebatur. Leo autem rerum summa potitus, misso Andrea militiae magistro cum multis cereis et clericis virisque senatorii ordinis Chrysopolim, ad Michaelis imperatoris reliquias magno studio et cultu ac canticis in urbem inferendas, in sanctorum eas apostolorum in urna deposuit; Photium vero patriarcham ecclesia eiectum in Armeniacorum monasterium relegat, quod Gordonis vocant; ubi et moritur. Stephanum porro fratrem per Theophanem primae sedis episcopum (πρωτόθρονον vocant) ac episcopos alios curat ordinari; vixitque annos sex menses quinque, sepeliturque in Siceorum monasterio. conflato ad Sophias et Ferream ingenti incendio absumptum S. Thomae templum ab ipso magnifice Leone reparatum est. Theodoro Santabareno ab Euchaitis in urbem adducto, An-

τῇ πόλει. Ἀνδρέας δὲ ὁ δομέστικος καὶ Στέφανος ὁ μάγιστρος κινοῦσι κατ' αὐτοῦ καὶ τοῦ Φωτίου, ὡς λοιδορηθέντος τοῦ βασιλέως Λέοντος ὑπ' αὐτῶν εἰς Βασίλειον τὸν βασιλέα τὸν πατέρα αὐτοῦ. καὶ τῆς συγκλήτου καταψηφισαμένης αὐτῶν, τὸν μὲν Φώτιον εἴασαν εἰς τοῦ Γόρδονος, τὸν δὲ Σανταβαρηνὸν τύψαντες ἐξώρισαν ἐν Ἀθήναις. εἶτα ἀποστείλας ἐξόπισθεν ὁ βασιλεὺς ἐτύφλωσεν αὐτὸν καὶ ἐν τῇ ἀνατολῇ ἐξώρισεν. μετὰ πολλοὺς δὲ χρόνους παρακληθεὶς τοῦτον εἰσήγαγεν ἐν τῇ πόλει, καὶ προσέταξεν λαμβάνειν ἀννώνας ἐκ τῆς Νέας ἐκκλησίας.

2. Τῷ β' αὐτοῦ ἔτει τῆς Λαγουβαρδίας διαστασιασάσης B ἀπεστάλη Κωνσταντῖνος ὁ τῆς τραπέζης σὺν πᾶσι τοῖς θέμασι· καὶ συμβολῆς γενομένης μόνος αὐτὸς ὁ Κωνσταντῖνος μόλις ἠδυνήθη διαφυγεῖν, τῶν ἄλλων σφαγέντων καὶ κρατηθέντων. γέγονε δὲ καὶ ἔκλειψις ἡλιακή, ὡς καὶ νύκτα γενέσθαι ἐπὶ ὥρας γ' καὶ τοὺς ἀστέρας φαίνεσθαι. γεγόνασι δὲ καὶ ἄνεμοι σφοδροὶ καὶ ἀστραπαὶ καὶ βρονταί, ἐξ ὧν ἐκάησαν ἐν τῷ φόρῳ ἄνθρωποι ἑπτά.

3. Τῷ γ' αὐτοῦ ἔτει ἐπολιορκήθη ἡ Σάμος τὸ κάστρον ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν, καὶ αἰχμαλωτίσθη ὁ στρατηγὸς αὐτοῦ ὁ C Πασπαλᾶς. συμφιλιωθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς Ζωῇ τῇ θυγατρὶ τοῦ Ζαούτζα προχειρίζεται αὐτὸν βασιλεοπάτορα, αὐτὸς καινουργήσας τὸ ὄνομα. Συμεὼν ὁ ἄρχων Βουλγαρίας ἐκστρατεύει κατὰ Ῥωμαίων, καὶ πολεμηθεὶς παρὰ τῶν Τούρκων ἡττήθη, καὶ πᾶσα ἡ αἰχμαλωσία ἠγοράσθη παρὰ τοῦ βασιλέως. εἶτα πάλιν τρέπει

dreas domesticus et Stephanus magister in eum Photiumque expostulant, quod Leonem apud Basilium imperatorem eius patrem per calumniam detulerint. senatus sententia Photio concessum ut in Gordonis monasterio ageret; Santabarenus verberibus affectus, Athenas relegatus est. tum post eum mittens imperator oculis orbatum in Asia exsulare iussit. multis vero post annis placatus imperator in urbem reductum ex Nova ecclesia annonas accipere praecepit.

2. Imperii Leonis anno secundo in seditionem mota Longobardia, missus est Constantinus mensae praepositus cum omnibus legionibus; consertaque pugna vix unus ille evadere potuit, reliquis qua necatis qua captis. contigit vero etiam solis deliquium, ut et nox per horam tertiam esset et stellae apparerent. orti etiam venti validi et fulgura et tonitrua, quibus septena capita perierunt in Foro combusta.

3. Imperii Leonis anno tertio expugnata ab Agarenis Samus civitas munita, eiusque praetor Paspalas captivus abductus est. imperator Zoem Zautzae filiam in amoribus habens, Zautzam imperatoris patrem constituit, novum hoc honoris titulo commentus. Symeon Bulgarorum princeps Romanae dicionis loca infestis signis invadens Turcorum adversa acie superatus est. eius captivi omnes ab imperatore redempti

τοὺς Τούρκους, καὶ μετὰ αἰτήσεως ἀναλαμβάνεται τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ ποιεῖ εἰρήνην. καὶ μετ' ὀλίγον ἀνατραπείσης πάλιν τῆς εἰρήνης γίνεται πόλεμος εἰς τὸ Βουλγαρόφυγον, καὶ τροπῆς δημοσίας γενομένης πάντες ἀπώλοντο, καὶ ὁ πρωτοβεστιάριος D Θεόδωρος. Στεφάνου τελευτήσαντος πατριάρχου χειροτονεῖται ἀντ' αὐτοῦ πατριάρχης Ἀντώνιος ὁ λεγόμενος Καυλέας.

4. Τῷ ζ' αὐτοῦ ἔτει ἔσφαξαν οἱ Χερσωνῖται τὸν στρατηγὸν αὐτῶν. παρελήφθη καὶ τὸ κάστρον τὸ Κόρον ἐν Καππαδοκίᾳ ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν. ὁ βασιλεὺς Λέων πρόκενσον ποιήσας εἰς τὰ Δαμιανοῦ, συνόντος καὶ τοῦ παραδυναστεύοντος Ζαούτζα καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ Ζωῆς ἅμα τῷ βασιλεῖ (ἡ γὰρ πρώτη αὐτοῦ γαμετὴ Θεοφανὼ ἐν τῇ ἁγίᾳ σορῷ τῶν Βλαχερνῶν προσεκαρτέρει εὐχομένη), συμβούλιον ἐποίησαν οἱ τοῦ Ζαούτζα συγγενεῖς, ὅ τε Τζάντζης καὶ οἱ λοιποί, φονεῦσαι τὸν βασιλέα. ἡ Ζωὴ δὲ μετὰ P 463 τοῦ βασιλέως καθεύδουσα, ὡς ᾔσθετο τὸ δεινόν, ἐξύπνισεν αὐτόν· καὶ παρευθὺ εἰς πλοῖον διεπέρασαν εἰς Πηγάς, καὶ τὸ πρωῒ τάχιον εἰσῆλθεν εἰς τὸ παλάτιον.

5. Τούτῳ τῷ ἔτει τελευτᾷ Θεοφανὼ Αὔγουστα, βασιλεύσασα ἔτη ιβ'· ἣν μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας ἀνέδειξεν ὁ θεὸς θαυματουργὸν διὰ τὸ ἀζηλότυπον αὐτῆς καὶ ἀμνησίκακον καὶ ἐν ἐλεημοσύναις καὶ προσευχαῖς ἀδιαλείπτως προσκαρτερεῖν τῷ θεῷ. ἔστεψεν δὲ Λέων ὁ βασιλεὺς τὴν δευτέραν αὐτοῦ γυναῖκα Ζωὴν

6 ὁ om P

sunt. tum rursus ille Turcos acie fundit, oblataque petitione recipit captivos, et pacem facit. nec multo post everso rursus pacis foedere commissum praelium ad Bulgarophygum, locum sic dictum, fusoque universo exercitu una omnes clade prostrati sunt atque enecti, et in eis Theodorus protovestiarius. Stephano patriarcha vita functo, eius loco Antonius Cauleas ordinatur.

4. Imperii Leonis anno septimo Chersonitae praetorem suum contrucidarunt. Corum oppidum in Cappadocia ab Agarenis captum. facto processu cum Leo imperator ad S. Damiani venisset, unaque etiam imperii adiuva Zautzas adesset, nec non Zoe Zautzae filia (prima enim eius uxor Theophano in sancta Soro Blachernarum precibus assidua erat), consilium inierunt Zautzae cognati, tum Tzantzes tum reliqui, ut imperatorem necarent. Zoe autem in imperatoris sinu dormiens, ut malum sensit deprehenditque insidias, ipsum excitavit; confestimque navigio in Pegas transfretarunt, ac mane celerius ad palatium sese receperunt.

5. Hoc anno Theophano Augusta diem obiit, cum imperasset annos duodecim. hanc deus post non multos dies miraculorum effectricem reddidit, iccirco quod zelotypiae vitio nihil laborans, nec iniuriarum quicquam memor, eleemosynis et orationibus deo assidue vacaret. porro Leo imperator alteram coniugem suam Zoem Zautzae filiam corona do-

τὴν θυγατέρα τοῦ Ζαούτζα, καὶ εὐλογεῖται μετ' αὐτῆς παρά τινος κληρικοῦ τοῦ ἐπίκλην Σινεύπης. καὶ ὁ μὲν εὐλογήσας καθηρέθη, B ἡ δὲ ἐβασίλευσεν ἔτος α' μῆνας η', καὶ ἐτελεύτησεν. ἐφεῦρον δὲ λάρνακα εἰς τὸ ἀποτεθῆναι τὸ σῶμα αὐτῆς, ἔχουσαν ἔσωθεν γράμματα κεκολαμμένα γράφοντα οὕτως "θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ ταλαίπωρος." πλησίον δέ, τοῦ Μαΐου μηνός, οἰκοδομήσας ναόν, τὴν ἁγίαν Ζωήν, κατατίθησιν αὐτήν. καὶ πλησίον τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἐξωνησάμενος οἰκήματα Λέων ὁ βασιλεὺς κτίζει ἐκκλησίαν περικαλλῆ εἰς ὄνομα Θεοφανῶ τῆς πρώτης αὐτοῦ γυναικός, καὶ κατατίθησι καὶ ταύτην ἐκεῖ.

6. Τῷ θ' αὐτοῦ ἔτει ἐπιβουλῆς γενομένης Λέοντι τῷ βασιλεῖ παρὰ τῶν συγγενῶν τοῦ Ζαούτζα, καὶ διαγνωσθείσης, πάντας κρατήσας ἐξώρισεν, καὶ ἐξωλόθρευσεν τὴν συγγένειαν τοῦ Ζαούτζα ἅπασαν. C

7. Τῷ ι' αὐτοῦ ἔτει τελευτᾷ Ἀντώνιος πατριάρχης, καὶ χειροτονεῖται Νικόλαος πατριάρχης μυστικὸς τοῦ βασιλέως. τότε καὶ ἡ Δημητριὰς παραλαμβάνεται ὑπὸ Δαμιανοῦ τοῦ Ἀγαρηνοῦ. στέφει δὲ ὁ βασιλεὺς Ἄνναν θυγατέρα Ζωῆς τῆς τοῦ Ζαούτζα, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ποιεῖν τὰ ἐκ τύπου κλητόρια μὴ οὔσης Αὐγούστης.

8. Τῷ ια' ἔτει αὐτοῦ ἠγάγετο ὁ βασιλεὺς τρίτην ἑαυτοῦ D γυναῖκα τὴν ἀπὸ τοῦ Ὀψικίου Εὐδοκίαν, στέψας αὐτὴν καὶ ανα-

2 Σινάπης margo P

navit, ac cum ea, comprecante clerico quodam Syneupes nomine, benedictionem subit. qui benedictione impartierat minister, officio motus est: Zoe vero, annum unum menses octo imperio potita, defuncta est. inventa autem est urna, ad eius condendum cadaver, literis eiusmodi intus insculpta "filia Babylonis misera." haud procul autem, mense Maio, exstructo templo titulo Sancta Zoe, eam sepelivit. prope etiam templum sanctorum apostolorum, coemptis Leo imperator aedibus perpulchram ecclesiam aedificat, prioris suae coniugis Theophanus nomine; cuius et funus in ea deponit.

6. Imperii Leonis anno nono coniuratione in Leonem imperatorem a Zautzae consanguineis facta atque prodita, captos omnes exsilio multavit eiusque omnem cognationem disperdidit.

7. Imperii Leonis anno decimo, mortuo Antonio patriarcha, ordinatur patriarcha Nicolaus imperatoris mysticus. tunc quoque Demetrias a Damiano Agareno capitur. corona vero imperator Annam donat, Zoes Zautzae filiae filiam, quod cum nulla esset Augusta, constituta ex more convivia celebrare non posset.

8. Imperii Leonis anno undecimo duxit imperator tertiam suam uxorem ex Opsicio Eudociam, ipsam corona donans ac Augustam ap-

γορεύσας· ἥτις ἐξ αὐτοῦ ἄρρενα γεννήσασα παῖδα ἐτελεύτησεν. ἀπέθανε δὲ καὶ τὸ γεννηθὲν παιδίον.

9. Τῷ ιγ' αὐτοῦ ἔτει κτίζει ὁ βασιλεὺς εἰς τοὺς λεγομένους Τόπους ναὸν ἅγιον Λάζαρον, καὶ κατασκευάζει μονὴν ἀνδρῴαν εὐνούχων· ἐν ᾧ καὶ τὸ τοῦ ἁγίου Λαζάρου σῶμα καὶ Μαρίας τῆς Μαγδαληνῆς ἀπέθετο. τούτῳ τῷ καιρῷ παραδίδοται Ταυρομένιον τοῖς Ἀγαρηνοῖς.

10. Τῷ ιε' ἔτει παρελήφθη ἡ νῆσος Λῆμνος ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν.

P 464 11. Τῷ ιϛ' ἔτει ἐν τῇ προελεύσει τῆς πεντηκοστῆς τοῦ βασιλέως εἰσοδεύοντος εἰς τὸν ἅγιον Μώκιον, ὃν πρῴην φασὶν Ἡρακλέους εἶναι ναόν, ἐπεὶ πλησίον τῆς σωλέας ἦλθεν, ἐξελθών τις ἐκ τοῦ ἄμβωνος ἔδωκεν αὐτῷ κατὰ κεφαλῆς μετὰ ῥάβδου ἰσχυρᾶς καὶ παχείας· καὶ εἰ μὴ εἰς πολυκάνδηλον ἡ ῥάβδος ἐνεκοδίσθη, παρευθὺ ἂν τοῦ ζῆν αὐτὸν ἀπήλλαξεν. τοῦ δὲ αἵματος σφοδρῶς καταρρέοντος ταραχὴ καὶ φυγὴ τῶν ἀρχόντων γέγονε. διὸ καὶ τοῦ ἀδελφοῦ Ἀλεξάνδρου νόσον προφασισαμένου καὶ ἐν τῇ εἰσόδῳ μὴ κατελθόντος, ὑπόληψις γέγονε τὴν τοιαύτην ἐπιβουλὴν αὐτὸν
B κατεργάσασθαι. κρατηθέντος τοῦ δόντος τῷ βασιλεῖ, καὶ πολλὰς βασάνους καὶ τιμωρίας ὑπομεμενηκότος ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας, ἐπεὶ μηδένα καθωμολόγησεν, ἐκκόπτεται χεῖρας καὶ πόδας καὶ ἐν τῷ σφενδόνι τοῦ ἱππικοῦ καίεται. ἔκτοτε οὖν ἐξεκόπη ἡ τοιαύτη

10 Georgius et alii μεσοπεντηκοστῆς, qui longe dies alius est, paschae medius et pentecostes. Combef. 22 τῇ σφενδόνῃ?

pellans. haec suscepta ex illo prole mascula mortua est; mortua et ipsa suscepta proles.

9. Imperii Leonis anno tertio decimo aedificat imperator, ad Topos quos vocant, templum S. Lazari nomine, virorumque spadonum monasterium construit. ibi etiam S. Lazari corpus et Mariae Magdalenae condidit. per id tempus Tauromenium traditum Saracenis.

10. Anno quinto decimo, capta ab Agarenis Lemnus insula.

11. Anno sexto decimo, in sanctae pentecostes processu, introeunte imperatore ad S. Mocii, quod olim Herculis fanum fuisse dicunt, cum prope soleam venisset, egressus quidam ex ambone robustum fustem et crassum in eius caput impegit; ac nisi ictus candelabri pensilis multifidi interiectu retardatus fuisset, extemplo sustulisset. large itaque defluentibus ex capite cruoris rivis, territi proceres fugam arripuere. hinc quoque suspicio fuit Alexandrum eius fratrem, quod morbum causatus pompae ingressus non adfuerat, insidiarum auctorem exstitisse. apprehensus autem qui ictum dederat, diesque multos tormentis examinatus, quod nullum coniurationis auctorem sociumve detexerat, manibus pedibusque excisis ad Circi metam combustus est. ex tunc ergo istiusmodi

προέλευσις. καὶ μετά τινα καιρὸν ἀνῆλθεν Μάρκος ὁ σοφώτατος οἰκονόμος τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας, ὃς ἦν ἀναπληρώσας τὸ τετράῳδον τοῦ κυροῦ Κοσμᾶ τῆς μεγάλης ἑβδομάδος ἤτοι τοῦ μεγάλου σαββάτου, πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ συνεστιώμενος αὐτῷ ἐξελιπάρει μὴ ἐκκοπῆναι τὴν ἑορτήν. καὶ τοῦ βασιλέως ἀπαναινομένου ἔφη ὁ Μάρκος ὅτι προείρηται τοῦτο παρὰ τοῦ Δαβίδ· φησὶ γὰρ "ὅσα C ἐπονηρεύσατο ὁ ἐχθρὸς ἐπὶ τῷ ἁγίῳ σου, καὶ ἐνεκαυχήσαντο οἱ μισοῦντές σε ἐν μέσῳ τῆς ἑορτῆς σου." καὶ δεῖ σε, ὦ δέσποτα, ἀπὸ τοῦ νῦν κρατῆσαι τῆς βασιλείας ἔτη δέκα. ὃ δὴ καὶ γέγονε· τῇ γὰρ αὐτῇ ἡμέρᾳ ᾗ ἔλαβεν, τῇ αὐτῇ καὶ τελευτᾷ.

12. Τῷ ιζ' ἔτει ἠγάγετο ὁ βασιλεὺς καὶ τετάρτην γυναῖκα, Ζωὴν ὀνομαζομένην τὴν Καρβουνοψίναν.

13. Τῷ ιη' ἔτει ἀνέρχεται κατὰ τῆς πόλεως ὁ στόλος τῶν Ἀγαρηνῶν ἅμα τῷ Τριπολίτῃ. Τριπολῖται δὲ ἐκλήθησαν διὰ τὸ τριῶν ἐκ γενεῶν συναχθῆναι, ἐξ Ἀράβων καὶ Τυρίων καὶ Σιδο- D νίων ἀποίκων. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ Αἰγαῖον πέλαγος τὴν κλῆσιν ἀπείληφεν ἀπὸ τῆς τῶν ὑδάτων φορᾶς, ἀϊσσούσης κατὰ τρόπον αἰγός. ὁμοίως δὲ καὶ Στρόβηλος ὠνομάσθη ἀπὸ τῆς τοπικῆς θέσεως, καὶ Λάμψακος ἀπὸ φωτὸς λάμψεως, ὅπερ ἐν νυκτὶ Φωκέων θεμελιούντων ταύτην καὶ εὐξαμένων θεόθεν ἐπέλαμψεν, καὶ ἡ τῶν θεμελίων βάσις καλῶς κεκραταίωται. καὶ Ἴμβρος ἀπὸ Ἴμβρου κέκληται υἱοῦ Ἀνθέος,

processus abrogatus est. aliquanto autem post tempore ascendit sapientissimus eius ecclesiae oeconomus Marcus, is qui magnae hebdomadae (id est magni sabbati) tetraodium (canonem scilicet quattuor stropharum) domni Cosmae absolvit, ad imperatorem; exceptusque convivio rogabat ne eam festivitatem pompamque abrogatum iret. abnuente autem imperatore, ait Marcus "sic nempe a Davide praedictum erat. ait enim, quanta malignatus est inimicus in sancto tuo? et gloriati sunt qui oderunt te, in medio solennitatis tuae (Ps. 73 3)? estque necesse, domine, ut ab hinc annos decem imperium teneas." quod et contigit: eadem enim ipsa die qua ictum acceperat, evoluto annorum circulo mortuus est.

12. Anno decimo septimo duxit imperator etiam quartam uxorem, Zoem, quam vocant, Carbunopsinam.

13. Anno decimo octavo ascendit navalis Agarenorum exercitus cum Tripolita adversus Byzantium. dicti vero sunt Tripolitae, quod ex tribus nationibus collecti sint, ex Arabibus et Tyriis et Sidoniis convenis. similiter vero etiam Aegaeum mare ab aquarum impetu, ac quod velut caprae in morem (Graeci αἶγα vocant) subsultet, nomen accepit. Stobelus a loci situ. Lampsacus a lucis fulgore, Phocensibus fundamenta locantibus ac orantibus, e caelo noctu delapso, quo, favente numine, firma murorum stetit compago. Imbrus ab Imbro vocata, Anthei

οὗ γενέτης Στάφυλος, Διονύσου φίλτατος υἱός.

κεφαλαῖς αὐτῶν Ἀρπάδῃ καὶ Κουρσάνῃ, καὶ συνθεμένων πολεμῆσαι, λαβὼν ὄψιδας ἦλθε πρὸς τὸν βασιλέα. ὁ δὲ βασιλεὺς πάλιν διὰ τῆς θαλάσσης ἀπέστειλεν Εὐστάθιον πατρίκιον καὶ δρουγγάριον C *τοῦ πλωΐμου. Νικηφόρον δὲ πατρίκιον τὸν Φωκᾶν καὶ δομέστικον μετὰ τῶν θεμάτων ἀπέστειλεν διὰ γῆς, καὶ εἰσῆλθε μέχρι Βουλγάρων. ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν εἰρήνην ἀσπαζόμενος μετὰ τοῦτο ἀπέστειλε Κωνσταντινιάκην κυαίστωρα πρὸς Συμεών, τὰ περὶ εἰρήνης συμβουλεύοντα. Συμεὼν δὲ τὴν κατ' αὐτοῦ κίνησιν διά τε γῆς καὶ θαλάσσης μαθὼν ἐν φρουρᾷ κατακλείει τὸν κυαίστωρα ὡς ἐπὶ δόλῳ ἐλθόντα. περάσαντες οὖν οἱ Τοῦρκοι, τοῦ Συμεὼν ἐπὶ τὸ στράτευμα Φωκᾶ ἀσχολουμένου, ᾐχμαλώτευσαν πᾶσαν τὴν* D *Βουλγαρίαν. ταῦτα μαθὼν Συμεὼν κινεῖται κατὰ Τούρκων. οἱ δὲ ἀντιπεράσαντες συμβάλλουσι πόλεμον μετὰ Βουλγάρων, καὶ τρέπεται Συμεών, μόλις διασωθεὶς ἐν τῇ Δίστρᾳ. οἱ δὲ Τοῦρκοι ᾐτήσαντο τὸν βασιλέα ἀποστεῖλαι καὶ ἀγοράσαι τὴν αἰχμαλωσίαν τῶν Βουλγάρων· ὃ δὴ καὶ πεποίηκεν ὁ βασιλεύς, τοὺς πολίτας ἀποστείλας ἐπαγοράσαι αὐτούς.*

13. *Ὁ δὲ Συμεὼν δι' Εὐσταθίου δρουγγαρίου ἐδεήθη περὶ εἰρήνης. πρὸς ἣν ὑπεῖξεν ὁ βασιλεύς, καὶ ἀπέστειλε Λέοντα τὸν Χοιροσφάκτην πρὸς τὸ γενέσθαι εἰρήνην. ἐδέξατο δὲ Νικηφόρος ὑποστρέψαι μετὰ λαοῦ, καὶ ὁ δρουγγάριος τῆς βίγλης Εὐστάθιος* P 553 *ὁμοίως. Λέοντα οὐδὲ λόγου ἠξίωσε Συμεών, ἀλλ' ἠσφαλίσατο*

profectus vero ille, communicatoque cum ipsorum capitibus Arpade ac Cursane consilio, pactisque iis Symeonem se bello incessuros, ac datis obsidibus ad imperatorem reversus est. rursusque imperator Eustathium patricium navaliumque copiarum drungarium mari misit; Nicephorum vero patricium Phocam domesticum cum legionibus terra destinavit, ingressusque ad ipsam usque Bulgariam pervasit. porro imperator, qui paci studeret tanto belli apparatu, Constantiniacem quaestorem ad Symeonem misit, qui ea quae pacis essent consuleret. Symeon vero omni illa in ipsum terra marique motione comperta, quaestorem, velut qui dolo venisset, compingit in carcerem. transmisso igitur Turci amne, interim dum Symeon in Phocae exercitu occupatur, Bulgariam omnem sub iugum miserunt ac captivarunt. haec ut Symeon accepit, adversus Turcas proficiscitur. hi contra traiicientes pugnam cum Bulgaris conserunt. in his fusus fugatusque Symeon, ut vix ipse in Distra incolumis salvusque evaserit. Turci vero imperatorem rogarunt ut mitteret qui Bulgarorum captivos redimerent. quod et fecit imperator, missis in eam rem civibus, et ut lytrum pro eis darent.

13. Porro Symeon Eustathii drungarii opera de pace rogavit. in eam imperator animum inflexit, Leonemque Choerosphactem ad eam consciscendam misit. data mandata Nicephoro ut copias reduceret; similiter etiam Eustathio excubiarum drungario. Symeon nec sermone Leonem dignatus est, sed in carcerem compegit. susceptaque adversus

εἱρκτῇ. ἐκστρατεύσας δὲ κατὰ τῶν Τούρκων, ἐκείνων ὀχύρωμα βοηθείας μὴ ἐχόντων παρὰ Ῥωμαίων, ἀλλ' ἀπρονοήτως ἐαθέντων, πάντας κατέσφαξεν, αὐξήσας τὴν μεγαλαυχίαν αὐτοῦ. καὶ ὑποστρέψας εὗρε Λέοντα ἐν τῇ Μουδάγρᾳ, καὶ εἶπεν πρὸς αὐτὸν "οὐ ποιῶ εἰρήνην, ἐὰν μὴ πᾶσαν τὴν αἰχμαλωσίαν λάβω." διωρίσατο οὖν ὁ βασιλεὺς ταύτην ἀποδοῦναι, καὶ ἦλθε μετὰ Λέοντος Βούλγαρος οἰκεῖος τοῦ Συμεών, καὶ παρέλαβεν αὐτούς.

14. Νικηφόρου δὲ τοῦ Φωκᾶ τελευτήσαντος, ἀφορμὰς B ἐζήτει Συμεὼν τὴν εἰρήνην διαλῦσαι· ἐπιζητῶν γὰρ καὶ ἄλλους αἰχμαλώτους εἰσέρχεται κατὰ Ῥωμαίων. Λέων δὲ ὁ βασιλεὺς δομέστικον τῶν σχολῶν προβάλλεται Λέοντα Κατακαλόν, ἐν τῇ Ῥάβδῳ τὴν οἴκησιν ἔχοντα, καὶ μετ' αὐτοῦ ἀποστέλλει Θεοδόσιον πατρίκιον καὶ πρωτοβεστιάριον. καὶ περάσας ὅλα τὰ θέματα καὶ τὰ τάγματα, καὶ γενομένης συμβολῆς μετὰ Συμεὼν εἰς τὸ Βουλγαρόφυγον, ἐγένετο τροπὴ δημοσία καὶ πάντες ἀπώλοντο καὶ ὁ πρωτοβεστιάριος Θεοδόσιος, δι' ὃν ὁ βασιλεὺς οὐ μετρίως ἠνιάθη ἐπὶ τούτου.

15. Ἔσφαξαν καὶ ἐν Χερσῶνι οἱ τοῦ κάστρου τὸν στρα- C τηγὸν αὐτῶν Συμεὼν τὸν υἱὸν Ἰωάννου. καὶ παρελήφθη τὸ κάστρον τὸ Κόρον ἐν Καππαδοκίᾳ ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν.

16. Ὁ δὲ βασιλεὺς πρόκενσον ἐποίει εἰς τὰ Δαμιανοῦ, συνόντος καὶ Ζαούτζα τοῦ βασιλεοπάτορος καὶ παραδυναστεύοντος καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτῆς Ζωῆς ἅμα τῷ βασιλεῖ· Θεοφανὼ δὲ ἡ γαμετὴ αὐτοῦ οὐ παρῆν ἐκεῖ, ἀλλ' ἐν Βλαχέρναις ἐν τῇ ἁγίᾳ σορῷ

Turcos expeditione, cum ii nullum a Romanis auxilii praesidium haberent, sed nulla ipsorum cura relicti essent, aucta sua inde superbia omnes contrucidavit. reversusque Leonem invenit in Mudagra, dixitque ad eum non facturum se pacem, nisi captivos omnes reciperet. constituit itaque imperator eos reddendos esse; venitque cum Leone Bulgarus Symeonis homo ac domesticus, qui eos recepit.

14. Nicephoro Phoca vivis exempto, Symeon pacis dissolvendae occasiones quaerebat. dum enim etiam alios captivos quaerit, Romanam incessit dicionem. Leo autem imperator legionum domesticum Catacalum praeficit, cuius in Rabdo domicilium fuit. missus cum eo Theodosius patricius et protovestiarius; traiectisque legionibus integris et ordinibus ac agminibus, conserta pugna cum Symeone ad Bulgarophygum, locum sic dictum, facta est communis fuga omnesque periere, Theodosius quoque protovestiarius, cuius mortis causa haud mediocriter imperatoris indoluit animus.

15. Etiam Chersonis oppidani praetorem suum ac ducem Symeonem, Ioannis filium, contrucidarunt. captum itidem Corum, munitam praesidium in Cappadocia, ab Agarenis.

16. Facto imperator processu ad Damiani aedes, Zautza quoque patre imperatoris illi comite, una cum Zoe eius filia: Theophano enim illius uxor non illic erat, sed in Blachernis ad S. Sorum assidua. ut

προσχομένη. δόξαντος οὖν τοῦ βασιλέως μεῖναι ἐκεῖ συμβούλιον ποιήσαντες οἱ τοῦ Ζαούτζα συγγενεῖς, ὅ τε υἱὸς αὐτοῦ ὁ Τζαού- D τζης καὶ οἱ λοιποί, ἠβούλοντο τῇ νυκτὶ φονεῦσαι τὸν βασιλέα. ἡ Ζωὴ δὲ μετὰ τοῦ βασιλέως καθεύδουσα καὶ τὴν ταραχὴν ἀκούσασα, διὰ τῆς θυρίδος προβλεψαμένη αὐτοὺς κατεσίγασεν. ὡς δὲ τὸ δεινὸν ἔγνω τῆς ἐπιβουλῆς ἧς ἐμελέτησαν, ἐξύπνισε τὸν βασιλέα, ὃς παρευθὺ εἰσελθὼν εἰς πλοῖον διεπέρασεν εἰς Πηγάς, ἐάσας Ζαούτζαν καὶ πάντας ἐκεῖσε. καὶ πρωῒ ταχίων εἰσῆλθεν εἰς τὸ παλάτιον, ἐξεώσας Ἰωάννην δρουγγάριον τῆς βίγλης, καὶ προβαλόμενος Πάρδον υἱὸν Νικολάου ἑταιρειάρχην ἀντ' αὐτοῦ· ὁ γὰρ Νικόλαος συμφιλιωθεὶς τῷ βασιλεῖ κατάδηλα ἐποίει αὐτῷ P 554 πάντα τὰ τοῦ Ζαούτζη ...., ἕως ἂν Λέων ὁ μάγιστρος ὁ Θεοδοτάκης διήλλαξεν αὐτούς.

17. Τελευτᾷ δὲ Θεοφανὼ Αὔγουστα, βασιλεύσασα ἔτη δώδεκα· ἣν οὐ μετὰ πολλὰς ἡμέρας ἀνέδειξεν ὁ θεὸς θαυματουργὸν διὰ τὸ ἀζηλότυπον αὐτῆς καὶ ἀμνησίκακον καὶ διὰ τὸ ἐν ἐλεημοσύναις καὶ προσευχαῖς ἀδιαλείπτως προσκαρτερεῖν τῷ θεῷ καὶ ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις. (18) στέφει δὲ Λέων ὁ βασιλεὺς Ζωὴν τὴν θυγατέρα Ζαούτζα. ὅτι διὰ τὸ κατηγορηθῆναι τὴν Ζωὴν μετὰ τοῦ βασιλέως ἐν τῇ Ζωῇ τῆς Θεοφανὼ οὐκ εὐλογήθη παρὰ τοῦ πατριάρχου ὡς παράνομος ὁ γάμος· καὶ ὁ ἱερεὺς ὁ εὐλογήσας

5 προσβλεψαμένη P 8 ταχὺ p. 222 c 19 ὅτε? 21 καὶ ὁ ἱερεὺς — συνόδου] haec nescio an tollenda.

itaque visum erat imperatori ibi manere, consilio inito Zautzae propinqui et affines, tum scilicet Tzautzes eius filius tum reliqui, coniurarunt ut imperatorem noctu tollerent. Zoe autem in imperatoris sinu dormiens, audito tumultu per fenestram prospiciens, silentium indicebat. ubi autem insidiarum, quas moliti essent, periculum advertit, imperatorem a somno excitavit. is confestim lintrem ingressus in Pegas transfretavit, relicto ibi Zautza et omnibus, statimque diluculo festinantius in palatium intravit. expulso Ioanne excubiarum drungario, Pardum Nicolai filium eius loco foederatorum comitem praefecit. Nicolaus enim amicitia iunctus imperatori, quae erant Zautzae omnia ei nota faciebat. hinc factum ut ambo omni sibi commercio interdictum vellent, donec Leo magister Theodotaces eos conciliavit.

17. Theophano Augusta diem obit, cum annos duodecim in imperio egisset. hanc deus non post multos dies miraculorum effectricem ostendit, iccirco quia zelotypia non moveretur, nec eius ulla esset iniuriarum memoria; quod item eleemosynis et orationibus iugiter deo ac sanctis ecclesiis esset assidua. (18) coronat vero Leo Zoem Zautzae filiam. iccirco nimirum quod crimini data cum Zoe consuetudo, Theophanone coniuge in vivis agente, haud benedictae sunt a patriarcha Leonis nuptiae, ut illegitimae. et qui eum benedixit sacerdos, tametsi in-

αὐτόν, εἰ καὶ βασιλεὺς ὑπῆρχεν, ἀλλά γε ἐκαθηρέθη ὑπὸ συνό- B
δου. καὶ εὐλογεῖται μετ' αὐτῆς παρὰ κληρικοῦ τοῦ παλατίου ᾧ
ἐπίκλην Σινάπης· καὶ ὁ μὲν εὐλογήσας καθῃρέθη, ἡ δὲ ἐβασί-
λευσεν ἔτος ἓν μῆνας ὀκτώ. τελευτησάσης δὲ τῆς Ζωῆς λάρνακα
ἐφεῦρον εἰς τὸ ἀποτεθῆναι τὸ σῶμα αὐτῆς, ἔχουσαν ἔνδοθεν
γράμματα κεκολαμμένα, γράφοντα οὕτως "θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ
ταλαίπωρος."

19. Διεβλήθησαν δὲ τῷ βασιλεῖ Λέοντι ὅ τε Μουσικὸς
καὶ ὁ Σταυράκιος ὡς ὅτι παρὰ τῶν στρατηγῶν καὶ ὀφφικιαλίων
λαμβάνοντες δῶρα καὶ μεσιτεύοντες πρὸς τὸν βασιλεοπάτορα. καί
ποτε εἰσελθόντος τοῦ Σταυρακίου μετὰ γραμμάτων τινὸς τῶν στρα- C
τηγῶν πρὸς τὸν Ζαούτζαν, ὡς εἶδεν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς ἑστὼς ἐν
τῷ ἡλιακῷ, ἦλθεν ὄπισθεν αὐτοῦ, καὶ κρατήσας ἐκ τοῦ τένοντος
ἐξήγαγεν ἔξω ὡς δῆθεν ἐρωτήσων περὶ τῶν στρατηγῶν· καὶ εἰς
τὸ Μονόθυρον ἀγαγών, καὶ τὰ γράμματα ἄρας καὶ ἀποσφενδονή-
σας, παραδέδωκε τοῖς ἐπιτυχοῦσιν ἐξαγαγεῖν τοῦ παλατίου, διο-
ρισάμενος ἀποκεῖραι αὐτόν. μαθὼν δὲ τοῦτο ὁ Μουσικὸς ἐπ'
ἀπογνώσει γέγονεν. εἰσελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἔνθα ἵστατο ὁ Μου-
σικὸς παρεστὼς τῷ Ζαούτζᾳ, τοῦτον ἐπὶ τράχηλον ὠθήσας ἐξή-
γαγε, παραδοὺς Χριστοφόρῳ κοιτωνίτῃ ἐν τοῖς Στουδίου ἀπαγα- D
γεῖν καὶ μοναχὸν ποιῆσαι. μετ' ὀλίγον δὲ τελευτᾷ Ζαούτζας ἐν
τῷ παλατίῳ, καὶ τοῦτον διὰ τοῦ Βουκολέοντος καταγαγόντες ἀπή-
γαγον ἐν τῇ μονῇ τοῦ Καυλέα, ἐκεῖσε αὐτὸν θάψαντες.

20. Μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν Ζαούτζα Βασίλειος Ἐπείκτης,

perator esset, synodi nihilominus decreto depositus est. benediciturque Leo cum ipsa a clerico palatino, cognomento Sinapes. ac is quidem qui benedixit, gradu motus est. Zoe vero in imperio egit annum unum, menses octo. exstincta autem illa urnam invenerunt, intra quam insculptae literae in haec verba "filia Babylonis misera."

19. Delati criminis apud Leonem imperatorem Stauracius et Musicus, ut qui pro ducibus et officialibus ac proceribus intercederent apud imperatoris patrem, acceptis ab eis muneribus. quandoque vero ingresso Stauracio cum literis cuiusdam praetoris ad imperatoris patrem Zautzam, videns imperator, dum staret in solario, venit retro, prehensaque cervice eum trusit foras, velut qui rogatum pro ducibus tribunisque venisset. ducensque ad Monothyrum, ac literis ablatis, iactansque ac excutiens, praesentibus tradidit palatio educendum, iubens ut coma multarent. haec ubi Musicus audivit, in desperationem actus animis concidit. veniensque imperator, quo loco Musicus adstabat Zautzae, collo trudens eiecit, tradens Christophoro cubiculario, qui in Studii abduceret ac monachum faceret. nec multo post moritur Zautzas in palatio, eiusque per Bucoleonem eductum funus in Cauleae monasterio condiderunt.

20. Post Zautzae autem occasum Basilius imperatoris operum

υἱὸς Νικολάου ἑταιρειάρχου, συνεφιλιώθη Σαμωνᾷ κουβικουλαρίῳ τῷ ἐξ Ἀγαρηνῶν, ὀρεγόμενος τοῦ τῆς βασιλείας ἀξιώματος. ἐθάρρησε δὲ τῷ Σαμωνᾷ ὅτι τῆς θείας ἡμῶν Ζωῆς τελευσάσης ὁ
P 555 *βασιλεὺς λαβεῖν ἔχει ἑτέραν γυναῖκα, καὶ ἡμᾶς πάντας ἔχει ἀφανίσαι. ἀλλὰ δός μοι λόγον, ἵνα σοι θαρρήσω πάντα τὰ βουλευόμενα. καὶ δόντος αὐτοῦ λόγον τῷ Βασιλείῳ, ἐθάρρησεν αὐτῷ πάντα. ὁ δὲ Σαμωνᾶς εἰσελθὼν εἰς τὸν βασιλέα εἶπεν αὐτῷ ὅτι, δέσποτά μου, θέλω σοι εἰπεῖν τι ἰδίως, ὅπερ ἐὰν μὲν εἴπω, ἀποθνήσκω, εἰ δὲ μὴ εἴπω, ἀποθνήσκεις σύ. καὶ διεξῆλθε πρὸς τὸν βασιλέα πᾶσαν τὴν ἐπιβουλὴν τοῦ Βασιλείου. ἀπιστήσαντος δὲ τοῦ βασιλέως τοῖς λαληθεῖσι παρ᾽ αὐτοῦ, καὶ εἰρηκότος "μή τίς σοι ὑπέβαλε ταῦτά μοι εἰπεῖν, καὶ ἐκ δωροδοκίας τοῦτο ἐποίησας;" ὁ δὲ εἶπεν "ἀπόστειλον πιστοὺς ἀνθρώπους, οὓς κελεύεις, ἐν τῷ*
B *ἐμῷ κελλίῳ, δέσποτά μου, καὶ ἵνα εἰσὶν ἐγκεκρυμμένοι, καὶ εἴ τι ἂν ἀκούουσι παρὰ Βασιλείου καὶ παρ᾽ ἐμοῦ, γράφωσι ταῦτα." παρευθὺ δὲ ὁ βασιλεὺς ἀποστέλλει Χριστοφόρον πρωτοβεστιάριον ἅμα Καλοκύρῳ κοιτωνίτῃ, καὶ ἀνελθόντες ἐκρύβησαν ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ. Βασίλειος οὖν δελεασθείς, καὶ λαβὼν λόγον ἔνορκον παρὰ Σαμωνᾶ εἰς τὸ προσευχάδιον αὐτοῦ, ἐξεῖπεν αὐτῷ πάντα τὰ τῆς βουλῆς καὶ τοὺς συμβουλευομένους. ἀριστώντων δὲ αὐτῶν κατελθόντες Χριστοφόρος καὶ Καλοκῦρος διὰ γραφῆς ἀνέγνωσαν πάντα τῷ βασιλεῖ. καὶ παρευθὺ μὲν Βασίλειον προσκαλεσάμενος*

14 ὦσιν?

praepositus ac compulsor, Nicolai foederatorum cohortis comitis filius, amicitia iunctus est Samonae cubiculario, Agarenorum stirpe sato, imperium culminis cupidine actus. creditque Samonae secretum: "exstincta iam Zoe amita nostra, imperator aliam coniugem accepturus est, nosque omnes eliminaturus. verum mihi dato fidem, ut tibi omne consilium credam, et quod coniurationis existit." data vero Basilio fide, edisseruit illi omnia. Samonas vero ad imperatorem ingressus ait "domine mi, volo tibi aliquid privatim dicere, quod quidem si dixero, mors mihi est: si autem non dixero, ipse tu morieris," omnemque ei Basilii coniurationem narravit. cumque eius dictis fidem non haberet, ac diceret "numquid aliquis subornavit, ut mihi haec loquereris, fecistique hoc ut muneris quidpiam emungas?" ait ille "mitte quos libuerit, viros fideles in meum cubiculum, domine mi, et si quid ex Basilio et ex me audierint, conscribant." confestim vero imperator Christophorum protovestiarium mittit una cum Calocyro cubiculario; ascendentesque in eius delituere cubiculo. velut itaque esca captus Basilius, iurataque fide a Samona accepta, in domestico ipsius oratorio omnem illi edisseruit coniurationem, ac qui coniurati essent. prandentibus vero illis descendentes Christophorus et Calocyrus omnia, ita ut audita scripserant, imperatori legerunt. confestimque adesse iusso Basilio dedit miliarisiorum quattuor-

δέδωκε μιλιαρήσια χιλιάδας εἰκοσιτέσσαρας ὡς δῆθεν ψυχικὰ τῆς
αὐτοῦ θείας Ζωῆς, ὡς ὁρισθέντα παρ' αὐτῆς οὕτως, καὶ ἀπέ- C
στειλεν ἐν Μακεδονίᾳ. καὶ τὸν μὲν Βασίλειον οὕτως τῆς πόλεως
ἐξήγαγε, τοὺς δὲ λοιποὺς τοὺς τῆς αὐτῆς βουλῆς μετεσχηκότας καὶ
κοινωνήσαντας, Πάρδον μὲν δρουγγάριον τῆς βίγλης ἀποστέλλει
πρὸς τὸν Στυπιώτην δῆθεν ἀγαγεῖν αὐτόν, προμηνυθέντος ἐκείνου
διὰ βασιλικοῦ πιττακίου τοῦτον δεσμῆσαι. προφασισάμενος δὲ ὁ
βασιλεὺς ἀπελθεῖν καὶ δειπνῆσαι εἰς τὸν ἅγιον Λάζαρον, εἰς τὸ
καταβάσιον τοῦ τζυκανιστηρίου, ἔστησεν Ἰωάννην Γαριδᾶν μετὰ
καὶ τῶν λοιπῶν τῆς ἑταιρείας ἐν τῷ κουβουκλίῳ· καὶ ἐν τῷ κατέρ-
χεσθαι τὸν βασιλέα κρατήσαντες οἱ μετὰ Ἰωάννου Νικόλαον ἑται- D
ρειάρχην ἐξήγαγον τῆς πόλεως. ἀγαγὼν δὲ ἐκ Μακεδονίας Βασί-
λειον καὶ ἀνακρίνας καὶ τύψας, καὶ τὰς τρίχας αὐτοῦ καταφλέξας,
καὶ ἐν τῇ μέσῃ θριαμβεύσας, ἐξώρισεν ἐν Ἀθήναις· καὶ κακῶς
ἐκεῖ τελευτᾷ. ὡσαύτως καὶ Νικόλαον ἑταιρειάρχην καὶ Στυλιανὸν
καὶ Ἰωάννην καὶ συγγένειαν πᾶσαν Ζαούτζα τοὺς μὲν ἀπέκειρε τοὺς
δὲ ἐξώρισε, δημεύσας τὰς οὐσίας αὐτῶν πάσας. καὶ οὕτως πᾶσα
ἡ συγγένεια Ζαούτζα ἐξωλοθρεύθη διὰ Σαμωνᾶ. (21) πάντας
δὲ τοὺς μαγίστρους καὶ τοὺς ἐν τέλει προσκαλεσάμενος ὁ βασιλεὺς P 556
ἀνέγνω κατενώπιον αὐτῶν τὰ μηνυθέντα παρὰ Σαμωνᾶ· καὶ εἰρή-
κασιν ἄξιον εἶναι τιμῆς μεγάλης. ὁ δὲ παρευθὺ τοῦτον τῇ τοῦ
πρωτοσπαθαρίου ἀξίᾳ τετίμηκεν, καὶ προσῳκειώσατο ἑαυτοῦ.

decim milia, quae in amitae suae Zoes remedium animae, sic ab ea destinata, in Macedoniam deferret. ac quidem Basilium in eum modum urbe eiecit. reliquos vero eius coniurationis socios ac participes, Pardum, excubiarum drungarium, ad Stypiotem mittit, quasi ipsum adducturus esset, cum ipse imperatoris libello praemonitus in mandatis accepisset ut in vincula eum compingeret. praetextu vero abeundi ac cenandi ad S. Lazarum, in descensu sphaeristerii, Ioannem Garidam statuit cum reliquis cohortis foederatorum in cubiculo; interimque descendente imperatore, tenentes, qui erant cum Ioanne Nicolaum foederatorum cohortis comitem urbe eiecerunt. adducto vero e Macedonia Basilio, eiusque disceptata causa, ipsum verberibus affecit, pilisque eius igne succensis, ac per mediam pompa infami traducens civitatem, Athenas exsilio relegavit; ubi et male vitam finivit. similiter etiam Nicolaum hetaeriarcham et Stylianum et Ioannem omnemque Zautzae familiam, alios detondit, alios exsilio relegavit, eorum substantiis omnibus publicatis. atque ita per Samonam Zautzae omnis cognatio deleta est. (21) cunctis vero magistris ac senatoribus imperator vocatis, legit coram illis quae a Samona fuerant nuntiata, dixeruntque dignum esse qui magnum honorem consequeretur. confestimque eum protospatharii dignitate ornavit et ad suam necessitudinem ascivit.

22. Ἐτελεύτησε δὲ Ἀντώνιος ὁ πατριάρχης, καὶ ἀντ' αὐτοῦ χειροτονεῖται Νικόλαος μυστικὸς ὢν τοῦ βασιλέως. παρελήφθη δὲ καὶ τὸ κάστρον ἡ Δημητριὰς ἐν τῷ θέματι τῆς Ἑλλάδος ὑπὸ Δαμιανοῦ τοῦ Ἀγαρηνοῦ.

23. Λέων δὲ ὁ βασιλεὺς στέφει Ἄνναν θυγατέρα Ζωῆς B τῆς ἀπὸ τοῦ Ζαούτζα, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ποιεῖν τὰ ἐκ τύπου κλητόρια μὴ οὔσης Αὐγούστης.

24. Ἠγάγετο δὲ ὁ βασιλεὺς κόρην ἐκ τοῦ θέματος Ὀψικίου, ὡραιοτάτην πάνυ, ὀνόματι Εὐδοκίαν, στέψας καὶ ἀναγορεύσας καὶ γήμας αὐτήν· ἐξ ἧς παιδίον ποιήσας ἄρρενα, ἐφ' ᾧ τετελεύτηκε καὶ αὐτὴ καὶ τὸ γεννηθέν.

25. Ἐξωνήσατο δὲ οἰκήματα ὁ βασιλεὺς Λέων πλησίον τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ ἔκτισεν ἐκεῖ ἐκκλησίαν περιφανῆ ἐπ' ὀνόματι τῆς προτέρας αὐτοῦ γυναικὸς τῆς ἁγίας Θεοφανῶ. (26) ὡσαύτως ἔκτισεν ἐκκλησίαν εἰς τοὺς λεγομένους Τόπους, τὸν ἅγιον Λάζαρον, κατασκευάσας αὐτὴν μονὴν ἀνδρείαν εὐνούχων. C ἔνθα καὶ τὸ τοῦ ἁγίου Λαζάρου σῶμα ἐκ Κύπρου καὶ Μαρίας τῆς Μαγδαληνῆς ἀπὸ Ἐφέσου ἀνακομίσας ἀπέθετο, ποιήσας καὶ τὰ ἐγκαίνια τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας. ἀσχολουμένου δὲ τοῦ στόλου εἰς τὰ κτίσματα τῶν τοιούτων ἐκκλησιῶν παρελήφθη ἐν Σικελίᾳ τὸ Ταυρομένιον ὑπὸ τῶν Ἄφρων, τῇ ἀμελείᾳ, μᾶλλον δὲ προδοσίᾳ Εὐσταθίου δρουγγαρίου τῶν πλωΐμων, καὶ Καραμάλου ἐκεῖσε ὄντος καὶ Μιχαὴλ τοῦ Χαράκτου, γενομένης πολλῆς σφαγῆς τῶν

22. Mortuo vero Antonio patriarcha, eius loco ordinatur Nicolaus, qui imperatoris erat mysticus. capta porro est civitas munita Demetrias in Hellados themate a Damiano Agareno.

23. Leo imperator Annam filiam suam ex Zoe filia Zautzae coronat, quod non poterat constituta ex more convivia publica exhibere, quod non esset Augusta.

24. Duxit autem imperator uxorem ex Opsicii themate, formosissimam valde, nomine Eudociam, coronans Augustamque renuntians ac sibi coniugem adhibens. ex ea suscepto puero masculo tum ipsa exstincta est tum suscepta proles.

25. Coemptis Leo imperator aedibus prope sanctos apostolos, ibi praemagnificam ecclesiam exstruxit, nomine primae suae uxoris S. Theophanonis. (26) similiter etiam ecclesiam aedificavit ad Topos, quos vocant, S. Lazarum, virorum eunuchorum monasterium faciens; ubi et S. Lazari corpus e Cypro et Mariae Magdalenae Epheso relatum deposuit: celebrata eiusdem ecclesiae illi encaenia. occupatis autem classiariis struendis eiuscemodi ecclesiis, captum in Sicilia est Tauromenium ab Afris, negligentia seu potius proditione Eustathii navalium drungarii et Caramali ibi tum existentis et Michaelis Characti, ingenti

Ῥωμαίων. ἀνελθόντων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ πόλει παρά τε τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ πατριάρχου ἐλεγχθέντων παρὰ Μιχαὴλ τοῦ Χαράκτου ὡς προδοτῶν, κατεκρίθησαν θανάτῳ. παρακληθέντος δὲ τοῦ βασιλέως παρὰ Νικολάου τοῦ πατριάρχου, τὸν θάνατον συνεχω- D ρήθησαν, μοναχοὶ ὁ μὲν Καράμαλος εἰς τὰ Πικριδίου, ὁ δὲ Εὐστάθιος εἰς τῶν Στουδίου. παρελήφθη δὲ καὶ Λῆμνος ἡ νῆσος ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν, αἰχμαλωσίαν πολλὴν πεποιηκότες.

27. Ἐν τῇ προελεύσει δὲ τῆς μεσοπεντηκοστῆς τοῦ βασιλέως Λέοντος ἀνελθόντος εἰς τὸν ἅγιον Μώκιον καὶ εἰσοδεύοντος, ὅτε ἦλθε πλησίον σωλέας, ἐξελθών τις ἐκ τοῦ ἄμβωνος δέδωκεν αὐτῷ μετὰ ῥάβδου ἰσχυρᾶς καὶ παχείας· καὶ εἰ μὴ ἡ φορὰ τῆς ῥάβδου εἰς πολυκάνδηλον ἐμποδισθεῖσα διεχαυνώθη, παρευθὺ ἂν τοῦτον ἀπήλλαξε τοῦ ζῆν. τοῦ δὲ αἵματος σφοδρῶς καταρρέοντος P 557 ἐκ τῆς τοῦ βασιλέως κεφαλῆς ταραχή τε καὶ φυγὴ τῶν ἀρχόντων γέγονεν, καὶ πολλοὶ ἐν ταύτῃ ἀπώλοντο. ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀλέξανδρος προεφασίσατο νοσηλευθεὶς καὶ οὐ κατῆλθεν ἐν τῇ εἰσόδῳ, ὡς ἐκ τούτου ὕποπτον αὐτὸν γενέσθαι τὴν τοιαύτην ἐπιβουλὴν κατασκευάσαι. οὔτε ὁ Σαμωνᾶς παρῆν ἐκεῖ, ἀλλ' ἦν ἀπελθὼν ἀγαγεῖν Ζωὴν ἐν τῷ παλατίῳ πρὸς τὸ συνεῖναι τῷ βασιλεῖ. κρατηθέντος δὲ τοῦ δόντος τὸν βασιλέα καὶ ἐξετασθέντος, καὶ πολλὰς βασάνους καὶ τιμωρίας ὑπομεμενηκότος ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας, ἐπεὶ μηδένα καθωμολόγει, τέλος ἐκκοπεὶς αὐτοῦ χεῖρας

1 τῷ βασιλεῖ καὶ τῷ πατριάρχῃ? 11 ἡ om P

data Romanorum strage. in urbem reductis, ab imperatore et patriarcha redargutis, Characto insimulante, indicta mortis sententia est. quanquam exorato a Nicolao patriarcha imperatore facta mortis venia est. monachum inire concessum, Caramalin Picridii, Eustathio in Studii. capta est et Lemnus insula ab Agarenis, multis incolarum abductis captivis.

27. In processu autem mediae pentecostes, cum Leo imperator ad S. Mocii ascendisset ac templum intraret, ubi iam prope soleam attigerat, egressus quidam ex ambone cum robusto fuste ac crasso in caput impegit. ac nisi fustis ictu interiecto candelabri remissus fuisset ac retardatus, confestim ei vitam abstulisset. cruore autem e capite imperatoris largiter diffluente facta turbatio est ac fuga procerum, multique in ea perierunt. frater autem Leonis Alexander morbum praetexens desideratus in ingressu est, ut inde suspicio ei inoleverit istiusmodi molitionis auctorem ipsum fuisse. Samonas quoque non erat ibi, sed abierat Zoem adducturus in palatium, ut cum imperatore esset. capto illo qui ictum impegerat, habitaque de illo quaestione, ac cum multos dies non pauca sustinuisset supplicia ac tormenta, quod nihil confitebatur, ad

B καὶ πόδας ἐκάη ἐν τῇ τοῦ ἱππικοῦ σφενδόνῃ, καὶ ἔκτοτε ἐξεκόπη ἡ τοιαύτη προέλευσις.

28. Μετὰ δέ τινα καιρὸν ἀνῆλθε Μάρκος ὁ σοφώτατος οἰκονόμος τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας, ὃς ἦν ἀναπληρώσας τοῦ μεγάλου σαββάτου τὸ τετραῴδιον τοῦ κυρίου Κοσμᾶ· καὶ ἐν τῇ τραπέζῃ τῷ βασιλεῖ συνεστιώμενος ἐξελιπάρει τὸν βασιλέα μὴ ἐκκοπῆναι τὴν ἑορτήν. τοῦ δὲ βασιλέως ἀπαναινομένου ἔφη ὁ Μάρκος ὅτι προγεγραμμένον ἦν παρὰ τοῦ προφήτου Δαβὶδ τὸ παθεῖν σε, δέσποτα. προεφήτευσε γὰρ εἰπών, ὅσα ἐπονηρεύσατο ὁ ἐχθρὸς ἐν τῷ ἁγίῳ σου, καὶ ἐνεκαυχήσαντο οἱ μισοῦντές σε ἐν μέσῳ τῆς ἑορ- C τῆς σου. καὶ δεῖ σε, ὦ δέσποτα, ἀπὸ τοῦ νῦν κρατῆσαι τὴν βασιλείαν ἔτη δέκα. ὃ δὴ καὶ γέγονε· τῇ γὰρ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ καὶ ἔλαβεν, ἐν αὐτῇ καὶ τελευτᾷ.

29. Ἦν δὲ Ζωὴ ἡ τετάρτη γυνὴ τοῦ βασιλέως ἄστεπτος. τοῦ δὲ βασιλέως πρόκενσον ποιησαμένου εἰς τὸ ἐμπόριον τοῦ Βουτίου πρὸς τὸ ἐγκαινίσαι τὴν μονὴν Χριστοφόρου τοῦ πρωτοβεστιαρίου αὐτοῦ, ἦλθεν ἀγγελία ὡς ὅτι ὁ στόλος τῶν Ἀγαρηνῶν ἅμα τῷ Τριπολίτῃ ἀνέρχεται κατὰ Κωνσταντινουπόλεως. ἀποστέλλει οὖν ὁ βασιλεὺς Εὐστάθιον δρουγγάριον τοῦ πλωΐμου μετὰ παντὸς στόλου καὶ τῶν στρατηγῶν κατὰ τοῦ Τριπολίτου· οἳ μὴ δυνηθέν- D τες ἀντιπαρατάξασθαι ἀπεστράφησαν κενοί. (30) ἦλθεν οὖν ὁ Τριπολίτης, καὶ εἰσῆλθεν ἔνδοθεν τῆς Ἀβύδου μέχρι Παρίου.

21 ὑπεστράφησαν?

extremum manibus pedibusque excisis in Circi funda combustus est; quo ex tempore abolitus istiusmodi processus est.

28. Aliquo autem interiecto tempore ascendit Marcus sapientissimus oeconomus eiusdem ecclesiae (is nimirum qui complevit tetraodium magni sabbati, a domino Cosma compositum), ac cum imperatore mensae accumbens ex eo efflagitabat ne exscinderetur festae diei solemnitas. abnuente imperatore ait Marcus "olim iam a Davide scriptum erat (Ps. 73 3), domine, id tibi eventurum esse: prophetavit namque, dicens. quanta malignatus est inimicus in sancto tuo, et gloriati sunt qui oderunt te, in medio solemnitatis tuae. oportet enim te, domine, abhinc annos decem imperium tenere." quod et contigit: eodem enim die quo ictum acceperat, et mortuus est.

29. Zoe quarta Leonis uxor non erat corollis nuptialibus donata. imperatore solenni pompa procedente ad Butii emporium ad Christophori protovestiarii sui monasterium dedicandum, venit nuntius, Agarenorum classem ductore Tripolita adversus Cpolim ascendere. mittit itaque imperator Eustathium navalium drungarium cum omni classe et tribunis ac officialibus adversus Tripolitam: qui, cum non licuisset aciem adversam iungere, inani conatu rediere. (30) venit itaque Tripolita, et ingressus est intra Abydum, Parium usque. quo cognito imperator in magnam

τοῦτο μαθὼν ὁ βασιλεὺς ἐν μεγάλῃ ἀθυμίᾳ καὶ περιστάσει γέγονεν, καὶ ἀποστέλλει Ἱμέριον πρωτασηκρῆτιν κεφαλὴν τοῦ στόλου κατὰ τοῦ Τριπολίτου, μὴ τολμώντων κἂν ὅλως πλησιάσαι τῷ στόλῳ τῶν Ἀγαρηνῶν. τοῖς δὲ τοῦ θεοῦ κρίμασιν ἀντιστράφη ὁ αὐτὸς Λέων ὁ Τριπολίτης καὶ ἀπῆλθεν ἐν Θεσσαλονίκῃ καὶ ταύτην ἐπολιόρκησε καὶ παρέλαβεν ἅμα τῷ στρατηγῷ αὐτῶν Λέοντι τῷ Χατζιλακίῳ, ποιήσας πολλὴν σφαγὴν καὶ αἰχμαλωσίαν. Ῥοδό- P 558
φυλλος δέ τις κουβικουλάριος ἦν ἀποσταλεὶς ἐν Σικελίᾳ διὰ χρείαν τινά, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ χρυσίου λίτρας ἑκατόν. νοσήσας δὲ κατὰ τύχην ἐν τῇ ὁδῷ εἰσῆλθεν ἐν Θεσσαλονίκῃ πρὸς τὸ λούσασθαι καὶ ἀνακτήσασθαι ἑαυτόν, ἐκρατήθη παρὰ Λέοντος. διερχομένου δὲ Συμεὼν ἀσηκρῆτις, ὁ μετὰ ταῦτα γεγονὼς πατρίκιος καὶ πρωτασηκρῆτις, ἀνελάβετο τό τε χρυσίον καὶ τὰ δῶρα, ἅπερ εἴασεν ὁ Ῥοδόφυλλος ἐν τῇ ὁδῷ καὶ πολλὰ βασανισθεὶς ἐτελεύτησε. τοῦ δὲ Τριπολίτου βουλομένου τὴν πόλιν καταστρέψαι, μαθὼν ὁ Συ- B
μεὼν δηλοῖ αὐτῷ χρυσίον λαβεῖν καὶ ταύτην ἐᾶσαι· ὃ δὴ καὶ γέγονεν.

31. Σαμωνᾶς δὲ προφασισάμενος ἐπὶ τὴν μονὴν αὐτοῦ τὰ Σπεῖρα ἐξελθεῖν, τὴν ἐν τῷ Δαματρὶ οὖσαν, φυγῇ ἐχρήσατο ἅμα χρήμασι καὶ ἵπποις αὐτοῦ, τοὺς ἵππους τοὺς δημοσίους κατὰ ἀπαλλαγὴν ἀγκυλοκοπήσας. τοῦτο μαθὼν ὁ βασιλεὺς ἀποστέλλει ὄπισθεν αὐτοῦ Βασίλειον ἑταιρειάρχην τὸν Καματηρὸν καὶ Γεώρ-

11 καὶ ἐκρατήθη? διερχόμενος?

venit animi deiectionem ac afflictionem. mittitque Himerium a secretis primum classis ducem ac caput adversus Tripolitam, qui prorsus non ausi sunt propius classem Agarenorum adire. quae autem dei iudicia sunt, mutato consilio idem Leo Tripolita vela obvertens Thessalonicam profectus est. quam et expugnavit, cepitque cum Leone Chatzilacio eorum praetore ac duce, magna data civium strage multisque abductis captivis. Rodophyllus autem quispiam cubicularius necessaria quadam ex causa in Siciliam missus, habens secum auri libras centum, cum forte fortuna in via aegrotans Thessalonicam ut lavaret ingressus esset, et ut vires reciperet, captus a Leone est. hac vero iter habens Symeon a secretis, qui postea patricius primusque a secretis fuit, tum aurum recepit tum munera, quibus Rodophyllus in via relictis, multis excruciatus tormentis exstinctus est. cumque Tripolitae constitutum esset ut urbem everteret, intelligens Symeon significat ei ut aurum accipiat et urbem immunem sinat, quod et factum est.

31. Samonas autem simulato consilio exeundi in monasterium suum, quod Spira dicunt et in Damatri situm est, fuga in Syriam usus est cum pecuniis et equis suis, publicos equos per singulas stationes subnervans. quo cognito imperator post eum mittit Basilium foederatorum comitem Camaterum et Georgium Crenetem, ad eum comprehendendum.

γιον τὸν Κρηνήτην τοῦ καταλαβεῖν αὐτόν. τοῦ δὲ Σαμωνᾶ τὸν Ἅλυν βουλομένου διαπεράσαι, κατέλαβεν αὐτὸν Νικηφόρος
C δρουγγάριος ὁ λεγόμενος Καμινᾶς, οὐκ ἐῶν αὐτὸν διαπεράσαι. ἐπεὶ δὲ πολλὰ ὁ Σαμωνᾶς ὑπισχνεῖτο καὶ οὐκ ἔπειθεν, προσέφυγεν εἰς τὸ Σιριχᾶ εἰς τὸν τίμιον σταυρόν, προφασισάμενος ὡς διὰ πίστιν τοῦ σταυροῦ ἐληλύθει. καταλαβὼν οὖν Κωνσταντῖνος ὁ τοῦ Δουκός, καὶ τοῦτον ἀναλαβόμενος, ὑπέστρεψεν ἐν τῇ πόλει. προσέταξε δὲ ὁ βασιλεὺς αὐτὸν μὲν φυλάττεσθαι ἐν τῇ οἰκίᾳ Βάρδα τοῦ Καίσαρος, ἠρώτησε δὲ Κωνσταντῖνον τοῦ Δουκὸς περὶ αὐτοῦ, καὶ μαθὼν ὡς ἀληθῶς ἐν Συρίᾳ ἔφυγε, παρεγγύησε τῷ
D Δουκὶ μὴ εἰπεῖν τοῦτο ἐνώπιον τῆς συγκλήτου, ὅτε παρ' αὐτοῦ ἐρωτηθῇ, ἀλλ' ὅτι δι' εὐχὴν ἀπῆλθεν ἐν τῷ Σιριχᾶ· ἤθελε γὰρ ὁ βασιλεὺς συνοψισθῆναι αὐτῷ. προσκαλεσάμενος οὖν Κωνσταντῖνον τοῦ Δουκὸς ἔμπροσθεν τῶν ἐν τέλει ἔφη "οὕτως ἔχεις θεὸν καὶ τὴν κεφαλήν μου, ἔφυγεν ὁ Σαμωνᾶς ἢ οὔ;" ὁ δὲ ὡς εἰπὼν πρότερον τῷ βασιλεῖ μὴ ὁρκισθῆναι καὶ τὸ κελευόμενον εἰπεῖν, ἀκούσας τοὺς ὅρκους ἐξεῖπεν ἐνώπιον πάντων ὅτι εἰς Συρίαν ἔφευγεν. μετ' ὀργῆς δὲ τοῦ βασιλέως τοῦτον ἀποπεμψαμένου, ἐποίησε Σαμωνᾶς μῆνας τέσσαρας ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Βάρδα. ἀπεσυνόψισε δὲ ἐν τῇ αὐτοκρατορίᾳ τοῦ βασιλέως.

P 559 32. Ἐφάνη δὲ τότε καὶ κομήτης ἀστήρ, τὰς ἀκτῖνας ἐπὶ ἀνατολῆς πέμπων, φαινόμενος ἐν ἡμέραις καὶ νυξὶ τεσσαράκοντα.

11 ὅταν? 20 τῇ γέννᾳ τοῦ υἱοῦ τούτου margo P

eumque Samonas Halym vellet traiicere, comprehendit eum Nicephorus drungarius, cui nomen Caminas, prohibens ipsum traiicere. cumque Samonas multis promissis eius nihil animum inflexisset, ad venerandam confugit crucem quae est in Siricha, simulans quasi fide in crucem eiusque religione iter suscepisset. comprehendens itaque Constantinus Ducis filius, eumque assumens, in urbem reversus est. praecepit vero imperator ipsum quidem servari in aedibus Bardae Caesaris, interrogavitque de eo Constantinum Ducae filium. cognitoque quia vere in Syriam fugeret, mandavit duci ne cum ab eo interrogaretur in praesentia senatus, istud diceret, sed quod voti causa in Siricha profectus esset: volebat enim imperator in sui eum conspectum admittere. advocato itaque Constantino Ducis filio coram senatu ait "ita deum habes et caput meum, fugiebat Samonas necne?" is vero, ut qui antea imperatorem rogasset non adiurare, ac dicturum se quod iuberetur, auditis iuramentis, horumque motus religione, omnibus coram enuntiavit "sane fugiebat in Syriam." imperator cum ira hoc iusso facessere, Samonam menses quattuor tenuit in domo Bardae, reddiditque praesentiam et in conspectum admisit tum cum illi filius susceptus est.

32. Apparuit tunc et cometa, radios mittens versus Orientem, visusque est dies quadraginta ac totidem noctes. Samonas a tempore suae

γέγονε δὲ Σαμωνᾶς πατρίκιος ἀπὸ τῆς αὐτοῦ φυγῆς. ἐγέννησε δὲ υἱὸν ἀπὸ Ζωῆς τῆς τετάρτης αὐτοῦ γυναικός. ἐβαπτίσθη δὲ τὰ ἅγια φῶτα ὑπὸ Νικολάου πατριάρχου ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, δεξαμένων αὐτὸν Ἀλεξάνδρου βασιλέως καὶ Σαμωνᾶ πατρικίου καὶ τῶν ἐν τέλει πάντων.

33. Γέγονε δὲ καὶ ἡ Κύφη τότε γηροκομεῖον, διω- B χθεισῶν τῶν ἑταιρίδων.

34. Εὐλογήθη δὲ ὁ Λέων βασιλεὺς μετὰ Ζωῆς μετὰ τὴν ἑορτὴν παρὰ Θωμᾶ πρεσβυτέρῳ, ὃς καθῃρέθη. ἀνηγόρευσε δὲ τὴν αὐτὴν Ζωὴν Αὔγουσταν, καὶ διὰ τοῦτο τὸν βασιλέα ὁ πατριάρχης ἐκώλυσεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσέρχεσθαι. ὅθεν διήρχετο ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ μέρους μέχρι τοῦ μιτατωρίου, μηδ' ὅλως εἰς τὰ κατὰ συνήθειαν διερχόμενος.

35. Προεβλήθη δὲ Σαμωνᾶς παρακοιμώμενος διὰ τὸ εἶναι τῷ βασιλεῖ συνεργὸς πρὸς πᾶσαν παρανομίαν καὶ κακίαν. καὶ κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἤρξαντο μελετᾶν. προσκαλεσάμενοι γὰρ Νικόλαον C πατριάρχην Φεβρουαρίῳ μηνὶ πρώτῃ, καὶ πολλὰ λιπαρήσαντες δεχθῆναι τὴν πολυγαμίαν, ἐπεὶ πεῖσαι οὐκ ἠδυνήθησαν, ἀπὸ τοῦ κλητορίου διὰ τοῦ Βουκολέοντος ἐν πλοίῳ μικρῷ τοῦτον ἐμβιβάσαντες διεπέρασαν ἐν τῇ Ἡρίᾳ, ἀφ' ἧς πεζῇ μέχρι Γαλακρηνῶν μόλις ἀπῄει, χιόνος ἐπικειμένης πολλῆς. χειροτονεῖται δὲ ἀντ' αὐτοῦ Εὐθύμιος σύγκελλος εἰς πατριάρχην, ἀνὴρ ἱεροπρεπής,

3 ὅτι ἔβαλλον οἱ παλαιοὶ πολλοὺς ἀναδόχους margo P 20 ἐφ' P

fugae patricius creatus est. sustulit Leo filium ex Zoe, quarta uxore sua; baptizatusque est in die luminum a Nicolao patriarcha in magna ecclesia, susceptoribus eius Alexandro imperatore et Samona patricio omnique senatu.

33. Tunc quoque Cupha, quam vocant, domus hospitalis curandis senibus facta est, eliminatis scortis.

34. Nuptiali benedictione impartitus est Leo imperator cum Zoe post domini natalem diem a Thoma presbytero, qui depositus est. eandem quoque Zoem Augustam renuntiavit; quae res in causa fuit ut patriarcha imperatori ingressum in ecclesiam interdixerit. quapropter a dextra parte ad metatorium usque transibat, nihil prorsus qua moris erat transiens.

35. Provectus vero est Samonas accubitor (sacri cubiculi praepositus intimus) iccirco nimirum quod imperatori ad omne scelus et pravitatem adiutor esset et socius. coeperuntque adversus ecclesiam nova moliri. advocato enim Nicolao patriarcha calendis Februarii, multisque agentes precibus ut polygamia reciperetur, cum in sententiam trahere nequivissent, a Cletorio (conviviorum triclinio) per Bucoleonem in parvum lintrem imponentes Eriam traiecerunt; unde aegre pedes ad Galacrenas usque multa nive obiecta humo evasit. ordinatur vero eius loco Euthymius syncellus patriarcha, vir venerabilis et continens ac valde

ἐγκρατής τε καὶ εὐλαβὴς πάνυ· ὃν φασιν καταδέξασθαι τοῦτο ἐξ ἀποκαλύψεως θείας, ὡς τοῦ βασιλέως βουλευομένου αἵρεσιν καὶ
D νόμον ἐκθεῖναι τοῦ ἔχειν ἄνδρα γυναῖκας τρεῖς ἢ καὶ τέσσαρας, πολλῶν εἰς τοῦτο λογιωτάτων ἀνδρῶν συνεργούντων αὐτῷ.

36. Ἰουνίῳ δὲ μηνὶ προσεκλήθη Λέων ὁ βασιλεὺς παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ Λιβὸς ἐν τῇ μονῇ τῇ οὔσῃ ἐν τῷ Μαρδοσαγγάρῃ τοῦ ποιῆσαι τὰ ἐγκαίνια καὶ ἀριστῆσαι. καὶ γέγονεν ἄνεμος ὁ λεγόμενος λὶψ ἕως τρίτου σφοδρῶς φυσήσας, συσσείσας τε καὶ δονήσας οἰκήματα καὶ ἐκκλησίας, ὥστε πάντας φεύγειν ἐν ὑπαίθροις τόποις, λέγοντας συντέλειαν κοσμικὴν εἶναι, εἰ μὴ ἡ θεοῦ φιλανθρωπία δι' ὄμβρων ἔπαυσε τὴν τοιαύτην θραῦσιν.

P 560 37. Προεβάλετο δὲ ὁ βασιλεὺς Ἱμέριον λογοθέτην τοῦ δρόμου κεφαλὴν πάντων τῶν πλωΐμων, ἐξελθόντος τοῦ στόλου τῶν Ἀγαρηνῶν κατὰ Ῥωμαίων. ἐδέξατο δὲ καὶ Ἀνδρόνικος ὁ Δοὺξ διὰ κελεύσεως συνελθεῖν Ἱμερίῳ λογοθέτῃ ἐν τοῖς πλοίοις καὶ καταπολεμῆσαι τοὺς Ἀγαρηνούς. ὁ δὲ Σαμωνᾶς ἦν ἀδιάλλακτος ἐχθρὸς Ἀνδρονίκῳ, καὶ πολλὰ κατ' αὐτοῦ διηνεκῶς συνεσκεύασε καὶ ἐμηχανᾶτο, κακῶσαι τὸν Ἀνδρόνικον παντὶ τρόπῳ καὶ πάσῃ σπουδῇ διαμηχανώμενος ἀπὸ τῆς αὐτοῦ φυγῆς. ὑπέβαλε δέ τινι γράψαι τῷ Ἀνδρονίκῳ κρύφα, μὴ εἰσέλθοι εἰς τὰ καράβια καὶ
B κρατηθῇ παρὰ Ἱμερίου· ὁ γὰρ Σαμωνᾶς ὑπέθηκε τῷ βασιλεῖ τοῦ κρατηθῆναί σε καὶ τυφλωθῆναι παρ' αὐτοῦ. πολλὰ δὲ προτρεπο-

7 τοῦ] τοῦτο P   12 Ἡμέριον p. 229 b

pius et religiosus. aiuntque divina revelatione, quod ita gestum erat, recepisse, quippe cum imperator vellet haeresim ac legem promulgare, qua liceret viro tres aut etiam quattuor uxores habere; qua in re multi eruditissimi viri ei adstipularentur.

36. Mense Iunio invitatus est Leo imperator a Constantino Libe ad monasterium, quod est in Mardosagari, tum ad eius dedicationem tum ad prandium. factusque est ventus, cui Lips nomen, in tertiam usque vicem valide spirans, concutiensque ac evertens domos ac ecclesias, ita ut omnes in subdivalia loca fugerent ac mundi consummationem esse dicerent, nisi dei clementia obortis imbribus sedata esset istiusmodi confractio.

37. Praefecerat imperator Himerium cursus publici logothetam navalis omnis rei caput, egressa Agarenorum classe adversus Romanos. acceperat vero imperatoria iussione Andronicus Dux ut et ipse Himerio logothetae in navibus sese adiungeret et adversus Agarenos serio depugnaret. Porro Samonas irreconciliabilis Andronico hostis erat, multaque in eum continuo struebat, et machinabatur illi noxam inferre, nullo non modo, nulla non opera ac fraude nocere studens, quo ex tempore a fuga retractus fuerat. subiecit vero cuidam ut occulte Andronico scriberet "cave sis naves ingrediaris et capiaris ab Himerio: Samonas namque auctor fuit imperatori ut ab eo te teneri ac luminibus orbari praecipe-

μένου Ἱμερίου Ἀνδρόνικον εἰσελθεῖν ἐν τοῖς πλοίοις κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν ἀπεσκίρτησε. τῶν Ἀγαρηνῶν δὲ ἐπικειμένων Ἱμέριος μόνος ἐν ἡμέρᾳ τοῦ ἁγίου Θωμᾶ συμβαλὼν πόλεμον μετὰ τῶν Ἀγαρηνῶν μεγάλην νίκην εἰργάσατο. τοῦτο μαθὼν Ἀνδρόνικος, ἀπογνούς, ἅμα συγγενέσιν αὐτοῦ καὶ τέκνοις αὐτοῦ καὶ ἀνθρώποις αὐτοῦ ἀπελθὼν ἐκράτησε κάστρον τὴν Καβάλαν, εἰς τελείαν ἀποστασίαν ἐλθών, ὡς εἰπεῖν καὶ Σαμωνᾶν πρὸς τὸν βασιλέα "οὐκ ἔλεγόν σοι, ὦ δέσποτα, ἀντάρτην εἶναι τὸν Δοῦκα;" (38) παρευθὺ C δὲ ἀποστέλλει ὁ βασιλεὺς Γρηγορᾶν δομέστικον τῶν σχολῶν τὸν Ἰβηρίτζην, συμπένθερον ὄντα τοῦ Ἀνδρονίκου, καταπολεμῆσαι αὐτόν. μαθὼν δὲ τοῦτο Ἀνδρόνικος, καὶ ὡς ὁ πατριάρχης Νικόλαος ἐξεώσθη, προσέφυγε τοῖς Ἀγαρηνοῖς ἅμα τοῖς συγγενέσι καὶ φίλοις αὐτοῦ καὶ τέκνοις, ἐξεληλυθόσι τότε κατὰ Ῥωμαίων, καὶ ἀπεδέχθη παρὰ τῷ ἀμερουμνῇ μεγάλως. (39) ἐλυπεῖτο δὲ Λέων ὁ βασιλεὺς διὰ τὸν Ἀνδρόνικον, καὶ πολλάκις ἐβούλετο ἀποστεῖλαι αὐτῷ λόγον ἐνυπόγραφον, ὃ καὶ Θεόφιλος διὰ τὸν Μανουὴλ ἐποίησε. συνεβουλεύσαντο δέ τινες τῷ βασιλεῖ φιλοφρονη- D θῆναί τινα τῶν τοῦ πραιτωρίου Σαρακηνῶν καὶ ἀποσταλῆναι ἐν Συρίᾳ μετὰ λόγου ἐνυπογράφου. τοῦτο δὴ καὶ πεποίηκεν ὁ βασιλεύς, γράψας διὰ κινναβάρεως καὶ ἀποστείλας μετὰ χρυσοβούλλου ἔνδοθεν φατλίου βραχέος τράκτου. ἐξελθόντος δὲ τοῦ Ἀγαρηνοῦ ἀπὸ τοῦ βασιλέως, προσκαλεσάμενος αὐτὸν Σαμωνᾶς εἶπεν αὐτῷ "οἶδας τί κρατεῖς;" τοῦτο εἰπὼν διὰ τὸν κηρόν. "τὴν ἀπώ-

ret." multis itaque hortamentis atque precibus agente Himerio ut adversus Agarenos naves ingrederetur, resiliit. Agarenis vero incumbentibus, Himerius solus in die S. Thomae conserta cum eis pugna magna potitus victoria est. Andronicus ut cognovit, in desperationem actus, una cum propinquis ac liberis suis totaque familia discedens Cabalam urbem munitam cepit, in perfectam defectionem prorumpens, ita ut Samonas imperatori diceret "nonne dicebam tibi, domine, Ducem tyrannidem moliri ac rebellem esse?" (38) confestim itaque mittit imperator Gregoram legionum domesticum Iberitzem, Andronici consocerum, ad eum expugnandum. cognito vero Nicolaum patriarcham eiectum esse, ad Agarenos profugit cum propinquis et amicis suis ac liberis, qui Romanam tunc dicionem incursabant; magnificeque ac gaudii significatione receptus est ab amerumne. (39) dolebat plurimum Leoni imperatori propter Andronicum; saepiusque animo destinaverat ut subscriptam securitatis fidem ad eum mitteret, quod et Theophilus fecerat propter Manuelem. consuluere vero quidam imperatori ut quendam e praetorio Saracenorum liberalius acceptum conciliaret ac in Syriam cum subscripta immunitatis fide mitteret. quod utique fecit, scribens rubris literis, mittensque cum aurea bulla intra bacillum ducta cera compactum. egresso autem Agareno ab imperatore, accersens eum Samonas ait illi "nosti

λειαν τῆς Συρίας βαστάζεις." καὶ δοὺς αὐτῷ παρήγγειλε τοῦτο βαλεῖν εἰς τὰς χεῖρας τοῦ Ἀζήρ. ὁ δὲ ἀπελθὼν τοῦτο πεποίηκεν.
P 551 ἐκρατήθη δὲ Ἀνδρόνικος καὶ ἐδεσμήθη μετὰ πάντων τῶν συγγενῶν αὐτοῦ. καὶ μαθὼν ὡς διὰ δόλου τοῦ Σαμωνᾶ ταῦτα αὐτῷ γέγονεν, ἀναγκασθεὶς ἐμαγάρισεν αὐτός τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. ἔκποτε δὲ Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ καὶ οἱ λοιποὶ ἰδόντες ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν Ἀνδρόνικον ἐξελθεῖν, βουλῇ αὐτοῦ μετ' οὐ πολὺ φυγῇ χρησάμενοι (θαυμαστὸν ὄντως) ἐκ μέσης Συρίας πρὸς Ῥωμανίαν ἐξῆλθον, καὶ καταπολεμούμενοι κατὰ χώρας μόλις ὀλίγοι διεσώθησαν μετὰ Κωνσταντίνου υἱοῦ αὐτοῦ.

40. Ἐκ δὲ Ταρσοῦ εἰσῆλθον ἐν τῇ πόλει περὶ ἀλλαγίου ὅ τε Ἀβαλβάκης ὁ γέρων καὶ ὁ τοῦ Σαμωνᾶ πατήρ· καὶ τούτους
B ἐθεάσατο ὁ βασιλεὺς μετὰ κοσμήσεως καὶ τιμῆς καὶ δόξης ἐν τῇ Μαγναύρᾳ. ἐκαλλώπισαν δὲ καὶ τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν ἐν κόσμῳ πολυτελεῖ, καὶ ὑπέδειξαν ἅπαντα τὰ τίμια σκεύη τοῖς Ἀγαρηνοῖς, ὅπερ ἀνάξιον ἦν βασιλείας καὶ Χριστιανικῆς καταστάσεως, τοῦ θεαθῆναι παρὰ τῶν ἐθνῶν τὰ ἱερὰ σκεύη τοῦ θεοῦ. ὁ δὲ τοῦ Σαμωνᾶ πατὴρ ἤθελε συνεῖναι τῷ υἱῷ αὐτοῦ καὶ μεῖναι εἰς Ῥωμανίαν. ὁ δὲ Σαμωνᾶς παρῄνεσεν αὐτῷ λέγων "κράτει τὴν πίστιν ἣν ἔχεις· κἀγώ, εἰ δυνηθῶ, ἐλεύσομαι πρός σε μᾶλλον."

C 41. Τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῆς πεντηκοστῆς στέφει Λέων ὁ βασιλεὺς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Κωνσταντῖνον δι' Εὐθυμίου πατριάρχου.

2 Οὐϊζήρ? 9 ἐξῆλθε P 15 ἐδέξατο margo P.

quid teneas?" hoc dicens cerei causa. "nempe Syriae exitium gestas." quo tradito, admonuit ut in Azoris manus daret. isque profectus id ita fecit. tentus itaque Andronicus est, et in vincula cum propinquis suis omnibus compactus; compertoque haec sibi Samonae dolo contigisse, necessitate adactus ipse se, et qui ibant cum ipso, impuris Mahumeti sacris polluere. Constantinus vero eius filius ac reliqui, videntes impossibile factu ut Andronicus exiret, eius consilio, non multo post, arrepta fuga (rem vere stupendam!) ex media Syria in Romaniam evasere; belloque appetiti per regiones vicosque et oppida, vix pauci incolumes cum Constantino eius filio sese recepere.

40. E Tarso in urbem profecti sunt ad commutandos captivos tum Abalbaces senex tum Samonae pater. suscepit eos decore imperator, ac cum honore et gloria festive in Magnaura. ornata magnifice pretiosa omni supellectili magna ecclesia, exhibita Agarenis veneranda vasa omnia: rem sane indignam imperio et Christiano statu ac disciplina, sacrorum dei vasorum spectaculo gentium pasci oculos. Samonae patri in animum venerat ut cum filio versaretur et in Romania sedes statueret. renuit Samonas, dicens "tene quam habes fidem; ego potius ad te, si facultas fuerit, proficiscar."

41. Die sacro pentecostes coronat Leo filium Constantinum per

δέδωκε δὲ Σαμωνᾶς Κωνσταντῖνον ἄνθρωπον αὐτοῦ, τὸν δουλεύσαντα πρότερον Βασιλείῳ μαγίστρῳ καὶ ἐπὶ τοῦ κανικλείου, δουλεύειν Ζωῇ Αὐγούστῃ· ὃς ἠγαπήθη παρὰ τοῦ βασιλέως Λέοντος καὶ τῆς Αὐγούστης. διὰ τοῦτο πολλὰ ἐφθόνησε Σαμωνᾶς αὐτῷ, καὶ ἐλοιδόρει ὡς συνόντι τῇ Αὐγούστῃ· ἅπερ ὁ βασιλεὺς νοήσας ἀληθῆ εἶναι, ἀπέστειλε καὶ ἀπέκειρεν αὐτὸν μοναχὸν ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Ταρασίου διὰ τοῦ Σαμωνᾶ. μετ᾽ ὀλίγον δὲ ὥρισε Σαμωνᾶν ἀναλαβέσθαι αὐτὸν ἐν τῇ αὐτοῦ μονῇ Σπεῖρα, βουλόμενος D πάλιν ἀναλαβέσθαι αὐτόν. ἀπελθὼν οὖν εἰς πρόκενσον ἐν τῷ Δαμιατρῦ, καὶ ἐν τῇ μονῇ τοῦ Σαμωνᾶ ἀριστήσας, εἶδε Κωνσταντῖνον, καὶ παρευθὺ ὥρισε Σαμωνᾶν, καὶ ἔνδυσεν αὐτὸν κοσμικά, καὶ ἐκέρασε τὸν βασιλέα εἰς τὸ κλητόριον, καὶ ὑπέστρεψε μετ᾽ αὐτοῦ ἐν τῷ παλατίῳ. (42) ὁρῶν δὲ Σαμωνᾶς αὐξανομένην τὴν ἀγάπην τοῦ βασιλέως ἐπ᾽ αὐτὸν βουλεύεται μετὰ μεγίστου κοιτωνίτου καὶ Μιχαὴλ Τζηρίθωνος, καὶ ποιοῦσι χαρτίον πολυλοίδορον κατὰ τοῦ βασιλέως, γράψαντος καὶ συντάξαντος αὐτὸν P 562 τοῦ Ῥοδίου νοταρίου ὄντος τοῦ Σαμωνᾶ. ἐλθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ εὗρεν αὐτὸν ἐν ᾧ ηὔχετο τόπῳ εἰς τὸ μιτατώριον, καὶ ἦρεν αὐτόν, καὶ ἀναγνοὺς ἐν μεγάλῃ θλίψει ἦν, ζητῶν τὸν τοῦτο ποιήσαντα. γέγονε δὲ καὶ ἔκλειψις σελήνης, καὶ διωρίσατο ὁ βασιλεὺς τοῖς οὖσι τότε ἀστρονόμοις εἰπεῖν τὸ ἀποτέλεσμα. εἰσερχομένου δὲ πρὸς τὸν βασιλέα Παντολέοντος μητρο-

Euthymium patriarcham. dedit autem Samonas domesticum suum, qui Basilio magistro et caniclii praefecto antea in ministerio fuerat, ut Zoae Augustae in obsequio esset; demeruitque Leonis imperatoris et Augustae gratiam. quae res Samonae in ipsum haud levem concitavit invidiam; detrahensque malae cum Augusta rei crimen inferebat. haec verae aliquid culpae habere imperator cogitans, mittens detondit monachum in S. Tarasii per Samonam. nec multo post statuit imperator ut Samonas in suum eum monasterium, quod Spira dicunt, assumeret, volens rursus in familiam cooptare. abiens itaque ad processum in Damastrin, prandensque in Samonae monasterio, Constantinum vidit, moxque Samonae, quae ex saeculi usu essent, vestibus induere praecepit; miscuitque in convivio imperatori, ac cum eo in palatium rediit. (42) videns autem Samonas imperatoris in eum maiori cremento amorem augescere, consilio cum Maximo cubiculario et Michaele Tzerithono habito, libellum adversus imperatorem foedis criminationibus ac cavillis confertum conficiunt, eius scriptore ac librum componente Rhodio, qui Samonae notarius erat. veniens autem imperator in magnam ecclesiam libellum offendit quo loco ad deum preces fundebat, in metatorio, eumque tulit; quo lecto in magna animi anxietate atque dolore erat, quaerens quis auctor libelli esset. fuit vero et lunae deliquium. praecepitque imperator ut qui tunc astronomi essent, signi huius effectum edicerent. ingresso itaque ad imperatorem Pantaleone metropolita, qui Sa-

πολίτου, φίλου ὄντος τῷ Σαμωνᾷ, ἠρώτησεν αὐτὸν ὁ Σαμωνᾶς "εἰς τίνα ἐστὶν ἡ κάκωσις;" ἔφη αὐτῷ ὁ μητροπολίτης "εἰς σέ·
B καὶ ἐὰν διέλθῃς Ἰουνίου τὰς ιγ΄, ἔκτοτε οὐδὲν πείσῃ κακόν." τὸν δὲ βασιλέα εἶπεν εἰς τὸν δεύτερον ἔχειν κάκωσιν τὴν σελήνην· ὁ δὲ βασιλεὺς ὑπέλαβε τοῦτο εἰς Ἀλέξανδρον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. μετὰ τοῦτο ἰδίως Τζηρίθων τῷ βασιλεῖ ἐξεῖπεν "ὁ Σαμωνᾶς τὸ πιττάκιον ἐποίησε." καὶ παρευθὺ καταβιβάζει Σαμωνᾶν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ καὶ ἀποκείρει μοναχὸν καὶ ἀπάγει εἰς τὴν μονὴν Εὐθυμίου πατριάρχου. καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν λοιδορηθέντος, ἀπήγαγεν εἰς τὴν τοῦ Μαρτινάκη μονήν. ἐποίησε δὲ Κωνσταντῖνον παρακοιμώμενον, καὶ ἔκτισεν αὐτῷ μονὴν ἐν Νωσιαῖς, καὶ ἀπῆλθεν ἅμα
C Εὐθυμίῳ πατριάρχῃ καὶ ἐγκαινίασε ταύτην.

43. Ὀκτωβρίῳ δὲ μηνὶ γέγονε πόλεμος ναυμαχικὸς Ἱμερίου λογοθέτου μετὰ Δαμιανοῦ καὶ Λέοντος τοῦ Ἀγαρηνοῦ, στρατηγοῦ ὄντος ἐν Σάμῳ Ῥωμανοῦ τοῦ μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντος. ἡττήθη δὲ Ἱμέριος, καὶ μόλις διεσώθη, σχεδὸν πάντων ἐκεῖ κινδυνευσάντων.

44. Ἤρξατο δὲ νοσηλεύεσθαι Λέων ὁ βασιλεὺς κοιλιακῷ νοσήματι, ὥστε μὴ δυνηθῆναι ἐξελθεῖν ἐν τῇ Μαγναύρᾳ τὴν δη-
D μηγορίαν λαλῆσαι ἐν τῇ ἀρχῇ τῶν νηστειῶν. γέγονε δὲ καὶ ἐμπρησμὸς εἰς τὰ κηρουλάρια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καέντων τῶν

monae amicus erat, rogavit eum Samonas, cui istud malum portenderet? respondit metropolita "tibi; ac si Iunii mensis tertium decimum diem transieris, ab omni deinceps noxa immunis eris." imperatori autem dixit ad eum spectare lunae maleficium, cuius in re publica essent partes secundae. existimavitque imperator Alexandrum fratrem hoc, quod ita dictum esset, attingere. tum deinde Tzerithon privatim imperatori rettulit Samonam esse qui libellum fecisset. confestim itaque Samonam deiicit in eius domum, detondetque monachum, atque ad Euthymii ablegat monasterium. cumque postea rursus criminis delatus esset, ad Martinacii monasterium abduxit. fecit vero Constantinum sacri cubiculi praefectum intimum (accubitorem vocant), eique in Nosiis monasterium condidit; profectusque una cum Euthymio patriarcha illius encaenia celebravit.

43. Mense Octobri commissum navale praelium est Himerii logothetae cum Damiano et Leone Agarenis, Romano tunc praetore in Samo agente, ipso qui postea rerum summam obtinuit. victusque Himerius est, ac vix ipse evasit incolumis, cunctis fere illic in periculum adductis.

44. Coepit autem Leo coeliaco morbo aegrotare, ut nec in Magnauram exire ei licuerit, quo loco in ieiuniorum exordio orationem erat habiturus. factumque incendium est in cerularia magnae ecclesiae, combustis chartarum monumentis omnibus et sacello (ecclesiae scilicet aera-

χαρτηείων πάντων καὶ τῆς σακέλλης. Μαΐῳ δὲ μηνὶ τελευτᾷ Λέων, προχειρισάμενος Ἀλέξανδρον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ βασιλέα· ὃν ἰδών, ὥς φασιν, ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν ἔφη "ἴδε ὁ κακὸς καὶ χρόνος μετὰ τοὺς δεκατρεῖς μῆνας," πολλὰ ἐκλιπαρήσας καὶ δεηθεὶς αὐτοῦ φυλάττειν τὸν υἱὸν αὐτοῦ Κωνσταντῖνον. καὶ ὁ λόγος τοῦ βασιλέως ἐγένετο· ἀληθῶς γὰρ μετὰ δεκατρεῖς μῆνας ἐτελεύτησε.

ΒΑΣΙΛΕΙΑ P 563

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΥΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ.

Τῷ ͵ϛυιβʹ ἔτει τοῦ κόσμου, τῆς δὲ θείας σαρκώσεως ϡιβʹ, ἐβασίλευσεν Ἀλέξανδρος ὁ υἱὸς Βασιλείου, ἔτος ἓν ἡμέρας κθʹ, σὺν Κωνσταντίνῳ υἱῷ Λέοντος. ἀποστείλας δὲ ἤγαγεν Νικόλαον ἐκ Γαλακρηνῶν, καταγαγὼν Εὐθύμιον πατριάρχην, καὶ ἐνεθρόνισε B τὸ δεύτερον τὸν αὐτὸν Νικόλαον πατριάρχην. ἐποίησε δὲ σελέντιον καὶ σύνοδον Ἀλέξανδρος ἐν τῇ Μαγναύρᾳ, ἀγαγὼν Εὐθύμιον ἐκ τοῦ Στενοῦ ἀπὸ τῶν Ἀγαθοῦ· καὶ συγκαθίσας ἅμα Νικολάῳ πατριάρχῃ ἐποιήσαντο τὴν κατ' αὐτοῦ καθαίρεσιν, ἀτίμως ἀποτίλλοντες τοῦ ἱεροπρεποῦς καὶ ἀξιαγάστου ἀνδρὸς τὴν τιμίαν αὐτοῦ γενειάδα, καὶ ἄλλας τινὰς ὕβρεις καὶ ποινὰς αὐτῷ ἐπιφέροντες, ἃς ἡσύχως καὶ πράως ὑπέμεινεν ὁ τίμιος καὶ ἱερὸς ἀνήρ.

16 τῶν] τοῦ P

rio publico). mense vero Maio moritur Leo, ubi Alexandrum fratrem suum imperii clavo praefecisset; quem, ut aiunt, ad se venientem videns "en" inquit, "et malum tempus post tredecim menses;" multum obsecrans ac rogans ut Constantinum filium suum servaret. evenitque quod ita imperator locutus erat: vere enim ille post tredecim menses fatis functus est.

IMPERIUM

ALEXANDRI FILII BASILII.

35. Τότε δὲ καὶ πρέσβεις πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν ἐκ C τῆς Μελιτηνῆς παρεγένοντο, εἰρηνικὰς σπονδὰς ἐπὶ τὸ ποιῆσαι πάκτα παρέχοντες. μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ καὶ Ἀπόχαψ ὁ τοῦ Ἄμερ ἔγγονος, ἀμηρᾶς ὢν Μελιτηνῆς, καὶ ὁ Ἀποσαλὰθ στρατηγός, εὐγενέστατος καὶ πλούσιος ὤν, ἐκ Μελιτηνῆς παρεγένοντο. ἀποδεχθέντες οὖν μεγάλως μετὰ τῆς προσηκούσης τιμῆς παρὰ Ῥωμανοῦ καὶ σύμφωνα εἰρήνης ποιήσαντες ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ἴδια. ἔκτοτε δὲ συνεξεστράτευον τοῖς Ῥωμαίοις κατὰ τῶν ὁμοφύλων Ἀγαρηνῶν, ἔν τε τοῖς ἐπινικίοις συνεισήρχοντο τοῖς Ῥωμαίοις ἐν D τῇ πόλει, αἰχμαλώτους ἄγοντες Ἀγαρηνούς· ὅπερ ἦν θαυμαστὸν καὶ παράδοξον δεῖγμα τῆς τῶν ἀθέων Ἀγαρηνῶν δυστυχίας. τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ἀπόχαψ, ἀνδρὸς φρονίμου καὶ συνετοῦ καὶ δυνατοῦ, διέλυσαν τὴν εἰρήνην οἱ τὴν Μελιτηνὴν κατοικοῦντες. ἐκστρατεύουσιν οὖν κατ᾽ αὐτῶν πάλιν ὅ τε δομέστικος τῶν σχολῶν Ἰωάννης ὁ Κροκόας μετὰ τῶν θεμάτων καὶ τῶν ταγμάτων καὶ ὁ Μηλίας μετὰ τῶν Ἀρμενίων, καὶ πολλὰς προνομὰς καθ᾽ ἑκάστην ποιούμενοι, καὶ ταῖς συνεχέσιν ἐπιδρομαῖς αἰχμαλωτίζοντες τοὺ-

2 προσηκόντων p. 257 b 20 Κουρκούας p. 257 d 21 Μελίας p. 258 a

quod regiis aedibus, quod necessariorum affiniumque consuetudine destituebatur; rursusque gaudio erat quod viro regi locata Bulgarorumque domina esset consalutata. ibat itaque splendidas sibi exportans opes ac omnigenas, eaque supellectili instructa quae et numerum excedat.

35. Tunc vero etiam a Melitene ad Romanum imperatorem legati advenere pacis foedera pactaque offerentes. nec multo post etiam Apochaps Ameris nepos, ipse Melitenes ameras, nec non Aposalath ducum strenuissimus nobilissimusque ac locupletissimus, ex Melitine venerunt; magnificeque convenienti honore ac cultu a Romano suscepti percussoque pacis foedere ad sua redierunt. indeque sociis adlecti ac foederati adversus tribules suos Agarenos cum Romanis ad bella proficiscebantur, ac triumphi specie cum iisdem captivos suos ducentes (mirando sane spectaculo et inaudito, impiorumque Saracenorum afflictarum rerum indicio) urbem ingrediebantur. mortuo autem Apochapso, viro prudente ac sapiente, Melitenenses pacem dissolvere. iterum igitur adversus eos proficiscuntur legionum domesticus Ioannes Croceas cum cohortibus et legionibus, Meliasque Armeniis praefectus. hi multas quotidie agentes praedas, assiduisque excursionibus totam late regionem populantes ac

τους καὶ ληΐζοντες, εἰς τοσαύτην στένωσιν τὴν Μελιτηνὴν περιέ-
P 585 στησαν ὥστε αὐτὴν συντομώτατα ἐκπορθῆσαι καὶ ἕως ἐδάφους καταστρέψαι, οὐ μόνον δὲ ταύτην ἀλλὰ καὶ τὰς ὁμόρους αὐτῇ πόλεις καὶ χώρας πολυφόρους τε οὔσας καὶ πιοτάτας καὶ ἄλλας πολλὰς παρέχειν προσόδους. ταύτην οὖν τὴν Μελιτηνὴν εἰς κουρατωρίαν ἀποκαταστήσας ὁ βασιλεὺς πολλὰς χιλιάδας χρυσίου καὶ ἀργυρίου ἐκεῖθεν δασμοφορεῖσθαι ἐτησίως πεποίηκεν.

36. Κατηγορήθη δὲ Νικήτας μάγιστρος καὶ πενθερὸς Χριστοφόρου βασιλέως ὡς ὑποτιθέμενος αὐτῷ κατὰ τοῦ ἰδίου γενέσθαι πατρὸς καὶ τῆς βασιλείας αὐτὸν ἐξεῶσαι. τοῦτον οὖν
B ἐξαγαγόντες τῆς πόλεως ἀπέκειραν μοναχόν, ὑπερορίσαντες ἐν τῷ αὐτοῦ προαστείῳ.

37. Μηνὶ δὲ Ἰουλίῳ ιη', ἰνδικτιῶνος ς', Στέφανος ὁ πατριάρχης τελευτᾷ, ποιήσας ἔτη β' καὶ μῆνας ια'. Δεκεμβρίῳ δὲ μηνὶ ιδ' ἄγουσι Τρύφωνα μοναχὸν ἐν τῷ Ὀψικίῳ μονάζοντα, ἐπ' εὐλαβείᾳ καὶ ἁγιότητι μαρτυρούμενον, καὶ χειροτονοῦσι πατριάρχην ἐπὶ χρόνῳ ῥητῷ, μέχρις ἂν εἰς μέτρον ἡλικίας φθάσῃ Θεοφύλακτος ὁ τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ υἱός, ὃν ἔμελλον πατριάρχην χειροτονεῖν Κωνσταντινουπόλεως.

C 38. Εἰκάδι δὲ πέμπτῃ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς χειμὼν ἀφόρητος γέγονεν, ὥστε κρυσταλλωθῆναι τὴν γῆν ἐπὶ ἡμέρας ρκ'. ὅθεν καὶ γέγονε μέγας λιμὸς τοὺς πώποτε γενομένους ὑπερβαλλόμενος,

4 ἄλλας] οἵας recte p. 258 b 5 τὴν om P 16 σημείωσαι χειροτονίαν Τρύφωνος πατριάρχου ἐπὶ ῥητῷ χρόνῳ. margo P

captivos ducentes, in tantas Melitenem adegerunt angustias ut brevissimo tempore ipsam expugnaverint ac solo tenus aequaverint. nec eam modo, sed et circumvicinas urbes atque oppida et regiones feracissimas opimasque, ac quae multos proventus exhibeant. hanc igitur Melitenem imperator in curatoriam redigens (alii provinciam dicunt) multa eruit auri argentique milia.

36. Delatus vero criminis est Nicetas magister ac Christophori imperatoris socer, ut qui rebellandi adversus patrem eumque solio deturbandi auctor ille fuisset. quocirca urbe eiectum monachum detonderunt, exsilii in suburbano suo damnatum.

37. Mensis Iulii die decima octava, indictione sexta, moritur Stephanus patriarcha, cum ei muneri praefuisset annos duos menses undecim. mensis autem Decembris quarta decima, Tryphonem adducunt in Opsicio monachum, virum religiosis moribus ac sanctitate probatum, ordinantque patriarcham ad certum tempus, donec scilicet Theophylactus Romani filius maturae aetatis annos attingeret, quem patriarcham Cpolitanum praefecturi erant.

38. Eiusdem mensis die vigesima quinta gravissima saeviit et intolerabilis hiems, adeo ut dies 120 terra gelu concreta obriguerit. hoc gelu subsecuta fames, quanta ante nunquam exstiterat; exque illa cre-

καὶ θάνατος ἐκ τοῦδε πολύς, ὡς μὴ δύνασθαι τοὺς ζῶντας ἐκκομίζειν τοὺς τεθνεῶτας. ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς τὴν ἀπόρρητον ἐκείνην βίαν κατανοήσας, ἀξίαν τῆς αὐτοῦ συμπαθοῦς καὶ ἐλεήμονος φύσεως πρόνοιαν ἐποιήσατο, πολλαῖς ἐλεημοσύναις τὴν ἐκ τοῦ λιμοῦ παραμυθησάμενος ἔνδειαν· ἀνέφραξέ τε θυρίσι καὶ συνιδώμασι τὰς τῶν ἐμβόλων στοάς, ὡς μὴ τὴν χιόνα καὶ τὸ ψῦχος ἐκεῖθεν ἐπεισιέναι τοῖς πένησι. τότε καὶ τὰς λεγομένας D ἄρκλας ἐν πᾶσι κατεσκεύασε τοῖς ἐμβόλοις, ἄργυρόν τε κατὰ μῆνα τοῖς ἐν ταύταις κατακειμένοις πένησι δίδοσθαι διετάξατο, καὶ τὰ μηνιαῖα τριμίσια ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἀργύρου ἐγκεχαραγμένου χιλιάδας ιβ΄. οὐ μόνα δὲ ταῦτα ἡ συμπαθὴς ἐκείνη ψυχὴ διετυπώσατο τῶν πενήτων προνοουμένη, ἀλλὰ καὶ καθ᾽ ἡμέραν τρεῖς αὐτῷ συνεσθίειν πένητας διετάξατο, οἳ καὶ ἀνὰ ἓν ἐλάμβανον νόμισμα. τετράδι δὲ καὶ παρασκευῇ τρεῖς πένητες μοναχοὶ συνήσθιον, τὸ τετυπωμένον λαμβάνοντες νόμισμα ἕκαστος. ὅπερ δὲ P 586 ἐν τοῖς μοναστηρίοις εἴωθει γίνεσθαι, ὥστε ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἑστιάσεως ἀνάγνωσιν γίνεσθαι, τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐποίει, διπλῆν ἑαυτῷ καὶ τοῖς δαιτυμόσι τὴν τράπεζαν παρατιθείς, ὥστε τὸ μὲν σῶμα τρέφεσθαι τῇ συνήθει τροφῇ, τὴν δὲ ψυχὴν τῇ καταλλήλῳ τῶν λόγων ἐπεντρυφῶν ἡδονῇ, οἷς ἐκεῖνος ἐπιμελῶς προσέχων τὸν νοῦν κατενύσσετο τὴν ψυχὴν καὶ πολλὰς δακρύων ἠφίει πηγάς.

2 ἀφόρητον p. 258 d

brae adeo mortes ut nec ferendis mortuis vivi sufficerent. porro Romanus imperator tantam vim mali, et quam nulla verborum vis explicare possit, considerans, convenientem pro tenera sua benignaque in miseros indole curam eis adhibuit, larga eleemosynarum praebitione famis indigentiam solans. porticuum quaeque spatia fenestris tabulatisque obstruxit, ne per ea nix frigusque in pauperes grassaretur. tum eas quoque quas vocant arculas ac proiecturas in cunctis porticibus construxit; nummumque argenteum egenis illic iacentibus quot mensibus erogari praecepit; menstrua quoque trimisia per ecclesias pauperibus iussit distribui, argenti signati duodecim milia. neque haec solum misericordiae pronus eius animus pauperumque liberalis provisor constituerat, sed et tres quotidie pauperes secum comedere voluit, qui singuli nummos singulos eleemosynae ritu acciperent. quarta autem feria et parasceue tres egenos monachos mensae socios adhibebat, qui et ipsi constitutum nummum singuli accipiebant. quodque in monasteriis ritu legitimo servatur, ut inter comedendum lectio habeatur, hoc et ille praestabat, sibi ipse et convivis duplicem apponens mensam, ut tum corpus consueto cibo aleretur, tum anima doctrinarum voluptate oblectaretur. quibus ille diligenter attendens animum, spiritu mentis compunctus, lacrimarum large fontes emittebat.

39. Τὴν δὲ πίστιν ἣν ἐκέκτητο πρὸς πάντας μὲν μοναχούς, μάλιστα δὲ τοὺς ἐπὶ ἁγιωσύνῃ διαβοήτους καὶ εὐλαβείᾳ, τίς ἂν διηγήσαιτο; οὐκ ἐθεάσατο γάρ ποτε μοναχὸν ἀρετῆς ἀντι- B χόμενον, ᾧ τινὶ τὰς ἑαυτοῦ πράξεις σὺν πολλοῖς οὐκ ἐξηγόρευσε δάκρυσιν. πιστότατος δὲ ὢν καὶ ὀρθοδοξότατος πάσας τὰς τῆς πόλεως ἐκκλησίας πέπλοις διαφανέσι καὶ φωταγωγίαις λαμπραῖς κατεκόσμει καὶ κατεφαιδρυνεν. ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν τοῖς ὄρεσι μοναχοῖς, τῷ τε Ὀλύμπῳ καὶ τῷ Κυμηνᾷ καὶ τῇ Χρυσῇ κατονομαζομένῃ πέτρᾳ καὶ τῷ τοῦ Βαραχέος ὄρει, οὐ διέλειπεν ἐτησίους ῥόγας ἐξαποστέλλειν, καὶ φροντίζων τούτων καὶ προνοούμενος, καὶ τοὺς ὀνομαστοὺς ἐπὶ πράξει καὶ θεωρίᾳ μετακαλούμενος ὡς αὐτόν, καὶ τῶν εὐχῶν αὐτῶν τὰς εὐλογίας τρυγῶν. οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ τοῖς διὰ τὸν θεὸν ἐγκλείστοις καὶ ἑαυτοὺς ἐν στενωτάτοις C οἴκοις καθείρξασι καὶ πᾶσι τοῖς μοναστηρίοις τὰς ἐτησίους ῥόγας, ἃς διετύπωσεν, οὐ διέλιπεν ἐπιχορηγῶν. ταῦτα ὡς ἐκ πολλῶν ὀλίγα τῶν ἀπείρων αὐτοῦ κατορθωμάτων καὶ ἐλεημοσυνῶν διεξήλθομεν.

40. Πέτρῳ δὲ τῷ Βουλγάρῳ ἐπέθετο Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ μετὰ καὶ ἑτέρων μεγιστάνων τοῦ Συμεών· καὶ φωραθέντων αὐτῶν ὁ μὲν Ἰωάννης τύπτεται καὶ ἐγκλείεται φυλακῇ, οἱ δὲ λοιποὶ τιμωρίαις οὐ ταῖς τυχούσαις ὑποβάλλονται. ταῦτα δῆλα ποιήσαντος Πέτρου τῷ βασιλεῖ Ῥωμανῷ, ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς τὸν

8 Κυμινᾷ p. 259 d   9 Βαραχαίου ib.

39. Eius vero fidem erga monachos, quos praesertim sanctitas ac religio claros reddiderat, quanta fuerit, quis possit enarrare? eorum nemo in conspectum veniebat, cui actus suos cum multis lacrimis non exponeret. cum autem fide devotissimus ac summe orthodoxus esset, urbis omnes ecclesias pellucidis subtili stamine peplis cereorumque ac lampadum copia splendide exornabat, ac decorabat. sed et monachis in montibus, tum nempe Olympo tum Cymina, et quem vocant Petram auream, et Barachei monte, nullo unquam tempore destitit annua stipendia mittere eorumque res curare ac eis prospicere; quique inter illos actionis cultu ac contemplatione spectabiles essent, ad se accersere, eorumque precum suffragia decerpere. nec id modo, sed et religiosa exercitatione inclusis, et qui se angustissimis taguriolis velut carcere abdidissent, cunctis denique monasteriis statutas annonas subministrare non cessabat. has velut e multis paucas viri virtutes eleemosynasque percurrimus.

40. Petro autem Bulgaro Ioannes frater cum aliis Symeonis proceribus struxit insidias. deprehensis illis, Ioannes quidem verberibus emendatus in carcere includitur; reliqui acerbis suppliciis subacti sunt. horum Romanus imperator a Petro certior factus Ioannem monachum

μοναχὸν Ἰωάννην, ὃς ἐγεγόνει ῥαίκτωρ, προφάσει μὲν ὡς ποιή-
σασθαι ἀλλάγιον τῶν κρατουμένων αἰχμαλώτων, τῇ δὲ ἀληθείᾳ D
κατασχεῖν Ἰωάννην καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀγαγεῖν. εἰσελθὼν
γὰρ ἅμα τῷ Ἰωάννῃ ἐν πλοίῳ ἀπὸ Μεσημβρίας ἦλθεν ἐν τῇ
πόλει· καὶ μετ᾽ οὐ πολὺ τούτου τὸ μοναχικὸν σχῆμα ἀπορρίψαν-
τος καὶ γυναῖκα ἐπιζητήσαντος, δέδωκεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς οἶκον
καὶ κτήματα πάμπολλα καὶ γυναῖκα ἐκ τῆς αὐτοῦ πατρίδος τῆς
τῶν Ἀρμενιακῶν ὁρμωμένην, γάμον τε λαμπρὸν ἐν τῇ τοῦ Καί-
σαρος οἰκίᾳ πεποίηκεν, Χριστοφόρου βασιλέως καὶ Ἰωάννου μο-
ναχοῦ, τοῦ γεγονότος ῥαίκτορος, παρανυμφευσάντων.

41. Μαρτίῳ δὲ μηνὶ ἡμέρᾳ β´ κοσμήτης ἔπεσεν ἐν τῷ P 587
φόρῳ ἐκ τῶν στοιχηδὸν ἱσταμένων ἐκεῖσε κίοσιν ἐπικειμένων, καὶ
ἀπέκτεινεν ἄνδρας ς´. γέγονε δὲ καὶ ἐμπρησμὸς μέγας καὶ φοβε-
ρὸς εἰς τὸν τοῦ φόρου ἔμβολον, πλησίον τοῦ ναοῦ τῆς ὑπεραγίας
θεοτόκου, ὥστε κατακαῆναι τά τε κηροπωλεῖα καὶ τὰ γουνάρια
τοῦ φόρου μέχρι τῶν Ψιχῶν.

42. Ἐτελεύτησε δὲ Χριστοφόρος ὁ βασιλεὺς μηνὸς Αὐ-
γούστου, ἰνδικτιῶνος δ´, πολλὰ κοψαμένου αὐτὸν τοῦ πατρός,
ὡς ἤδη εἰς γῆρας αὐτοῦ ἐληλακότος καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἔτι νη- B
πίων ὄντων. καὶ ἐτέθη τὸ λείψανον αὐτοῦ ἐν τῇ ῥηθείσῃ μονῇ
τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

43. Κατήγαγον δὲ καὶ Τρύφωνα πατριάρχην Αὐγούστῳ

12 immo τῶν τοῖς στ. ἱσταμένοις: cf. p. 260 d

(eum qui rector exstiterat) mittit, praetextu quidem redimendi captivos, re ipsa vero ut Ioannem caperet et Byzantium duceret; quod et ita contigit. quippe cum Ioanne navem ingressus a Mesembria in urbem venit. nec multo post proiecto monachi habitu, cum uxoris amplexus quaereret, imperator illi aedes assignavit multaque omnino praedia contulit; uxorem quoque ex sua ipsius Armeniacorum patria ei locavit, atque in Caesaris domo praemagnifice nuptias fecit, ductoribus sponsae Christophoro imperatore ac Ioanne monacho exrectore.

41. Mensis Martii die secunda, qui in foro, columnis illic ordine erectis, Cosmites impositus erat, decidit ac viros sex occidit. magnum quoque ac formidabile in fori porticu excitatum incendium, haud procul a templo sanctae deiparae, adeo ut pars illa fori quam cerarii et quam pellitiarii artifices occupant, ad Psichas usque igni absumpta sit.

42. Mortuus autem est Christophorus imperator mense Augusto, indictione quarta, Romano patre illius funus ingenti luctu planctuque prosecuto, quippe cuius, iam vergente illi aetate, liberi adhuc pueri essent ac minuscula aetate. depositum illius cadaver in patris sui monasterio, cuius in superioribus meminimus.

43. Sed et Tryphonem patriarcham mense Augusto, indictione

μηνί, τὸν ῥητὸν χρόνον τελέσαντα, ἰνδικτιῶνος γ'. καὶ ἀπελθὼν ἐν τῇ ἰδίᾳ μονῇ τελευτῇ, χηρευσάσης τῆς ἐκκλησίας χρόνον ἕνα καὶ μῆνας ε' διὰ τὸ τῆς ἡλικίας ἀτελὲς Θεοφυλάκτου υἱοῦ Ῥωμανοῦ βασιλέως· αὐτὸν γάρ, ὡς εἴρηται, ἔμελλε πατριάρχην ἀποκαθιστᾶν.

44. *Βασίλειος δέ τις Μακεδὼν πλάνος, Κωνσταντῖνον Δοῦκα ἑαυτὸν εἶναι ἐπιφημίσας, πολλοὺς μεθ' ἑαυτοῦ συνεπήγετο.*
C *οὗτος κρατηθεὶς ὑπὸ Ἐλεφαντίνου τουρμάρχου ἐκ τοῦ Ὀψικίου ὄντος ἤχθη ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ὑπὸ τοῦ ἐπάρχου τῆς μιᾶς ἀλλοτριοῦται χειρός. εἶτα καιροῦ λαβόμενος καταλαμβάνει πάλιν τὸ Ὀψίκιον, καὶ χεῖρα χαλκῆν ἀντὶ τῆς κοπείσης προσαρμοσάμενος καὶ σπάθην ὑπερμεγέθη κατασκευασάμενος ᾤχετο πλανῶν αὖθις τῶν ἀγυρτευόντων πολλούς, ὡς αὐτὸς εἴη Κωνσταντῖνος ὁ τοῦ Δουκός· οὓς καὶ συνεφελκόμενος μεγάλην κατὰ Ῥωμανίας ἀνταρσίαν κινεῖ. καὶ φρούριον κατασχὼν ὃ Πλατεῖα πέτρα κατονομάζεται, πᾶν εἶδος ἐδωδίμων ἐν τούτῳ*
D *ἀπέθετο· ἀφ' οὗ ἐξορμῶν ἐληλάτει καὶ τοὺς παρατυχόντας προενόμευεν. ἀποστείλας οὖν ὁ βασιλεὺς στρατὸν κατ' αὐτοῦ αὐτόν τε συνέλαβεν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. ὃν καὶ ἀγαγόντες ἐν τῇ πόλει ἀνέκρινάν τε καὶ πολλὰς πληγὰς ἐπετίθεσαν, τοῦ τοὺς στασιώτας, εἴ τινες εἶεν, εἰπεῖν. ὁ δὲ πολλοὺς τῶν ἐν τέλει ἐσυκοφάντει ψευδῶς ὡς συνόντας αὐτῷ. μηδὲν δὲ ἀληθῆ κατ' αὐτῶν λέγειν ἐξελεγχθεὶς ἐν τοῖς Ἀμαστριανοῦ πυρὸς παρανάλωμα γίνεται.*

tertia, expleto iam statuto tempore, gradu moverunt; abiensque in sua monasteria fatis concedit, ecclesia pastore vidua manente annum unum menses quinque, quod Theophylactus Romani imperatoris filius nondum matura satis aetate esset: ipsum enim pater, uti dictum est, constituerat patriarcham praeficere.

44. Basilius quidam Macedo impostor, Constantinum Ducem se esse iactans, multos sibi adiunxit. hic ab Elephantino tribuno Opsiciano captus inque urbem adductus a praefecto altera manuum truncatus est. postmodum vero occasionem nactus ad Opsicium redit, aereamque sibi manum aptans eius loco quae excisa erat, ingentemque gladium fabricans, multos iterum circumforaneos ac nebulones seducens sic vagabatur, velut qui Constantinus Ducis filius esset. iterum itaque contracta manu magnam adversus rem Romanam conflat rebellionem; oppidoque munito potitus, cui nomen Lata petra, omnisque generis in eo annona reposita, inde erumpens circum vicinam regionem populabatur lateque praedas agebat. missis itaque imperator adversus eum copiis tum ipsum cepit, tum qui illi socii erant. inductum in urbem iudicio sistunt; atque ad quaestiones adhibito, et ut socios prodat, multas plagas imponunt; qui multos procerum, quasi sibi adhaesissent, per calumniam defert. convictus vero nihil eis veri criminis obiicere, ad Amastriani igni combustus est.

45. Χειροτονεῖται δὲ πατριάρχης ὁ πολλάκις ῥηθεὶς τοῦ
βασιλέως υἱὸς Θεοφύλακτος, Φεβρουαρίου β', ἰνδικτιῶνος ς',
τοποτηρητῶν ἐκ Ῥώμης ἐλθόντων καὶ τόμον συνοδικὸν ἐπιφερο- P 588
μένων περὶ τῆς αὐτοῦ χειροτονίας διαγορεύοντα· οἳ καὶ τῷ πα-
τριαρχικῷ θρόνῳ τοῦτον ἐνίδρυσαν.

46. Ἡ δὲ εἰρημένη τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ ἐγγόνη Μαρία, ἡ γυνὴ Πέτρου βασιλέως Βουλγαρίας, ἐν τῇ πόλει εἰσῆλθε τοῦ τὸν ἴδιον πατέρα καὶ τὸν πάππον αὐτῆς ἐπισκέψασθαι. τελευταῖον δὲ μετὰ παίδων εἰσῆλθε τριῶν, ἤδη τοῦ πατρὸς αὐτῆς Χριστοφόρου τελευτήσαντος. πλοῦτον οὖν παρὰ τοῦ πάππου λαβοῦσα πολὺν καὶ ἔντιμον ἐντίμως ὑπέστρεψε.

47. Ῥωμανὸς δὲ ὁ βασιλεὺς τῷ υἱῷ Στεφάνῳ γυναῖκα B
ἠγάγετο, θυγατέρα οὖσαν Γαβριηλίου, ἐγγόνην δὲ Κατακύλα,
Ἄνναν ὀνόματι. ἅμα δὲ τῷ νυμφικῷ στεφάνῳ καὶ ὁ τῆς βασι-
λείας αὐτῷ στέφανος ἐπετέθη.

48. Ἐγένετο δὲ ἐκστρατεία πρώτη τῶν Τούρκων κατὰ Ῥωμαίων ἰνδικτιῶνος ζ', Ἀπριλλίῳ μηνί· οἳ καὶ καταδραμόντες μέχρι τῆς πόλεως ἐλῄσαντο πᾶσαν Θρᾳκῴαν ψυχήν. ἀπεστάλη οὖν ὁ πατρίκιος Θεοφάνης ὁ πρωτοβεστιάριος καὶ παραδυναστεύων μετ' αὐτῶν ποιῆσαι ἀλλάγιον, ὃς καὶ θαυμασίως καὶ συνετῶς

45. Quem vero saepius dixi, imperatoris filius Theophylactus patriarcha ordinatur, Februarii mensis die secunda, indictione sexta, cum adessent ex Roma vicarii, tomumque synodalem de illius tractantem ordinatione inferrent; qui et in patriarchali sede eum collocavere.

46. Quin dicta quoque Romani imperatoris neptis Maria, Petri Bulgariae principis uxor, in urbem ingressa est patrem avumque invisura. postremo tandem venit tres secum liberos adducens, cum iam Christophorus eius pater vivis exemptus esset. multis itaque praeclarisque avi munificentia donata divitiis honorifice domum reversa est.

47. Romanus vero imperator Stephano filio uxorem locat Gabrielis filiam, Catacylae neptim, Annam nomine; ac cum nuptiali serto Augustalis etiam corona illi imposita est.

48. Contigit vero prima Turcorum adversus Romanos expeditio mense Aprili, indictione septima. hi ad urbem usque excurrentes cunctos per Thraciam obvios praeda abegere. missus itaque Theophanes patricius protovestiarius imperiique administer ac princeps senatus, ut pacem cum eis componeret captivosque reciperet. porro Theophanes

αὐτοὺς μετελθὼν ὅσαπερ ἠβούλετο κατεπράξατο, πολλὰ παρ' αὐ- C τῶν ἐπὶ τῇ φρονήσει καὶ εὐβουλίᾳ ἐπαινεθεὶς τε καὶ θαυμασθείς· ὅτε καὶ τὸ μεγαλόψυχον αὐτοῦ καὶ φιλάνθρωπον ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ἐπεδείξατο, μηδενὸς φεισάμενος χρήματος πρὸς τὴν τῶν αἰχμαλώτων ἀνάρρυσιν.

49. Ἠγάγετο δὲ γυναῖκα ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς τῷ τελευταίῳ αὐτοῦ υἱῷ Κωνσταντίνῳ ἐκ γένους τῶν Ἀρμενιακῶν, τοὔνομα Ἑλένην, τοῦ πατρικίου Ἀδριανοῦ θυγατέρα· ἧς καὶ τελευτησάσης Φεβρουαρίῳ μηνί, ἰνδικτιῶνος β', ἑτέραν τούτῳ συνέζευξε.

50. Ἰουνίῳ δὲ μηνὶ ια', ἰνδικτιῶνος ιε', κατέπλευσαν οἱ Ῥῶς κατὰ Κωνσταντινουπόλεως μετὰ πλοίων χιλιάδων δέκα. ἀπε- D στάλη δὲ κατ' αὐτῶν μετὰ τριήρων καὶ δρομώνων, ὅσα καὶ ἔτυχον ἐν τῇ πόλει, ὁ πατρίκιος Θεοφάνης ὁ παραδυναστεύων καὶ πρωτοβεστιάριος· καὶ τόν τε στόλον προευτρεπίσας τε καὶ ἑτοιμασάμενος, καὶ νηστείᾳ καὶ δάκρυσιν ἑαυτὸν κατοχυρώσας ὡς μάλιστα, τοὺς Ῥῶς προσεδέχετο, καταναυμαχῆσαι αὐτοὺς μέλλων. ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνοι κατέλαβον καὶ πλησίον τοῦ Φάρου ἐγένοντο, οὗτος πρὸς τῷ τοῦ Εὐξείνου πόντου στόματι παρεδρεύων ἐν τῷ Ἱερῷ λεγομένῳ ἀθρόον τούτοις ἐπέθετο. καὶ δὴ πρῶτος τῷ οἰκείῳ δρόμωνι διεκ- P 589 πλεύσας τήν τε σύνταξιν τῶν Ῥωσιακῶν πλοίων διέλυσεν καὶ τῷ

admiranda prudentia ac sagacitate illis usus cuncta ex voto confecit, multam ex illis eo nomine laudem ac admirationem consecutus. quando et Romanus imperator, quanta magnificentia et humanitate praestaret, manifestum fecit, nullis sumptibus parcens, solum ut liberarentur captivi.

49. Locavit vero Romanus imperator Constantino filiorum natu minimo uxorem Helenam, Adriani patricii filiam, stirpis Armeniacae; qua et defuncta mensis Februarii die altera alteram ei Theophanonem nomine nuptum tradidit.

50. Iunii mensis undecima, indictione quinta decima, Russi instructa classe ad decem navium milia adversus Byzantium navigarunt. missus vero est cum triremibus et celocibus, quotquot in urbe exstabant, Theophanes patricius subadiuva et protovestiarius; instructaque et parata classe, ieiunii ac lacrimarum apprime praesidio munitus, Russos operiebatur, navale cum eis certamen commissurus. cumque illi iam venissent ac Pharo propinquassent, ipse ad Euxini fauces stationem habens, in loco quem Hierum vocant (ac si templum dicas) repente in eos impressionem fecit. primus itaque sua ipse occurrens celoce cum Russicarum navium aciem dissolvit, tum plerasque praeparato igne

ἐσκευασμένῳ πυρὶ πλεῖστα κατέφλεξεν, τὰ δὲ λοιπὰ ἐτρέψατο εἰς φυγήν, ὡς ἀκολούθως καὶ οἱ λοιποὶ δρόμωνες καὶ αἱ τριήρεις ἐπεκδραμοῦσαι τελείαν εἰργάσαντο τὴν τροπήν, καὶ πολλὰ μὲν πλοῖα κατέδυσαν αὔτανδρα, πολλοὺς δὲ κατέτρωσαν, πλείστους δὲ ζῶντας συνέλαβον. οἱ περιλειφθέντες οὖν εἰς τὸ τῆς ἀνατολῆς μέρος εἰς τὰ Σγῶρα λεγόμενα καταπλέουσιν. ἀπεστάλη δὲ τότε καὶ Βάρδας ὁ Φωκᾶς διὰ γῆς μετὰ ἱππέων ἐγκρίτων παρατρέχειν αὐτούς. καὶ δὴ τούτων σύνταγμα ἱκανὸν ἀποστειλάντων πρὸς τὰ τῆς Βιθυνίας μέρη ὥστε τὰ πρὸς τροφὴν καὶ τὴν ἄλλην χρείαν B αὐτοῖς πορίσασθαι, περιτυχὼν τῷ τοιούτῳ συντάγματι ὁ εἰρημένος Βάρδας ὁ Φωκᾶς κακῶς τούτους διέθηκεν, τρεψάμενος καὶ κατασφάξας αὐτούς. κατῆλθε δὲ τηνικαῦτα καὶ Ἰωάννης μάγιστρος καὶ δομέστικος τῶν σχολῶν ὁ Κροκόας μετὰ παντὸς τοῦ τῆς ἀνατολῆς στρατεύματος, καὶ τούτων πολλοὺς διέφθειρεν, ἀποσπάδας τῇδε κἀκεῖσε καταλαμβάνων, ὥστε συσταλέντας αὐτοὺς δέει τῆς αὐτοῦ ἐπιθέσεως μένειν ἀθρόως ἐπὶ τὰ οἰκεῖα πλοῖα καὶ μηδαμοῦ διατρέχειν κατατολμᾶν. (51) πολλὰ δὲ καὶ μέγιστα κακὰ οὗτοι διεπράξαντο πρὸ τοῦ τὸ Ῥωμαϊκὸν στράτευμα κατελθεῖν. τό τε γὰρ Στενὸν λεγόμενον ἅπαν ἐνέπρησαν, καὶ οὓς συνε- C λάμβανον αἰχμαλώτους τοὺς μὲν ἀνεσταύρουν, τοὺς δὲ τῇ γῇ προσεπαττάλευον, τοὺς δὲ ὥσπερ σκοποὺς ἱστῶντες βέλεσι κατετό-

6 Σγόρα p. 263 b   13 Κουρκούας ib.

Graeco incendit, reliquas in fugam vertit. quem pone secutae naves reliquae ac triremes hostium penitus aciem fudere; ac plures quidem navium cum vectoribus profundo mersere, multos straverunt, plurimos vivos ceperunt. quae cladi superstites fuere reliquiae, ad Orientalem plagam, ad locum Sgora dictum traiecerunt. ibi Bardas quoque patricius missus cum equitum delecta manu ad hostium iter terra intercipiendum, in eorum cohortem satis numerosam, ad pabulandum aliaque necessaria ad Bithyniae partes missam, incidit, ingentique eam strage fudit et internecione delevit. sed et Ioannes magister Crocoas ac legionum domesticus cum Asiatico omni exercitu praesto fuit, multosque Russorum a reliquo agmine alios alio divulsos offendens sustulit, ita sane ut eius aggressionis metu in suis se navibus adunata classe continerent, nec usquam excurrere auderent. (51) hi porro ingentia maximaque mala perpetraverunt, cum necdum illos Romanae copiae iunxissent. nam Stenum omne, quod vocant, igne vastarant. ex illis quos captivos ceperant, alios in crucem agebant, alios terrae configebant, alios velut ad metam erectos iaculorum imbre impetebant. quotquot

ξενον· ὅσους δὲ τοῦ ἱερατικοῦ κλήρου συνελάμβανον, ὄπισθεν τὰς χεῖρας δεσμοῦντες ἥλους σιδηροῦς κατὰ μέσης τῆς κεφαλῆς αὐτῶν κατεπήγνυον· πολλούς τε ἁγίους ναοὺς τῷ πυρὶ παραδεδώκασι. χειμῶνος δὲ ἤδη ἐνισταμένου, καὶ τροφῆς ἀποροῦντες, τό τε ἐπελθὸν στράτευμα δεδιότες τάς τε ναυμαχοῦντας τριήρεις, ἐβουλεύσαντο τὰ οἰκεῖα καταλαβεῖν. καὶ δὴ λαθεῖν τὸν στόλον σπου-
D δάζοντες, Σεπτεμβρίῳ μηνί, ιεʹ ἰνδικτιῶνος ἀντιπλεῦσαι ὡρμηκότες ἐπὶ τὰ Θρᾳκῷα μέρη παρὰ Θεοφάνους πατρικίου ὑπηντήθησαν· οὐ γὰρ ἔλαθον τὴν αὐτοῦ ἐγρηγορωτάτην καὶ γενναίαν ψυχήν. εὐθὺς οὖν δευτέρα ναυμαχία συνάπτεται, καὶ πλεῖστα πλοῖα ἐπόντωσεν καὶ πολλοὺς τούτων ἀπέκτεινεν ὁ εἰρημένος ἀνήρ. ὀλίγοι δὲ μετὰ τῶν πλοίων περισωθέντες καὶ ἐν τῇ τῆς Κοίλης περιπεσόντες ἀκτῇ νυκτὸς ἐπελθούσης ἔφυγον. Θεοφάνης δὲ ὁ πατρίκιος μετὰ νίκης λαμπρᾶς καὶ τῶν μεγίστων ὑπέστρεψεν τροπαίων, καὶ ἐντίμως καὶ μεγαλοπρεπῶς ὑπεδέχθη καὶ παρακοιμώμενος ἐτιμήθη.

P 590 52. Ἐπεὶ δὲ ὁ ῥηθεὶς Ἰωάννης μάγιστρος ὁ Κροκόας ἄριστός τις ἐγένετο τὰ πολεμικά, πολλά τε καὶ μεγάλα ἀνέστησε τρόπαια, καὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ ἐπλάτυνεν ὅρια, πλείστας τε πόλεις ἐπόρθησεν τῶν Ἀγαρηνῶν· διὰ δὲ τὸ περιφανὲς τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῆς ἠβουλήθη ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς εἰς τὸν ἑαυτοῦ ἔγγονον Ῥω-

vero sacerdotalis ac clericalis militiae deprehendebant, iis retro vinctis manibus per medium caput clavos ferreos adigebant. multas sacrarum aedium subiecta flamma combusserunt. ingruente vero iam hieme, et cum eos necessarius commeatus deficeret, dum terra exercitus in se impetum ac navale praelium timent, domum reverti constituerunt. ac sane classem latere dum student, mense Septembre, indictione quinta decima, ad Thraciae portus transfretare aggressi, quem dicebam, Theophanem patricium obviam habuere. neque enim viri solertissimum ac pervigilem animum unaque fortissimum fefellerunt. mox igitur navalis denuo pugna committitur; plurimaeque hostium submersae naves, multi occisi, eius Marte, quem dicebam, viri. pauci cum navibus cladi subducti inque Coeles asperum littus evecti ingruente nocte fuga evaserunt. Theophanes vero patricius cum insigni victoria maximisque tropaeis reversus honorifice ac magnifice suscipitur, ac accubitoris dignitate ornatur.

52. Quia vero dictus Ioannes magister Crocoas praestantissima virtute bello fulserat, multaque ac magna erexerat tropaea, atque Romani imperii fines late protulerat, plurimasque Agarenorum urbes everterat, quodque viri illustrissima virtus esset, cogitaverat Romanus im-

μανόν, τὸν ἐκ τοῦ Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τὴν τούτου θυγατέρα ἀναλαβεῖν. φθόνου δὲ αὐτῷ τῆς τοιαύτης ἕνεκεν ὑποθέσεως παρὰ τῶν λοιπῶν βασιλέων κινηθέντος ἐκπίπτει τῆς ἀρχῆς, δομέστικος δὲ ἀντικαθίσταται ὁ πατρίκιος Πανθήριος, συγγενὴς ὢν τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ.

53. Ἰνδικτιῶνος α', Ἀπριλλίῳ μηνί, ἐπῆλθον πάλιν οἱ B Τοῦρκοι μετὰ πλείστης δυνάμεως. ὁ δὲ πατρίκιος Θεοφάνης ὁ παρακοιμώμενος ἐξελθὼν σπονδὰς εἰρηνικὰς ἐποίησε μετ' αὐτῶν, ὁμήρους τῶν ἐμφανῶν ἀναλαβόμενος· ἐξ οὗ καὶ συνέβη ἐπὶ χρόνοις ε' τὴν εἰρήνην διαφυλαχθῆναι.

54. Δευτέρας δὲ ἰνδικτιῶνος ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς Πασχάλιον πρωτοσπαθάριον καὶ στρατηγὸν Λογγιβαρδίας πρὸς τὸν ῥῆγα Φραγγίας Οὔγουνα ἐξαπέστειλε, τὴν αὐτοῦ θυγατέρα ἐπιζητῶν εἰς νύμφην Ῥωμανῷ τῷ υἱῷ τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ Κωνσταντίνου· ἣν καὶ ἀναλαβὼν ὁ εἰρημένος Πασχάλιος μετὰ πλούτου πολλοῦ ἐν C τῇ πόλει ἀνήγαγεν. γέγονε δὲ ὁ γάμος Σεπτεμβρίῳ μηνὶ ἰνδικτιῶνος γ'. ζήσασα ἔτη ε' ἐτελεύτησεν ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς αὐτοκρατορίας Κωνσταντίνου τοῦ αὐτῆς πενθεροῦ.

55. Ἀνέμου δὲ βιαίου σφόδρα καταπνεύσαντος Δεκεμ-

13 *Οὔγωνα* p. 267 d

perator ut eius filium Romano nepoti ex Constantino filio uxorem ascisceret. conflata vero hinc viro reliquorum Augustorum invidia, officio movetur. huius porro loco domesticus constituitur Pantherius patricius, Romani imperatoris propinquus.

53. Indictione prima, mense Aprili, rursus Turci cum ingentibus copiis Romanae dicionis fines invaserunt. egressus vero Theophanes patricius accubitor pacis cum eis foedus percussit, acceptis obsidibus ex illustrioribus. hincque adeo contigit in annos quinque pacem indutiasque servari.

54. Secunda porro indictione Romanus imperator Paschalium protospatharium ac Longobardiae ducem ad Hugonem misit Franciae regem, eius filiam Romano Constantini generi sui filio sponsam exquirens; quam et assumens, quem dixi, Paschalius cum multa supellectile atque opibus in urbem induxit. celebratae nuptiae mense Septembri, indictione tertia. vixit cum viro annos quinque; tumque vivis exempta est, cum Constantinus illius socer ipse summus imperator esset unusque rerum potiretur.

55. Mense autem Decembri, valido concitato vento atque turbine,

βρίῳ μηνί, οἱ λεγόμενοι ἐν τῷ ἱππικῷ δῆμοι κατέπεσον, οἱ ἀπεναντίας τοῦ βασιλικοῦ θρόνου ἐτύγχανον, καὶ συνέτριψαν τά τε ὑποκάτωθεν αὐτῶν βάθρα καὶ τὰ στηθία λεγόμενα. χρόνου δὲ περικυκλεύσαντος τῷ αὐτῷ μηνὶ τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ τοῦ παλατίου κατήγαγον.

D 56. Τῆς δὲ πόλεως Ἐδέσης, ἐν ᾗ τὸ τοῦ Χριστοῦ τίμιον ἐκμαγεῖον ἀπέκειτο, παρὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ πολιορκουμένης στρατεύματος καὶ εἰς ἀνάγκην μεγίστην περιισταμένης, ἀπέστειλαν οἱ ταύτης οἰκήτορες πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν διαπρεσβευόμενοι τὴν πολιορκίαν λυθῆναι, τὸ τοῦ Χριστοῦ ἅγιον ἐκμαγεῖον παρέχειν ἐπαγγειλάμενοι. ὑπὲρ τῆς τοιαύτης δὲ χάριτος δεσμίους ᾐτήσαντο τῶν ἐμφανῶν ἀπολαβεῖν, χρυσόβουλλά τε λαβεῖν ὥστε τὴν τούτων χώραν μηκέτι παρὰ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ληΐζεσθαι· ὃ P 591 δὴ καὶ γέγονεν. τοῦ δὲ ἁγίου ἐκμαγείου ἀποσταλέντος καὶ ἤδη τῇ Κωνσταντινουπόλει πλησιάσαντος, Θεοφάνης ὁ πατρίκιος καὶ παρακοιμώμενος ἐν τῷ ποταμῷ Σαγγάρῳ ἐξελθὼν ὑπήντησεν αὐτῷ μετὰ φωταγωγίας καὶ τῆς δεούσης τιμῆς καὶ ὑμνῳδίας. καὶ τῇ ιε' τοῦ Αὐγούστου μηνὸς σὺν αὐτῷ ἐν τῇ πόλει εἰσῆλθον, τοῦ βασιλέως ἐν Βλαχέρναις ὄντος κἀκεῖ αὐτὸ προσκυνήσαντος. τῇ δὲ ἐπαύριον ἐξῆλθον ἐν τῇ Χρυσῇ πόρτῃ οἵ τε τοῦ βασιλέως δύο υἱοὶ Στέφανός τε καὶ Κωνσταντῖνος καὶ ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ Κωνσταντῖνος

qui in foro ex adverso regii solii erecti sunt, sic dicti, demi corruerunt, subiectosque gradus et marmora et intercolumnia contriverunt. anni autem vertente circulo, eodem ipso mense, Romanum imperatorem eius filii aula deiecerunt.

56. Edessena autem civitate, in qua venerandi Christi effigies linteo expressa erat, a Romano exercitu obsessa et ad extremas angustias redacta, miserunt oppidani ad Romanum imperatorem oratores rogantes solvi obsidionem, eius muneris gratiae sacram Christi sic expressam effigiem se daturos polliciti; huiusque ipsius muneris vicem ex suis vinctos illustriores recipere petebant, bullaque aurea eam eis praestari fidem ut non amplius Romanae copiae Edessenam regionem devastarent. quod et factum est. missa itaque sacra effigie ac sudario, iamque haud procul Byzantio, Theophanes patricius et accubitor ad Sagarim fluvium egressus cum cereorum splendido apparatu congruoque cultu et canticis illi obviam processit; mensisque Augusti quinta decima cum illo in urbem intravit, imperatore in Blachernis constituto, ubi et effigiem devote adoravit. postridie vero ad auream portam exierunt tum imperatoris duo filii, Stephanus et Constantinus, tum illius gener Constantinus

σὺν τῷ πατριάρχῃ Θεοφυλάκτῳ· καὶ μετὰ τῆς δεούσης τοῦτο ἀναλαβόντες τιμῆς, τῆς συγκλήτου πάσης προπορευομένης καὶ φωταγωγίας μεγίστης προαγούσης, μέχρι τοῦ ἁγίου ναοῦ τῆς ἁγίας τοῦ B θεοῦ σοφίας πεζῇ διεκόμισαν, καὶ προσκυνηθὲν ἐκεῖσε ἐν τῷ παλατίῳ ἀνήγαγον.

57. Ἐν ταύταις δὴ ταῖς ἡμέραις Ἀρμένιόν τι τέρας τῇ πόλει ἐπεδήμησεν, παῖδες συμφυεῖς ἄρρενες ἐκ μιᾶς προελθόντες γαστρός, σῶοι μὲν καὶ ἄρτιοι πάντα τὰ μέλη τοῦ σώματος, ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος τῆς γαστρὸς καὶ μέχρι τῶν ὑπογαστρίων συμπεφυκότες καὶ ἀλλήλοις ὑπάρχοντες ἀντιπρόσωποι. οἳ ἐπὶ πλεῖστον τῇ πόλει ἐνδιατρίψαντες, καὶ ὑπὸ πάντων ὡς ἐξαίσιόν τι τέρας ὁρώμενοι, τῆς πόλεως ὡς πονηρός τις οἰωνὸς ἐξηλάθησαν. ἐπὶ C δὲ τῆς μονοκρατορίας Κωνσταντίνου πάλιν εἰσῆλθοσαν· ἐπεὶ δὲ ὁ ἕτερος αὐτῶν ἐτεθνήκει, ἰατροί τινες ἔμπειροι τὸ συγκεκολλημένον μέρος διέτεμον εὐφυῶς, ἐλπίδι τοῦ τὸν ἕτερον ζήσεσθαι, ὃς τρεῖς ἡμέρας ἐπιβιοὺς ἐτελεύτησεν.

58. Ὁ δὲ Ῥωμανὸς ὁ βασιλεύς, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, ἐν πᾶσιν μοναχοῖς πίστιν ἐκέκτητο ἄμετρον, διαφερόντως δὲ ἐτίμα καὶ ὑπερεσέβετο Σέργιον τὸν ἐν μονασταῖς διαλάμποντα, ὃς ἀδελφὸς μὲν τοῦ μαγίστρου ὑπῆρχε Κοσμᾶ, ἀνεψιὸς δὲ τοῦ πατριάρ-

cum Theophylacto patriarcha; debitoque honore susceptum sacrum pignus, universo senatu praeeunte maximaque cereorum atque lampadum silva praelucente, adusque sanctae dei sapientiae templum pedibus detulere, atque illic adoratione mysticoque cultu acceptum in palatium intulere.

57. His vero diebus monstrum quoddam ac portentum Armeniacum in urbem invectum est, pueri scilicet duo cohaerentes, uno utero effusi, aliis membris omnibus corporis integri, a ventriculi tamen ore et intra pubem inter se concreti, atque vultibus obversis. hi diu in urbe versati; ac cum omnes ceu immane quoddam portentum oculis usurparent, Romanus imperator velut malum quoddam omen ea expulit. cum autem solus iam Constantinus rerum potiretur, iterum ingressi sunt. uno autem ex eis mortuo, periti quidam medici cohaerescentem emortuam partem subtili arte putavere, fore sperantes ut illo remedio alter incolumis servaretur; qui tamen ipse triduo superstes obiit.

58. Romanus porro imperator, uti a nobis in superioribus dictum est, cum erga monachos omnes fidem plurimam haberet cultumque iis adhiberet, prae reliquis tamen eximieque Sergium virum monastica institutione praeclarum observabat. erat hic magistri Cosmae frater,

D χου Φωτίου ὃν πλέον τῆς σαρκικῆς εὐσυγγενείας ἡ κατὰ ψυχὴν ἐτίμα εὐγένεια. ἀρετῆς γὰρ εἰς ἄκρον καὶ γνώσεως ἤλασεν, ὡς δυσχερὲς εἶναι διακρίνειν ποτέρῳ μᾶλλον ἐπλεονέκτει· οὕτως εἰς ἄκρον ἑκατέραν ἐξήσκησεν. ἐπήνθει τε αὐτῷ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τὸ τῆς διακρίσεως χάρισμα καὶ τὸ χάριεν τοῦ ἤθους καὶ τὸ μέτριον τοῦ φρονήματος. οὐ γὰρ ἀνέσπα τὰς ὀφρῦς ὡς οἱ νῦν σοφοί, οὐδὲ ἀλαζών τις ἐδόκει καὶ ὑπερήφανος, ἀλλὰ τὸν λόγον μὲν εἶχε γλυκύτερον μέλιτος ἀποστάζοντα, τὸ ἦθος δὲ πάγιον καὶ P 592 σταθερόν, ταπεινὸν δὲ τὸ φρόνημα. τοῦτον δὴ τὸν ἀοίδιμον ἀδιαλείπτως μεθ' ἑαυτοῦ εἶχεν ὁ βασιλεύς, κανόνα ὄντως καὶ σταθμὴν τὸν αὐτοῦ βίον ἀεὶ ῥυθμίζοντα. ὃς πολλὰ παρῄνει τῷ βασιλεῖ τῶν παίδων ἐπιμελεῖσθαι καὶ μὴ ἀπαιδεύτους ἐᾶν εἰς πονηρίαν ἐκκλίνοντας, μή ποτε αὐτὸς πάθοι τὸ τοῦ Ἠλί, τιμωρίαν ἐκ τῆς τῶν παίδων παρανομίας ἐκτίσας. (59) ἐπειδὴ δὲ τοῦ παλατίου τοῦτον οἱ παῖδες κατήγαγον καὶ ἐν τῇ Πρώτῃ νήσῳ ἐξώρισαν, πάλιν τοῦτον εἶχε τῶν συμφορῶν παραμύθιον καὶ τῶν θλίψεων ἀκεσώδυνον φάρμακον. ᾧ συνῆν τότε καὶ Πολύευκτος B μοναχὸς εὐλαβέστατος, καὶ αὐτὸς τὰ εἰκότα παραμυθούμενος· ὃς τοῦ πατριάρχου Θεοφυλάκτου τελευτήσαντος πατριάρχης ἐπὶ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου προχειρίζεται Κωνσταντινουπόλεως.

1 *συγγενείας* p. 269 b

Photii patriarchae nepos, animi ingenuitate quam carnali cognatione nobilior. ad summam enim virtutem scientiamque evaserat, ut nec utra praestaret discerni facile posset: sic nimirum accurate omnique perfectione utramque excoluerat. florebat in eo inter alia discretionis donum morumque gratia, animi sensus modestia. neque enim supercilia attrahebat, uti nostrates sapientes in more positum habent, neque vero arrogantem ac superbum praeferebat, sed sermo illi melle dulcior ex ore stillabat. firma indoles ac constans; sensus animi modestus ac humilis. hunc itaque virum inclytum imperator una secum continuo habebat, ad cuius normam atque regulam vitae suae rationes componeret. monebat ille serioque hortabatur ut liberorum curam ageret, nec indisciplinatos ad nequitiam declinare sineret, ne idem atque Heli illi accideret, ac liberorum piacula ipse lueret; quod et ita accidit. (59) quod vero aula deiectum liberi in Protem insulam relegaverant, hunc rursus calamitatum solatium ac aerumnarum angustiarumque lene levamen habebat. aderat etiam pariter Polyeuctus reverendissimus monachus, qui ipse perinde ac quem dicebam, Sergius, adversi casus molestiam convenienter apteque leniebat. hic postea Theophylacto humanis exempto a Constantino imperatore patriarcha provectus est.

60. Ἐπεὶ δὲ πολλοῖς τρόποις βούλεται ὁ θεὸς σώζειν τὸν ἄνθρωπον, συνεχώρησε καὶ τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν ἀδοκήτῳ περιπεσεῖν συμφορᾷ, ἵνα δι' αὐτῆς σωφρονισθεὶς καὶ τῶν οἰκείων ἐν συναισθήσει παραπτωμάτων γενόμενος σωτηρίας ἀξιωθῇ. συνεχώρησε γὰρ ἐπαναστῆναι αὐτῷ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Στέφανον, ὥσπερ ποτὲ Ἀβεσαλὼν ἐπανέστη τῷ οἰκείῳ πατρὶ τῷ Δαβίδ. συμβούλοις οὖν οὗτος πρὸς τοῦτο χρησάμενος τῷ τε ἀπὸ μοναχῶν Μαριανῷ καὶ Βασιλείῳ τῷ πρωτοσπαθαρίῳ τῷ Πετεινάκῃ καὶ Μανουὴλ τῷ Κουρτίκῃ, συνειδότων αὐτῷ καὶ τῶν ἄλλων βασιλέων, C τοῦτον τοῦ παλατίου κακῶς κατήγαγε καὶ ἐν τῇ Πρώτῃ νήσῳ ἐξορίσας ἔκειρε μοναχόν. (1) ὑπελείφθη οὖν αὐτοκράτωρ Κωνσταντῖνος ὁ τούτου γαμβρός· ὃς παραυτίκα Βάρδαν τὸν τοῦ D Φωκᾶ τῇ τοῦ μαγίστρου ἀξίᾳ τιμήσας, χρόνῳ πολλῷ τὴν ἐν πολέμοις ἀνδραγαθίαν ἐπιδειξάμενον, δομέστικον τῶν σχολῶν προχειρίζεται, εἶτα Βασίλειον, ᾧ ἐπίκλην Πετεινάκης, πατρίκιον καὶ μέγαν ἑταιρειάρχην. τῷ δὲ τοῦ γένους τῶν Ἀργυρῶν Μαριανῷ τὰ μοναχικὰ ἀποδύσας πατρίκιον καὶ κόμητα τοῦ στάβλου πεποίηκεν, ὡσαύτως καὶ Μανουὴλ τὸν λεγόμενον Κουρτίκην πατρίκιον καὶ δρουγγάριον τῆς βίγλης· οὕς τινας τρεῖς οὐ μετὰ πολὺν χρόνον ἡ τοῦ θεοῦ δικαία κρίσις, ὡς εἰς χριστὸν κυρίου παροινήσαντας καὶ χεῖρας ἀδίκως ἐπιβαλόντας, τῆς βασιλείας ὀρεγομένους, P 593 μετῆλθεν· ἐπὶ καθοσιώσει γὰρ καταληφθέντες ἑκάτερος αὐτῶν

60. Quandoquidem autem deus multis modis salutem homini praestare constituit, Romanum imperatorem citra omnem exspectationem in calamitatem incidere permisit, ut is illa castigatus ac de superioris vitae delictis admonitus salutem consequeretur. permisit namque Stephanum filium in eum insurgere, uti olim Absalom in Davidem patrem suum. Mariani itaque exmonachi Argyri, Basiliique protospatharii Petinacis, necnon Manuelis Curticis consiliis abusus, consciis etiam reliquis imperatoribus, patrem aula perperam deturbavit, inque Prote insula relegatum monachi ritu detondit. (1) Constantinus itaque Romani gener imperator relictus est. is confestim Bardam Phocae filium magistri dignitate auctum, quippe longi temporis experientia bellicis facinoribus clara saepius laude functum atque probatum, legionum domesticum praefecit. tum Basilium, cui cognomen Petinaces, patricium creat ac magnum hetaeriarcham. Marianum Argyrorum stirpe satum, detracto monachi habitu patricii decoratum infulis, comitem stabuli facit. similiter quoque Manuelem dictum Curticem patricium et excubiarum drungarium; quos tres viros, brevi interiecto tempore, iusta dei ultio insecuta est, quod in Christum domini debacchati essent ac inique in eum manus iniecissent, cum scilicet imperandi libido eos incessisset. maiestatis enim rei

οἰκτίστῳ θανάτῳ τὸ ζῆν ἀπέρρηξαν. τὰ δὲ περὶ αὐτῶν πλατύτερά τε καὶ ἐπεξεργαστικώτερα ἐν τῇ προηγουμένῃ ἐξηγήσει ἐκθήσομαι.

2. Μετὰ δὲ μʹ ἡμέρας, τῇ κζʹ τοῦ Ἰανουαρίου μηνός, ὑποπτεύσας Κωνσταντῖνος τὸν τότε βασιλέα Στέφανον καὶ Κωνσταντῖνον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μή ποτε κατ' αὐτοῦ τὰ ὅμοια πράξωνται, καὶ λογισάμενος, ὅπερ ἦν εἰκός, ὅτι εἰ τοῦ ἰδίου πατρὸς
B οὐκ ἐφείσαντο, πῶς αὐτοῦ φείσονται; ἑστιάσας αὐτούς, ἤδη ἐν τῇ τραπέζῃ καθεζομένους, ἔτι τῆς βρώσεως οὔσης ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, ἀνήρπασαν τούτους οἵ τε λεγόμενοι Τορνίκιοι καὶ ὁ πατρίκιος Μαριανὸς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ πρὸς τοῦτο ἡτοιμασμένοι, καὶ τοῦ παλατίου καταγαγόντες καὶ ἐν ταῖς πλησιαζούσαις νήσοις αὐτοὺς περιορίσαντες κληρικοὺς ἀπέκειραν.

3. Μετ' ὀλίγον οὖν αἰτησάμενοι τὸν ἴδιον πατέρα θεάσασθαι ἐν τῇ Πρώτῃ νήσῳ παρεγένοντο, καὶ τοῦτον ἐν τῷ μοναχικῷ σχήματι θεασάμενοι πένθει κατεσχέθησαν ἀφορήτῳ. οἷς ἐπιδα-
C κρύσας ὁ πατὴρ ἔφη "υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν." εἶθ' οὕτως ἐξωρίσθησαν, ὁ μὲν Στέφανος εἰς Προικόνησον, ἀπὸ δὲ Προικονήσου εἰς Ῥόδον, ἀπὸ δὲ Ῥόδου εἰς Μιτυλήνην, ὁ δὲ Κωνσταντῖνος εἰς Τένεδον, ἐκεῖθεν εἰς Σαμοθρᾴκην, ἐν ᾗ καὶ ἀνταρσίαν μελετήσας παρὰ τῶν αὐτὸν φυλασσόν-

peracti miserando prorsus exitu horum quilibet vitam finiere. ceterum quae ad illos spectant fusius operosiusque exsequar, ubi ex professo rem sum narraturus.

2. Post dies quadraginta, Ianuarii mensis die septimo supra vigesimum, suspectos habens Constantinus Stephanum imperatorem eiusque fratrem Constantinum, ne quando in se quoque paria attentarent; ac secum reputans, quod et par erat, eos qui nec patri pepercissent haud sibi parcituros, convivio acceptos iamque mensae accumbentes, cum adhuc in ore cibus esset, per Tornicios, quos vocant, et Marianum patricium ac reliquos in rem paratos arripit, aulaque deiectos in vicinis urbi insulis clericorum ritu detondit.

3. Haud ita post, invisendi patris impetrata venia, in insulam Protem venere; quo conspecto monachi habitu, intolerabili luctu correpti sunt. quibus pater collacrimatus ait "filios genui et exaltavi, ipsi vero spreverunt me." sic deinde relegati sunt, Stephanus quidem in Proeconesum; a Proeconeso Rhodum transtulerunt, inde Mitylenem. Constantinum vero Tenedum, indeque Samothraciam; ubi et rebellionem

των ἐσφάγη. Μιχαὴλ δὲ τὸν τοῦ Χριστοφόρου υἱὸν τὰ βασιλικὰ πέδιλα ἀφελόμενος κληρικὸν πεποίηκεν.

4. Ὄντος δὲ τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ ἐν τῇ νήσῳ, ὁ πατριάρχης Θεοφύλακτος καὶ Θεοφάνης ὁ πατρίκιος καὶ παρακοιμώμενος βουλὴν ἐβουλεύσαντο ὥστε πάλιν ἐν τῷ παλατίῳ τοῦτον D ἀγαγεῖν· ἣν καὶ αὐτῷ ἀνακοινωνησάμενοι καὶ παραπείσαντες τοῦτον, ἐκαιροσκόπουν πότε πέρας τῇ τοιαύτῃ βουλῇ ἐπιθῶσιν. ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς βουλῆς ἐφωράθη καὶ κατεμηνύθη Κωνσταντίνῳ βασιλεῖ, τοὺς συνεργοὺς ταύτης ἠμύνετο· τὸν μὲν γὰρ πατρίκιον Θεοφάνην ἐξώρισεν, τὸν δὲ πρωτοσπαθάριον καὶ πιγκέρνην Γεώργιον καὶ Θωμᾶν πριμικήριον δείρας καὶ κουρεύσας καὶ μέσον τῆς πόλεως θριαμβεύσας οὕτως ὑπερορίᾳ παρέπεμψε.

5. Δεκεμβρίῳ δὲ μηνί, ἰνδικτιῶνος ϛ', ἐπιβουλήν τινες κατὰ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου ἐμελέτησαν, βουλόμενοι τὸν βασιλέα Στέφανον ἐν τῷ παλατίῳ ἐκ τῆς νήσου ἀγαγεῖν. ταύτης P 594 οὖν μηνυθείσης τῆς ἐπιβουλῆς Κωνσταντίνῳ διὰ Μιχαὴλ τοῦ Διαβολίνου λεγομένου, τοὺς ἐπιβούλους κρατήσας ὁ βασιλεὺς τῶν μὲν τὰς ῥῖνας καὶ τὰ ὦτα ἀπέτεμεν, τοὺς δὲ δαρμῷ ἀφορήτῳ ὑπέβαλε, καὶ ὄνοις ἐπικαθίσας διὰ μέσης τῆς πόλεως ἐθριάμβευσε καὶ ἐξορίᾳ παρέπεμψε.


molitus a custodibus necatus est. Michaelem Christophori imperatoris filium detractis imperialibus calceis clericum fecit.

4. Imperatore Romano in insula exsule, Theophylactus patriarcha et Theophanes patricius ac accubitor consilium inierunt, ut Romanum in aulam reducerent. eoque cum ipso communicato consilio ac in sententiam pertracto, opportunum tempus captabant quo molitioni finem imponerent. deprehensa autem coniuratione, delatisque Constantino imperatori, qui eius auctores ac conscii forent, in eos animadvertit. ac Theophanem quidem patricium exsilio relegavit; Georgium vero protospatharium ac pincernam, nec non Thomam primicerium verberibus subactos detonsosque ac per mediam urbem pompa traductos, ita in exsilium misit.

5. Mense Decembri, indictione sexta, quidam insidias moliti sunt adversus Constantinum imperatorem, hoc consilio ut Stephanum imperatorem ex insula, ubi agebat, in palatium reducerent. delata Constantino coniuratione per Michaelem, quem Diabolinum vocant, captis imperator qui coniurati essent, aliis nares auresque praescidit, alios intolerando verberum cruciatu exanimatos, asinisque impositos ac per mediam urbem ignominiose traductos exsilio relegavit.


6. Πεντεκαιδεκάτῃ Ἰουλίῳ μηνί, ἰνδικτιῶνος ϛ', Ῥωμανὸς ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ Πρώτῃ νήσῳ τελευτᾷ· καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῇ πόλει διακομισθὲν ἐν τῇ αὐτοῦ ἀπετέθη μονῇ.

6. Quinta decima Iulii mensis, indictione sexta, moritur Romanus imperator, in insula quam Protem vocant. eius cadaver in urbem relatum, in illius depositum monasterio est.



INDEX GRAMMATICUS.

INDEX HISTORICUS.



LIPSIAE,
EX OFFICINA B. G. TEUBNERI.